
C. PLINII CÆCILII SECUNDI EPISTOLÆ ET PANEGYRICUS

Cum variis Lectionibus & Annotationibus.

Accedit Vita Plinii ordine Chronologico digesta.



OXONII,
E THEATRO SHELDONIANO
MDCCIII.
Venales prostant apud *G. WEST.*

Imprimatur

GUIL. DELAUNE

VICE-CAN. OXON.

Apr. 5. 1703.

MVSEVM
BRITAN
NICVM

Ornatissimo Viro

FRANCISCO CHERRIO

GUILIELMI F.

CUM primum mihi auctorem hunc perhumaniter obtulerit prolixeque commendarit Vir egregius Tui amantissimus, idque mihi negotii (abundantia quadam amoris) datum esse voluerit, ut exemplaria ejus MSS. cum editis paullo accuratius conferrem, novamque editionem adornarem; eo libentius desiderio ejus obsequutus sum, quod Tibi (cui maximis Tuis beneficiis ornatus plurimum debeo) id non ingratum fore mihimet persuaserim. Adeo enim Tibi in deliciis sunt literæ istæ, quæ ab humanitate perhibentur, tamque mirifice Te delectant optimi illi auctores, quos vetus Græcia & Latium extulit, ut quicquid novi cultus istis impertiatur, id (pro singulari Tuo in illos amore) beneficii loco habeas. Inde etiam, opere ad finem perducto, nata mihi fiducia illud ipsum Tibi offerendi, quod *Plinium*, proxime aureæ ætatis scriptores, ob ingenii vim & elegantiam, & sermonis puritatem & suavitatem, maximè à Te probari noverim; illudque Te sæpiuscule optasse, ut lectionum varietates, quas veteres suppeditarent membra-

næ, legentium oculis fideliter ſubjicerentur: quo forſan ad ævi iſtius Chronologiam (cui cum *Dodwello* Tuo cariſſimo ſtrenue adeo incumbis) certior aliquanto & munitior eſſet via. Si quid ad difficultatem id genus aliquam expediendam, aut ad novum libello nitorem conciliandum mea quoquo modo proficua fuerit opella, mihimet quidem gratulabor, quod ſimul ſtudiis Tuis paullulum inſervire, atque hoc qualecunque mei erga Te grati animi teſtimonium dare licuerit.

Servulo Tibi plurimis nominibus devinctiſſimo

Ex Bibl. *Bodl.*
Apr. 5. 1703.

THO. HEARNE.

PRÆFATIO.

PRODEUNT *denuo*, LECTOR BENEVOLE, C. Plinii *Epiſtolæ & Panegyricus. in quibus accurandis, quid à me præſtitum ſit, paucis accipe. Primum mihi curæ fuit, ut textum, quoad ejus fieri potuit, emendatiſſimum haberes. quam ob cauſam, non ſolum ad fidem editionis* Elzevirianæ, *omnium quas hactenus vidi longe emaculatiſſimæ, recognitum dedi, verum etiam in auxilium vocavi tres codices manuſcriptos, quos cum illo exemplari, quanta potui diligentia, contuli. Duos ſuppeditabat Bibliotheca* Bodlejana, *unum quidem membranaceum, alterum vero chartaceum, à manu* Laurentii Vallenſis *locis innumeris notatum; cujus ad calcem teſtatur, ſe nunquam quam in hoc auctore emendando plus laboris exhauſiſſe. Tertii itidem chartacei, in Bibliotheca Collegii* Lincolnienſis *reconditi, copia mihi facta eſt beneficio viri doctiſſimi* J. P. *ejuſdem Collegii ſocii. Rationem præterea habui eorum, quæ editor prior* Oxonienſis *ex codice* Weſtmonaſterienſi, (*qui non ita pridem cum aliis quam plurimis fatali incendio periit,*) Sichardus *ex manuſcripto quodam* Rodolphi Agricolæ, Gruterus *ex* Palatino, & Modius *ex* Neuſtetterianis *nobis conſervarunt. Atque ut nihil deſideraretur*

retur ad auctorem noſtrum adornandum, porro adjeci clariſſimorum virorum conjecturas, Juſti Lipſii, Joannis Livinèji, Cunradi Ritterſhuſii, Iſaaci Caſauboni, Friderici Gronovii, Latini Latinii, Caſparis Barthii, Joannis Schefferi, Chriſtophori Cellarii, *aliorumque haud paucorum. Ex libris vero impreſſis, duos præcipue ob oculos habui, qui ex* Aldi *nimirum &* Stephani *Typographeis prodierunt; quorum diſcrepantias una cum noſtris obſervationibus ad imam paginæ partem exhibui; ut uno veluti intuitu ſingula perſpecta habeas. At cum lectiones ex* Agricolæ *manuſcripto petitæ in pleriſque editionibus ad marginem adjectæ fuerint, quibus alii nonnulli ſuas etiam adpoſuerunt, (quo factum eſt ut* Sichardi *obſervationes à cæteris haud facile diſtingui potuerint) quæcunque itaque in margine editores priores adnotarunt, per notam hanc compendiariam* (Vulg.) *deſignavi.*

Id vero te monitum eſſe velim, in noſtris codicibus deſiderari librum epiſtolarum octavum & decimum, ſicut etiam Panegyricum. Nec plures quam octo libri Joanni Manſionario *fuerunt cogniti, ut ex ejus de utroque* Plinio *conſtat Animadverſione, quam inter* Teſtimonia *dedi. Imo novem tantum libri in codicibus* Apollinari Sidonio *coævis* (a) *comparebant. Quin & decimus liber (quem non ipſe* Plinius, *ſed alius quiſpiam ejus amicus, iſque fortaſſe* Plinii (b) *libertus, edidit) in codicibus, quibus uſi ſunt primi epiſtolarum* Pliniana-

(a) Vide *Apollin. Sidon.* Epiſt. l. IX. ep. 1. (b) Liberti quippe ſæpe artibus ingenuis inſtituti Patronorum opera poſthuma edenda curaverunt. Sic verbi gr. *Ciceronis* epiſtolas digeſſit ediditque libertus *Tyro*. Simileque officium præſtitit *Hadriano* libertus ejus *Phlegon Trallianus*. Vide *Spart.* Hadr. c. 16.

rum

rum *editores, non inveniebatur: ut inde conſtat, quod Beroaldus (qui primus* Plinium Bononiæ *A. D. MCDXCVIII. in lucem emiſit) novem tantum libros agnoverit. Librum decimum demum à* Petro Leandro *è* Gallia *in* Italiam *allatum vulgavit* Hieronymus Avantius Veronenſis *A. D. MDII; quem deſcripſiſſe videtur ex eodem illo codice* Pariſienſi, *cujus copiam* Aldo *fecit* Aloiſius Mocenicus. *Hoc ipſum exemplar* Aldus (*ut ex præfatione ejus patet*) *ipſa* Plinii *ætate ſcriptum opinatur; quam conjecturam tanto viro excidiſſe nollem* (a). *Hunc autem librum ubicunque repertum à* Plinio *ipſo ſcriptum fuiſſe inde liquet, quod epiſtolæ illæ de Chriſtianis etiam ante* Sidonium *incognitæ non fuerint; utpote quarum meminerunt* Tertullianus, Oroſius, Sulpitiuſque Severus, *ipſo* Sidonio *antiquiores. Sed hac de re, ut & de ordine epiſtolarum, nolo fuſius dicere; quod de his Doctiſſimus* Hen. Dodwellus *in Annalibus* Plinianis (*quos forſan propediem ex amore erga literas ſingulari divulgabit*) *accuratiſſime diſſeruerit. Ex quibus non dubito quin loca illa Prælectionum & Annalium illuſtrata dabit, quæ erroris ſuſpecta habet Cl.* Joannes Maſſon *in vita* Plinii, *quam ab eo humaniſſime mecum communicatam huic editioni præfixam eſſe volui.*

Ad horum ideo librorum (quos Codd. noſtri MSS. non adſervarunt) varietatum deſiderium levandum; quæ in margine editionis Stephanianæ *in Bibliotheca* Bodlejana *ad orationem Panegyricam inveni notata à manu viri celeberrimi* Joſephi Scaligeri, *una cum reliquis adnotationibus repræſentari non*

(a) Vide Annott. ad lib. X. ep. 21.

abs

abs te fore duxi: necnon alias id genus lectiones, quas ex ora editionis Aldinæ *in dicta Bibliotheca repositæ excerpsi. Si vero aliquando contigerit, ut minutiora quædam observasse videar, quæ nonnulli rectius forsan ejicienda putent, sciant velim ex istis etiam textui sæpissime lucem accedere.*

Postremo, ad benevolentiam tuam uberius demerendam, tres indices adjeci, primum eorum ad quos Plinius *scripsit, secundum Auctorum quos laudavit, tertium rerum & verborum maxime memorabilium.*

C. PLI-

C. PLINII SECUNDI JUNIORIS VITA

Ordine chronologico breviter digesta.

AN. ÆR. C. VULG. LXII.

AN. ÆTAT. PLIN. LXII. 1.

C. PLINIVS C. F. C. N. CAECILIVS SECVNDVS (Inscr. Grut. (*a*)) exeunte Anno Æræ C. vulg. LXI. vel sequenti, ut nobis verisimilius videtur, currente, & quidem ante mensem Augustum natus. (Vid. An. C. LXXIX. & LXXXVII)

Cujus ordinis fuerit Pater C. (vel L. (*b*)) CAECILIVS, haud magis, quam ejus cognominis forma, liquet. CAECILIA quidem Gens Nobilis, sed Plebeja; ex qua variæ familiæ, variis cognominibus distinctæ; celebriores Metellorum & Nigrorum, in antiquis etiam Denariis signatæ (*c*). Genus vero nostri proculdubio clarum & antiquum, ut qui *liberis*, si nati fuissent, *à suo uxorisque latere pronum ad honores iter, & audita latius nomina, & non subitas imagines relecturus* foret, (ep. 10. lib. VIII.) atque *statuas principum in agris per plures* SVCCESSIONES *traditas sibi custodiret.* (Ep. 24. l. X.)

Avunculus tamen, C. PLINIVS SECVNDVS Histor. Natur. Scriptor, *idemque per adoptionem Pater*, (Ep. 8. l. V.) in cujus proinde nomina & cognomina, non secus ac fortunam facultatesve noster transiit, non videtur gradum *Equestri* superiorem adeptus. Procuravit enim in Hispania, (ep. 5. l. III.) *quæ Equestris Nobilitas est*, ut loquitur Tacitus (*d*). At hoc non obstitit, quo minus noster ad *Senatoriam* dignitatem perveniret, interimque adeo in ejus spem *Latum Clavum* indueret. (Vid. inf. An. C. LXXV.

Patriam nostro Comum, (seu *Novum-Comum*) quo Julius Cæsar Colonos deduxit (*e*), oppidum *Mediolano vicinum* (*f*), unanimi sa-

(*a*) Pag. 454. n. 3. & 5. p. 1028. n. 5. (*b*) Variant scil. Inscrip. jam designatæ. (*c*) Vid. Vellej. Paterc. l. II. c. 11 Ursinus, Augustinus, & Streinius de Gent. & Fam. Rom. &c. (*d*) Vit. Agr. c. IV. (*e*) Sueton. l. I. c. 28. (*f*) Ammi. Marc. l. XV. c. 2. Confer ep. 13. l. IV.

tis conſenſu doctiores (a) aſſignant: quod id *ſuas delicias* (ep. 3. l. I.) ac *Larium Lacum*, hodie *Lago di Como*, SVVM (ep. 8. l. II.) appellet; atque juxta hunc villas plures amœniſſimas poſſideret. (Ep. 11. l. VII. ep. 7. l. IX.) Rem ſane, noſtro judicio, ipſemet evincit lib. IV. ep. 30., diſerte docens, *Patriam* ad *Larium Lacum* ſuiſſe; atque lib. VI. ep. 24. de villa ad eundem *lacum* ſita loquens, ſe *Municipem* loci vocat.

LXV. $\frac{3}{4}$

C. Muſonius Rufus Equeſtris ordinis, ſtudium Philoſophiæ & placita Stoicorum æmulatus (b), Plinii poſthac amicus, (ep. 11. l. III.) cum pluribus aliis in exilium à Nerone pellitur (c).

LXVI. $\frac{4}{5}$

Arria Pœti Thraſeæ uxor, & Fannia eorum filia Helvidiique Priſci Majoris conjux, ac Helvidii Minoris noverca, (ep. 16. l. III; ep. 19. l. VII; ep. 13. l. IX.) quibuſcum amicitia fuit Plinio, (ep. 13. l. IX.) ruina Thraſeæ hoc Anno necati (d), pene ceciderunt cum Helvidio, quem in exſilium prima vice ſequuta eſt Fannia. (ep. 19. l. III.)

Hoc circiter tempore, *ſub Nerone noviſſimis annis* Plinius Senior *dubii ſermonis octo ſcripſit libros.* (Ep. 5 l. III.)

LXVIII. $\frac{6}{7}$. LXX. $\frac{8}{9}$

Helvidius ille Major, cum ab exſilio Galbæ Principatu rediiſſet (e), biennio poſt Prætor Cærimoniis præfuit, quibus *XI. Kal. Jul.* prima Capitolii reſtituendi fundamenta fuere conſecrata (f). Tum quoque iterum Romæ florebat C. Muſonius (g). Unde eſt quod Plinius poſtea, *quantum licitum eſt per ætatem, eum admiratione diligere* potuerit. (Ep. 11. l. III.)

LXXV. $\frac{13}{14}$

Plinius hoc, vel ſequenti Ao., *quatuordecim natus annos Græcam Tragœdiam ſcripſit.* (Ep. 4. l. VII.) Adhuc dum ſcil. ſub domeſticis Præceptoribus ſtudebat, nec *Rhetorum* ſcholas frequentabat. Quinctilianus (h) certe *Poëticas* exercitationes, inter quas *Tragœdia*, demandat *Grammaticis*, qui puerorum Præceptores erant proximi ante *Rhetores*. Neque adeo *pueri* anno XIV. minores his inſtituendi tradebantur, ut affirmat erudit. H. D. (i).

LXXVI. $\frac{14}{15}$

Noſter hoc ſummum labente Ao., ætatis decimo quinto incipiente, debuit, pro temporum more, *togam virilem* ſumere; & quidem Patris *adoptivi* auſpiciis, ut cenſemus. Profecto Pater *Naturalis* jam ante deceſſerat; quandoquidem Virginius Rufus *Tutor* noſtro *re-*

(a) Onuphr Panv. Com in Faſt. l. II pag. 215. Joſ. Scalig Anim. ad Euſ. Chr p. 207. Joan. Ger. Voſſi. de Hiſt Lat. l. I c. 30 & Commentatores plurimi. (b) Tacit. Hiſt. l. III. c. 81. (c) Tacit. l. 6. Dio l. LXII. p. 714. (d) Tacit. Ann. l. XVI. c. 28. 35. Hiſt. IV. 5, 6. (e) Tacit. Hiſt. IV. 6. (f) Tacit. Hiſt. IV. 53. (g) Tacit. Hiſt. III. 81. & IV 40. (h) Inſtit. l. II. c. 4. (i) Annal. Quinctil. §. 1. p. 70, 71.

lius,

lictus, (ep. 1. l. II.) quod *Teſtamentariam* ſignificat Tutelam: qua vero nihil erat opus, non modo ſi Plinius, jam patre moriente, ab Avunculo fuiſſet adoptatus, ſed nec etiam ſi togam virilem induiſſet. Tum enim, pro legibus Romanis, *Tutoribus* ſolutus, ſuique juris fuit. Virginius autem ei *affectum parentis exhibuit*. (Ibid.) Quod indigitat, noſtrum ſub illius *Tutela* aliquot annos degiſſe. Deinde ep. 19. l. I. de Romani Firmi, Municipis ſui, condiſcipuli, & *ab ineunte ætate* contubernalis, Patre ſcribens, ait hunc *Matri ſuæ & Avunculo, ſibi etiam, quantum ætatis diverſitas paſſa eſt, familiarem fuiſſe*; Patrem nempe ſuum omittit, ut quo jam ab illa *ineunte ætate* fuerat orbatus; atque *Avunculum* ſuum una cum Matre memorat, quod & jam à teneris annis apud illum adoptionis jure vixiſſet.

Latum vero *Clavum* Plinius ſimul cum *toga virili*, ut mos erat, ſumpſit; licet hanc à Patre Adoptivo, *Equeſtri* viro, acceperit. Fallitur enim Cl. vir H. D. autumans (*a*), *Senatorum quidem filios id proprium habuiſſe, ut mox à toga virili ornarentur* Laticlavio; *reliquos vero familiarum Nobilium adoleſcentes, quorum patres non fuiſſent in Senatu, Militiam ſuam Equeſtrem à Cohortium Præfecturis auſpicatos, nec* Laticlaviam *proinde veſtem induiſſe ante* Tribunatum. At Suetonius (*b*), in hanc rem à Cl. V. laudatus, haud ita intelligendus ac ſi denotarit, Auguſtum *ſolis* Senatorum liberis *primum* permiſiſſe, *Latum clavum* protinus cum toga virili induere. Nam 1°. id ipſum ante Auguſti Principatum in uſu fuiſſe, docet idem Auctor de ipſo Auguſto ſcribens c. 94. *Sumenti virilem togam, tunica Lati clavi, reſuta ex utraque parte, ad pedes decidit.* Tum tamen is omnino *expers belli* erat, annumque ætatis XVI. agebat (*c*). Ut male divinet Caſaubonus, Jul. Cæſarem hoc peculiariter illi indulſiſſe. Nec ſecundo, alia erat adoleſcentum cauſa, ſi patribus non fuiſſent orti Senatoribus; uti Ovidius, è familia tantum Equeſtri oriundus, invicte demonſtrat. Is cum dixiſſet Triſt. l. IV. El. 10:

——— Uſque à proavis vetus ordinis hæres
Non modo fortunæ munere factus Eques:

Addit:

Interea tacito paſſu labentibus annis
Liberior fratri ſumpta, mihique toga eſt,
Induiturque humeris cum Lato *purpura* Clavo.

His adde, quod Suetonius de Veſpaſiano prodit c. 2.

Mox induta virili toga Plinius *Rhetorum* Scholas frequentavit, ſecundum ea, quæ ad Corelliam Hiſpullam de filii ſtudiis ſcribit, ep. 3. l. III. *Adhuc*, inquit, *illum pueritiæ ratio intra contubernium tuum tenuit: præceptores habuit. —— Jam ſtudia ejus extra limen proferenda ſunt: jam circumſpiciendus Rhetor Latinus, cujus ſcholæ ſeveritas — conſtet. Adeſt enim* adoleſcenti (N. B.) *noſtro* &c. Eundem morem oſtendit Auctor dialogi de Orator. (*d*) Nam cum ſub Meſſalæ perſona

(*a*) Annal. Vell. §. 9. p. 20. §. 11. p. 25 § 15. p. 33. Ann. Srat. p. 294.
(*b*) In Aug. c. 38. (*c*) Id. in Jul. Cæſ. c. 8. (*d*) Vid. cap. XXXIV. & XXXV.

docuiſſet, apud Majores *juvenem* (N. B.) illum, qui foro & eloquentiæ parabatur, *imbutum jam domeſtica Diſciplina — deductum à Patre, vel à propinquis ad oratorem, qui principem locum in civitate tenebat*; ſubjungit de hujus temporis (quo dialogus ille ſcriptus) conſuetudine: *At nunc adoleſcentuli noſtri deducuntur in ſcenas ſcholaſticorum, qui Rhetores dicuntur* &c. Quibus ſubjungi poſſunt, quæ Aul. Gellius hac de re habet (*a*). Adoleſcentiam autem à ſumpta virili toga initium habuiſſe, ex pluribus liquet ſcriptoribus; & ſpeciatim ex Valer. Maximo, qui de M. Cotta narrans, eum ipſo die, quo *togam virilem* ſumpſit, *Cajum Carbonem*, à quo Pater ejus damnatus fuerat, *poſtulaviſſe*; addit, *& ingenium, & adoleſcentiam præclaro opere auſpicatus*. Conſulendus etiam Suetonius l. III. c. 7.

Hoc adeo tempore Plinius *vixdum adoleſcentulus* Quinctilianum & Nicetem Sacerdotem frequentabat. (Ep. 6. l. VI. ep. 14. l. II.) In Schola vero Rhetorum *inter juvenes* ſedere ſolebat; (ep. 18. l. II.) *Nam*, ut ait ipſe Quinctilianus (*b*), *& adulti, fere* (ergo non omnino) *pueri, ad hos præceptores* tranſlati, *& apud eos juvenes etiam facti* perſeverabant (*c*). Romæ porro noſtrum, & prætextatum & togatum ſtudiis operam navaſſe, ipſemet ſatis clare inſuper indicat ep. 13. l. II; ubi *Voconium Romanum*, cui pater in Equeſtri gradu clarus, commendat veluti ſuum *in Urbe* ac *Seceſſu* contubernalem & condiſcipulum. Talis fuit & alius, ſupra memoratus, *Romanus Firmus*; cui, cum tantum in Patria *Decurio* eſſet, ille ad implendas Equeſtres facultates, *CCC. millia Nummum* poſthac obtulit. (Ep. 19. l. I.)

Alios pariter, per quos noſter profecerit, grate memorat; uti *Corellium Rufum*, ſuæ *vitæ teſtem, rectorem, magiſtrum* &c. (Ep. 12. l. I. ep. 17. l. IV.) *Hiſpullam* hujus uxorem, quæ noſtrum *à pueritia ſtatim formavit*: (ep. 19. l. IV.) *Arulenum Ruſticum*, qui adoleſcentiam ejus exhortationibus foverat. (Ep. 14. l. I.) &c.

Fannia iterum, hoc circiter tempore, maritum *Helvidium Priſcum* in exſilium ſequuta eſt. (Ep. 9. l. VII.) Is vero primum relegatus, deinde interfici juſſus à *Veſpaſiano* (*d*), videtur adhuc ſuperſtes, cum jam Imperator ille *ſextum* Principatus annum (Cal. Jul. A. LXXV.) abſolviſſet. Scriptor enim Dialogi de Orator. qui illum ſermonem habitum poſt hunc Veſpaſiani annum inducit (*e*), ſub Apri perſona *Helvidii ſapientiam* laudat, quam *nuper* Eprius Marcellus eluſerat (*f*).

Philoſophi quoque, Helvidii maledicentiam *& altercationes inſolentiſſimas* in Veſpaſianum imitati, ab urbe fuerunt expulſi, præter *Muſonium*, ſuadente Muciano (*g*), quem tamen jam A°. LXXVII. deceſſiſſe Plinius Senior variis in locis (*h*) indicare videtur. Inde forſan eſt, quod poſtea noſter in Syria Euphratem Artemidorumque Philoſophos ſectatus. (Ep. 10. l. I. ep. 11. l. III.)

(*a*) Noct. Attic. lib XVI. c. 1. & c. 8. lib XVIII. c. 4. l XIII. c. 21. &c. (*b*) Inſtit l. II. c. 2. (*c*) Vid. & Aul. Gell. l. XIII. c. 21. (*d*) Sueton. l. X. c. 15 (*e*) Dial. de Orat. c. XVII. (*f*) Ibid. c. V. (*g*) Dio l. LXVI. p. 750. ſeq. (*h*) Vid. Hiſt. Nat. l. III. c. 5. l. XXVIII. c. 2. &c.

LXXVII. 15/16

Plinius Major *Tito Conſuli VI.* dicavit *Naturæ hiſtoriarum triginta ſeptem libros; opus diffuſum, eruditum, nec minus varium, quam ipſa natura.* (Ep. 5. l. III.)

Ad hoc tempus poſt togam virilem noſtro indutam proximum ſpectat, quod is de ſe narrat ep. 1. l. IV. oppidum nempe prædiis vicinum, & cui nomen Tiſernum Tiberinum, *pene adhuc puerum Patronum cooptaviſſe.*

LXXIX. 17/18

Avunculus, cum Miſeni claſſem imperio præſens regeret, ac flagrante Veſuvio monte ad explorandas incendii cauſas propius acceſſiſſet, vi pulveris ac flavillæ oppreſſus occidit. (Ep. 16. l. VI.) Eam vero montis *conflagrationem* non modo Suetonius (*a*) illis annumerat triſtibus, quæ ſub *Tito* acciderunt; ſed & ex Dione (*b*) conſtat hoc anno contigiſſe. Menſem diemque ſævi caſus noſter notaverat: at paulo incertiorem utrumque facit codicum MSS. hoc loco inconſtantia; aliis *VIIII.* aliis *VIII. Kalend. Septemb.*, aliis *Kal.*, aliis *III. Non. Novemb.* præferentibus (*c*). Circumſtantiæ tamen *Auguſtum* potius menſem indigitant, prioremque alteramve lectionem confirmant. Narrat enim noſter, quod illo die, quo mater indicarat, apparere nubem inuſitatam & magnitudine & ſpecie, ex Veſuvio ſcil. ortam, Avunculus *uſus ſole, mox frigida,* (ſic enim, non *frigidam*, legendum) *guſtaverat jacens, ſtudebatque &c.* At vero ep. 5. l. III. diſertis teſtatur verbis, Avunculum nonniſi *Aeſtate* ea præſtitiſſe: *Poſt cibum*, ait, *ſæpe — æſtate, ſi quid otii, jacebat in ſole: liber legebatur: — Poſt ſolem plerumque frigida lavabatur, deinde guſtabat &c.* Neque vero obſtat *Dionis* teſtimonium: πῦρ γὰρ μέγα κατ' αὐτὸ τὸ φθινόπωρον ἐξαπιναίως ἐξήφθη: *Nam ſub Autumni tempus ingens incendium repente excitatum eſt*; uti ſatis recte vertit interpres. Perperam vero Leunclavius ad marginem apponit, *Autumni extremi tempore*; quod ſequitur Tillemontius (*d*). Etenim φθινόπωρον proprie, quidquid dicant Lexicographi, *Autumnum* in genere ſignificat; ut vel ex *Galeno* manifeſtum ſcribente (*e*), φθινοπώρου ἰσημερίαν, *Æquinoctium Autumnale circiter principium Dii menſis incidere*; atque *Arcturi* ortum *Æſtatis finem eſſe, Autumni vero principium, quod* ὡσεὶ ἡμερῶν ὡς δώδεκα τῆς φθινοπωρινῆς, *duodecim circiter diebus ante Autumnale Æquinoctium.* Atqui pro Julii Cæſaris rationibus, quas vulgo non tantum Romani, ſed & Aſiani ſequebantur, Æquinoctium Autumnale 24 Septembris inibat, *Arcturuſque pridie Idus*, i. e. XII. ejuſdem menſis oriebatur, Plinio (*f*) & *Galeno* (*g*) conſentientibus. Hoc igitur die τὸ φθινόπωρον, *Autumnuſve* cœperit; ac proinde Dio recte dixerit, Veſuvii incendium *ſub*, vel *circa Autumnum*, κατὰ φθινόπωρον accidiſſe; quod revera *IX. vel VIII. Kal. Septemb.* juxta noſtrum Auctorem initium

(*a*) L. XI. c. 8. (*b*) Hiſt. l. LXVI. p. 754. ſeqq. (*c*) Vid. not. ad h. l. (*d*) Hiſt. des Emp. T. III. p. 855. (*e*) Comment. ad Hippocr. lib. Epid. 1. (*f*) Hiſt. Nat. l. XVIII. c. 31. coll. lib. II. c. 47. (*g*) De Sanit. tuendâ lib. IV.

habuerit,

habuerit, monte etiam plures ardente dies. (Ep. 20. l. VI) Melius vero convenient, si φθινόπωρον, ut Hesychius testatur, cœperit *XV. sive XXII. Augusti*: φθινόπωρον, (inquit) ὁ ἀπὸ τῆς πεντεκαιδεκάτης Αὐγούστου μηνὸς, ἕως τῆ πεντεκαιδεκάτης Δεκεμβρίου, οἱ δὲ ἀπὸ εἰκοστῆς δευτέρας Αὐγούστου, ἕως πέμπτης εἰκοστῆς δευτέρας Δεκεμβρίου. Atqui ipse Plinius tunc temporis *Miseni* apud Avunculum cum matre, quæ tum quidem adhuc superstes, *sed annis & corpore gravis*, morabatur, *agens duodevicesimum annum*. (Ep. 16. & 20. l. VI.) Adeoque 18. ille ætatis annus nondum completus fuit, nostrique 17. tantum annos & aliquot menses natus erat. Si vero supponatur, ut licet, 17. ejus annum aliquo ex hujus anni C. LXXIX. mensibus, Augustum antecedentibus, absolutum fuisse; tum Plinius priori parte A.C. LXII. natus fuerit. At si dicatur, quod pariter fas est, 17. istum nostri annum exeunte A. C. LXXVIII. desiviſse; ac adeo Plinium mense Augusto hujus A. LXXIX. completos 17. annos, & insuper novem decemve menses egisse: tum A. C. LXI. ad finem vergente lucem ille viderit. Utrum autem verius sit, non possumus certo definire. Quid verisimilius censemus, supra indicavimus, ac inferius (ad A. LXXXVII.) magis aperiemus. Interim satis sit, hinc constare Plinium nostrum intra mensem Augustum A. C. LXI. atque parem A. sequentis LXII. natales habuisse.

Tanta vero fuit hac ætate Plinii constantia, ut, dum omnia terræ tremoribus everti crederentur, tempus *studiis* impenderet, librum Titi Livii quasi per otium legeret, atque etiam excerperet; nec gemitus ei, nec vox parum fortis in tantis periculis excideret. (Ep. 20, l. VI.)

LXXX. $\frac{18}{19}$

Plinius *undevicesimo ætatis anno dicere in Foro cœpit*, (ep. 1. l. V.) ac proinde hoc, vel summum sequenti anno C., ut ex superioribus clarum. Quam tunc causam susceperit, non liquet. Namque sine teste, & invito nostro, Cl. H. D. (*a*) huc *causam Julii Pasioris* (ep. 18. l. I.) refert. (Vid. inf. An. LXXXIII.)

LXXXI. $\frac{19}{20}$

Cum *Idib. Septemb.* Titus morte sua fratri Domitiano cessisset imperium, Plinius postea illius, *Divi* à fratre facti, *Sodalis Flavialis* fuit. Sic enim videtur interpretandum, quod inter nostri titulos ultimum apponit Inscriptio *Egii* in agro Comensi reperta (*b*): F L. D I V I T. A V G. scil. *Flavialis* (supple *Sodalis*) *Divi Titi Augusti*. Profecto Suetonius de *Domitiani* temporibus scribens *Collegium Flavialium* memorat (*c*), uti ante narraverat, Claudium *ad numerum Sodalium Augustalium sorte ductorum extra ordinem* S. C. adjectum fuisse. Inscriptiones quoque alios Sodales, *Antoninianos* nempe, *Hadrianales*, *Commodianos* &c. produnt.

Hæc igitur prima fuerit Plinii dignitas, si quidem lapidi prædicto fidem adhibeamus. Solent enim Marmora in Cl. virorum honori-

(*a*) Annal. Quintil. p. 80. (*b*) Vid. Grut. p. 454. n. 5. (*c*) Lib. XII. c. 4.

bus

bus recenſendis à ſummis, adeoque poſtremis initium ducere, & ſic ordine ad minores temporeque priores procedere.

Ibidem vero proxime noſter dicitur XVIR STL. IVD., i. e. *decemvir ſtlitibus judicandis*; quod & in duabus aliis Inſcriptionibus (*a*) habetur. Idcirco is haud ante hunc Ann. hoc officio functus fuerit. Auguſtus certe *Judices à viceſimo ætatis anno allegere* cœperat, *quinquennio maturius quam ſolebant* (*b*). Frequenter judicaſſe teſtatur. Ep. 20. l. I.

LXXXII. $\frac{20}{21}$

Cum in præfatis Inſcriptionibus hæc, TRIB. MILIT. LEG. III. GALLICAE, immediate præcedant quæ inde jam protulimus; hinc, ſicut & ex ſupra dictis, ſatis patet, Plinium vix ante hunc annum potuiſſe operam militiæ dare. Quod ipſemet haud obſcure oſtendit ep. 14. l. VIII; ubi cum de ſuperioris ævi moribus loquens dixiſſet; *Inde* (poſt adoleſcentiæ inſtitutionem) *adoleſcentuli ſtatim Caſtrenſibus ſtipendiis imbuebantur. — Inde honores petituri aſſiſtebant Curiæ foribus &c.* ſubjungit: *At nos juvenes fuimus quidem in caſtris; ſed cum ſuſpecta virtus, inertia in pretio; cum ducibus auctoritas nulla, nulla militibus verecundia, nuſquam imperium, omnia ſoluta, turbata &c.* Quæ manifeſte *Domitiani* tempora deſignant; nec forſan priora, quibus nonnulla virtutis ſpecimina dedit (*c*): cum tamen in ejus tenore haud permanſerit, (*d*) celeriterque aliorum virtutibus invidus & infenſus, in omnium generum vitia ruerit (*e*). Unde eſt quod Plinius alibi (*f*) iiſdem fere verbis queratur, diſciplinam caſtrorum ſub Domitiano lapſam exſtinctamque. Deinde clare ſatis innuit (*g*), ſe, eo imperante, primum ad honores promoveri cœpiſſe: *ſi curſu quodam*, inquit, *provectus ab illo inſidioſiſſimo Principe, antequam profiteretur odium bonorum, poſtquam profeſſus eſt, ſubſtiti &c.* Nec uſquam indicat, ſe Titi Principatu aliqua dignitate ornatum fuiſſe. Quin etiam ſuperius vidimus, priorem in lapidibus poſt Titi obitum notari.

Hoc itaque anno citiſſimum Plinius in *Syria* militaverit, *Tribunum* nempe *militum* agens; (ep. 11. l. III. ep. 19. l. X.) atque forſan ſub *Attilio Rufo* Conſulari, qui Ann. C. LXXXIV. eam Provinciam morte ſua vacuam reliquit (*h*). At certe *Legionis Tertiæ Gallicæ*, uti una (*i*) ex ſupra laudatis Inſcriptionibus diſerte prodit. Cujus Legionis Caſtra in *Phœnicia*, nondum hoc tempore *Syriæ* avulſa, fuiſſe, docemur à Dione (*k*). Hinc in aliis Inſcript. pro LEG. III. GALL., ſupplendum, TRIB. LEG. III. GALL., ac pro LEG. LEG. VI. GALL., ſic emendandum: TRIB. LEG. III. GALL. In ea autem militia Plinius Commilitones habuit viros poſtea cla-

(*a*) Grutor. p. 454. n. 3. & p 1028 n. 5. (*b*) Sueton. l. II. c 32. (*c*) Sueton. l. XII. c. 8, 9. Dion. l. LXVII. p. 765. (*d*) Suet. l. XII. c. 10. (*e*) Tacit. Agr. vit. c. XXXIX XLI. Plin. Pan. c. XIV. XLVIII. XLIX. LII. &c. Dio. l. LXVII. p. 759. ſeqq. (*f*) Paneg. c. XVIII. (*g*) Ibid. c. ult. (*h*) Tacit. Vit. Agr. c. XL. (*i*) Gruter. p. 1028. n. 5. (*k*) Lib. LV. p. 564.

ros; *Caleſtrium Tironem*: (ep. 16. l. VII.) *Claudium Pollionem*, cujus cum præeſſet Alæ militari, ſummam integritatem, &c. invenit noſter, juſſus à Legato Conſulari rationem Alarum & Cohortium excutere; (ep. 31. l. VII.) atque *Nymphidium Lupum* tunc *Præfectum*, (Ep. 19. l. X.)

Eodem tempore Plinius *Euphratem Philoſophum* in Syria *penitus & domi inſpexit, amarique ab eo laboravit*: (ep. 10. l. I.) Artemidorum pariter Philoſophum, Muſonii generum, *arcta familiaritate complexus eſt.* (Ep. 11. l. III.)

Plinium autem *adoleſcentulum* fuiſſe, cum in Syria militaret, teſtatur ep. 10. l. 1. Quā voce cum utatur narrans ſe Quinctilianum Rhetoricæ Præceptorem frequentaſſe, (ep. 6. l. VI) hinc Cl. H. D. (*a*) affirmat, *certum eſſe hanc* Plinii adoleſcentuli *ætatem minorem fuiſſe anno ejuſdem XIX; quo* primam *cauſam egit in foro, perfunctus nimirum Scholæ Rhetoricæ diſciplina: atque annos illos* Adoleſcentiæ Plinianæ *ab Ann. C. LXXV. & poſt diem menſis* Auguſti *XXIV. incipere, & ad Ann. LXXVIII. ſaltem exeuntem pertingere.* Quod ſi conſtaret, tum Plinii *militia* eſſet intra illos terminos definienda, multo citius, quam poſuimus. Imo cum Ann. ætatis XVIII. Miſeni fuerit, ac ſequenti Romæ cauſam in *foro* egerit; neceſſe foret, ut ante utrumque annum in Syria militaſſet. At multa obſtant, quo minus iſtam à doctiſſ. viro datam vocis *Adoleſcentuli* explicationem ſequamur. 1. Ipſemet Plinius ſe in *caſtris juvenem* fuiſſe pariter ſcribit. (ep. 4. l. VIII.) 2. Idem *Aſinium Baſſum* vocat *Adoleſcentulum*; cum tamen *Quæſturam* peteret, ac proinde 24. minimum annos natus eſſet; unde *juvenem* quoque & *adoleſcentem* eum appellat. (Ep. 15. l. IV.) Ita & Quadratum dicit *Adoleſcentem*, qui tamen *intra quartum & viceſimum annum maritus.* (Ep. 24. l. VII.) Alia præterimus, cum brevitas hîc nobis propoſita non patiatur, ut iſtiuſmodi litigationibus immoremur.

Quamdiu vero Plinius ſtipendia fecerit, haud compertum. Nec ulla videtur fuiſſe lex, quæ iſta Senatoria, vel Equeſtria officia aliquo annorum ſpatio definiret. Galba quidem exiſtimabatur ea *biennii* ſpatio *determinaturus* (*b*); quod adeo non præſtitit; nec aliquis ex Succeſſoribus feciſſe videtur. Trajanus ſane per *decem ſtipendia*, ſeu annos (*c*), *Tribunum* militum egit. *Neque enim proſpexiſſe caſtra, brevemque militiam quaſi tranſiſſe contentus.* (Paneg. c. XV.) Quibus patet, *breviorem militiam* tum licitam fuiſſe. Profecto clarum eſt ex Agricolæ vita, eum nonniſi per *duos* vel *tres* ſummum annos *ſtipendia* feciſſe. Quinetiam *ſemeſtrem Tribunatum* fuiſſe, noſter docet. (ep. 4. l. IV.) Id quidem Præſtantiſſimi Viri, quibus omnem reverentiam, honorem, & obſequium debeo, de *Tribunatu Plebis* intelligunt (*d*). Verum malim, ſi diſſentire liceat, idem de *Tribuna-*

(*a*) Annal. Quintil. p. 108. Vid. & p. 76. (*b*) Sueton. Gal. c. XV. (*c*) Sunt enim *Stipendia*, non ſolum æra, quæ meret miles, ſed & certus annorum numerus, quibus *militare olim tenebantur.* Poly. l. VI. (*d*) Vide Pagi Critic. in Ann. Bar. ad An. C. CIII. §. 8.

tu Militum interpretari; quandoquidem Plinius illam dignitatem in *C. Calvisii* gratiam à *Sossio* petit, tanquam penes eum solum esset eandem dare; quod de Tribunatu plebis dici nequit. Duces autem Exercituum *Tribunatus militum* soli conferebant, ut vel ex nostro (ep. 8. l. III. ep. 22. l. VII. col. ep. 13. l. II.) perspicuum. Ille vero *Sossius*, vel potius *Sosius*, ut duo Bodlejani Codices MSS. ferunt, idem videtur ac *C. Sosius Senecio*, An. C. XCIX. COS. I. ac An. C. CVII. COS. II.; Vir Trajano amicissimus. Itaque labitur Cl. H. D. asserens (*a*), *decem* fuisse ad minimum *stipendia* ad *Senatum* plane necessaria.

Cæterum Plinii Tribunatum *semestri* majorem fuisse, licet ex illis colligere, quæ de sua cum *Euphrate* & *Artemidoro* in Syria familiaritate scribit. (Vid. sup.)

LXXXIII. $\frac{21}{22}$

Hoc forsan An., vel sequenti, Plinius ex Syria Romam militiæ stipendiis functus redierit; atque cum rediens in Icaria insula ventis detineretur, Latinos elegos in illud ipsum mare ipsamque insulam fecerit. (Ep. 4. l. VII.)

Aliquo certe tempore ante *Senatoriam* Ætatem, 25. scil. annum, è militia reducem fuisse, ipsemet prodit; (ep. 14. l. VIII.) narrans, se, postquam in castris fuerat, *prospexisse Curiam, sed Curiam trepidam & elinguem &c.* i. e. ut ex superioribus ibid. patet, castrensibus stipendiis jam imbutum, deinde honores petiturum *astitisse Curiæ foribus, & Concilii publici spectatorem, antequam consortem*, fuisse.

Post reditum vero uxorem demum duxisse videtur; certe *Domitiano* jam imperante; siquidem ejus *tristissimo sæculo duo matrimonia* contraxit. (Ep. 2. l. X.)

Equidem noster *maritus* erat, atque etiam *adolescentulus*, cum *Julii Pastoris* causam in *quadruplici judicio* suscepit; (ep. 18. l. I.) quam Cl. H. D. (*b*) arbitratur eandem esse, ac *primam* ab eo XIX. agente annum dictam. Verum fallitur Cl. vir; cum Plinius illam J. Pastoris causam contra *Cæsaris amicos* egerit, hocque illis annumeret rebus, quæ *excutere mentem sibi post triste somnium poterant*; (Ibid.) quod idcirco clare demonstrat, *Cæsarem* istum fuisse *Domitianum*, quo imperium auspicante noster jam *vicesimum* saltem annum compleverat. Nihil sane sub *Tito*, quo regnante XIX. annos natus prima vice in Foro dixit, metuendum nostro fuisset, quamvis contra ejus amicos causam suscepisset. Deinde (Ep. 24. l. IV.) hoc ipsum *quadruplex judicium* memorans, diserte testatur, se tum *juvenem* fuisse, cum in illo ageret. Quod notandum, ne illa vox, *Adolescentulus*, fucum & hic iterum faciat, in erroremque inducat.

Neque meliori jure idem doctiss. vir contendit (*c*) annum ætatis XVIII. apud Romanos matrimoniis legitimum fuisse, atque post illam ætatem *vacationem* datam, vel *annuam*, vel summum *biennii*, antequam *uxoriam* penderent cœlibes. Multa quidem hanc in rem con-

(*a*) Ann. Vell p. 9. 13. (*b*) Annal Quinctil. pag. 80, (*c*) Annal Statian. §. V. VI.

geſſit; ſed in pleriſque labitur. Satis erit obſervaſſe, 1. quod *diſertum* de *Matrimoniorum ætate* legum caput nullum repererit *Lipſius*, qui plurima tamen hac de re collegit, ut doctus ille vir fatetur (*a*), nec ipſe ullum addiderit. 2. quod complura adverſus ejus aſſertionem exempla militent. Nam præter illud ſuperius (An. LXXXII.) ex noſtro prolatum, *Quadrati* nimirum intra XXIV. annum *mariti* &c. (ep. 24. l. VII.) aliud apud eundem occurrit, *Junii* ſcil. *Aviti*, qui *Ædilis deſignatus*, ac proinde anno XXV. major, deceſſit; cum tamen nonniſi *ante annum accepiſſet uxorem*, filiamque paulo ante ſuſtuliſſet; atque adeo *recens maritus*, *recens pater eſſet*. (Ep. 23. l. VIII.) Tertium nobis ſuppeditat *Agricola*, qui è *Tribunatu militum* in Britannia geſto *ad capeſſendos Magiſtratus in urbem digreſſus*, Domitiam Decidianam ſibi junxit (*b*). Is autem natus erat *Cajo Cæſare tertium* (ut vulgares Taciti codd. ferunt, qui tamen videntur emendandi (*c*)) *Cons. Idib. Juniis* (*d*); i. e. An. C. XL. Dein *Suetonius Paulinus*, cui diligenti ac moderato duci *prima caſtrorum rudimenta approbavit* Agricola (*e*), *biennio* tantum apud Britannos *proſperas res* habuit, eoſque ad Monam Inſulam ſtravit, *Ceſonio Pæto*, *Petronio Turpiliano COSS* (*f*); i. e. An. C. LXI. atque tradere *exercitum Petronio Turpiliano*, *qui jam Conſulatu abierat*, *jubetur* (*g*); eodem nempe anno exeunte. Igitur & tum ſaltem, ſi non ante, Agricola regreſſus in urbem, ducturus uxorem; cum XXII. annum ageret, ſi quidem An. C. XL. natus fuerit; at aliquanto major, ſi natales habuerit antiquiores, uti ex ejus apud Tacitum vitæ characteribus certius eſſe doceremus, ſi locus permitteret.

Cæterum Plinio *Tribunatu* militum functo alteram non aſſignamus militiam; quod nullam præterea legamus; nec iſtorum temporum mos fuerit, ut nobiles adoleſcentes, ad Senatorios Magiſtratus militantes, varia *ſtipendia* mererent, *treſve* militiæ *gradus* percurrerent, ſcil. primum *Cohortem*, deinde *Alam*, tandem *Tribunatum* Legionis haberent: quidquid ſcribat Cl. H. D. (*h*); cujus multiplices hac de re hallucinationes, ut prolixe confutemus, per noſtrum non licet inſtitutum. Notetur modo quod ſuperius de Agricolæ militia diximus, qui *prima caſtrorum rudimenta*, cum *Tribunus* tamen eſſet, ſub ſolo duce Suetonio Paullino habuit, hincque continuo ad capeſſendos Magiſtratus, Senatorios nempe, in urbem digreſſus. Neque profecto Trajanus per *decem* ſua *ſtipendia* alium militiæ gradum præterquam *Tribunatum* obtinuit. (Pan. c. XV.)

LXXXIV. $\frac{22}{23}$

Poſt illum noſtri è militia reditum, atque ad hunc An., vel ſubſequentes referendum, quod proxime in duabus ex iiſdem Inſcrip. legitur: SEVIR. EQVITVM ROManorum. De quo *Seviratu* præ cæteris conſulendus Illuſtriſſ. Ezech. Spanhemius (*i*).

(*a*) Ibid. pag. 200 (*b*) Tacit. vit. Agric. c. V, VI. (*c*) Vid. Petavi. ad Epiphan. Hær. LI. pag. 98. (*d*) Tacit. Vit. Agr. c. XLIV. (*e*) Tacit. ibid. c. V. (*f*) Tacit. Ann. l. XIV. 29. (*g*) Tacit. ibid. c. XXXIX & vit Agr. c. XVI. (*h*) Annal. Velej. pag. 19. & ſeqq. Annal. Stati. p. 263. 282. &c. (*i*) De Præſt & Uſu Numiſ. p. 666. ſeq.

LXXXVII. 25/26

Cum pro noſtris rationibus Plinius nonniſi labente ſuperiori anno fuerit viceſimum quintum ætatis annum auſpicatus; nec ante hanc ætatem per Leges licuerit *Quæſturam* gerere, quæ primus in *ſenatu* gradus (*a*): hinc ſequitur noſtrum Anno citiſſimum proximo Quæſturam petiiſſe, eamque hoc ineunte ſubiiſſe; ſiquidem hæc dignitas, ut & cæteri, ſi *Præturam* excipias, Magiſtratus, initium cum ipſo anno ſumebat. Eadem certe vix ad alium ex ſuperioribus ſequentibuſve annis alligari poterit; ſi quæ jam de Plinii ætate diximus, & quæ inferius de aliis honoribus proferemus, ſimul rite conferantur. Interim hîc inſuper notandum, quod noſter profitetur, ſibi primum *profuiſſe bonorum amicitias*; (Ep. 24. l. IV.) atque viros in urbe Principes habuiſſe amicos, ac *in petendis honoribus ſuffragatores*; (ep. 8. 17. l. IV. coll. ep. 1. l. II. Pan. c. XC. &c.) imo & ipſum Domitianum, à quo *curſu quodam provectus*. (Pan. XCV.) Unde elicimus, eum ſtatim ac per Legem Annalem fas fuerit, uti hoc anno licuit, ad hanc Senatoriam dignitatem eſſe promotum.

Noſter autem ipſiuſmet *Domitiani* Quæſtor fuit; prout teſtatur ep. 16. l. VII., ſe & Caleſtrium Tyronem *ſimul Quæſtores Cæſaris fuiſſe*: ſuffragantibus ſæpius laudatis lapidibus, in quibus ille inſcribitur: Q. & QVAEST. IMP., i. e., *Quæſtoris Imperatoris*; qui & hoc anno COS. XIII. ſuos pariter Quæſtores, pro aliorum Conſulum more, habuerit. Equidem & extra Conſulatum proprius fuit Imperatori Quæſtor, quem docti ex Ulpiano *Candidatum Principis* vulgo vocant; qua de re, illiuſve munere, nunc diſputare nolumus. Attamen tales nobis nequaquam videntur Plinius & Tyro; quandoquidem nuſquam, ni fallimur, legimus, plures iſtiuſmodi Quæſtores Principi ſimul inſerviſſe; contra vero ex Dione (*b*) certo novimus, ſingulis Conſulibus *binos*, quot nunc Domitiano, fuiſſe Quæſtores. Ille enim ad Appii Claudii & C. Norbani Conſulatum: *οἷς*, ait, *ἀεὶ τοῖς δύο ἑκατέροις ταμίαι συνῆρχον*. Utut ſit, ex alterutra tamen interpretatione Plinii ac Tyronis Quæſtura fuerit *Urbana*. Nec opus erit, ut poſtea *Provincialem* illis aſſignemus; cum nullus hiſce temporibus utraque dignitate decoratus in marmoribus libriſve reperiatur: ut certum ſit, celeber. virum hallucinari, qui rem aliter ſe habuiſſe ſupponit (*c*). Errat etiam aſſerens (*d*), *Annuam* non fuiſſe ſub Imperatoribus Quæſturam, eorum præſertim, qui Conſulibus ipſis inſervirent; quod veriſimile non ſit, *bimeſtribus Conſulibus annuos* fuiſſe *Quæſtores*. At hujuſmodi ſuſpicionum conjecturarumve caliginem diſpellit lucidum noſtri teſtimonium ep. 23. l. VIII; ubi de Junio Avito: *Qua induſtria*, inquit, *qua modeſtia Quæſtor Conſulibus ſuis, (& plures habuit) non minus jucundus & gratus, quam uſui fuit.* Itaque cum Avitus *plures* in Quæſtura *Conſules* habuerit, qui iſtis temporibus *bimeſtres* eſſe ſolebant, neceſſe eſt, ut

(*a*) Vid. Lipſi. de Magiſtratib. c. V. &c. (*b*) Lib XLVIII. p. 383. (*c*) H. D. Prælect. XII. ad Spartii. Hadr. p. 421, 424, ſeq. Annal. Vellej. p. 56, 57, &c. (*d*) Prælect. XI. p. 388 ſeq.

ejus munus pluſquam *bimeſtre* fuerit. Nec ulla eſt ratio dubitandi, quin *annuam* ipſe & alii *Quæſturam* geſſerint.

XC. $\frac{28}{29}$

Tyronis Tribunatum plebis, *in quo liberorum jure* Plinium *præceſſit*, (ep. 16. l. VII.) ad hunc annum referimus; ita ut eundem 4. *Id. Decemb.* ſuperioris anni, pro more, inierit, ac ad parem hujus anni diem obtinuerit. Doctis enim aſſentimur viris, qui XXVIII. ætatis annum *Tribunatui* gerendo legitimum aſſignant; atque *biennium* ex legibus inter Quæſturam & Tribunatum, non ſecus ac inter hunc & Prætúram medium exiſtimant. Negat quidem Cl. H. D. (*a*), ullam *Tribunatui* ætatem à *legibus* deſignatam; licet fateatur, ex aliis tamen honoribus, ſeu antecedentibus, ſeu conſequentibus, ætatem fuiſſe *certam* ad illum neceſſariam. Verum noſter rurſus haud obſcure indicat *legem* de hoc quoque Magiſtratu fuiſſe *Annalem*. Etenim ep. 20. l. III. *ordinem comitiorum*, prout ſua ætate ac paulo ante obtinebat, exponens: *citato*, ait, *nomine candidati, ſilentium ſummum. Dicebat ipſe pro ſe, vitam ſuam explicabat, teſtes & laudatores dabat, vel eum ſub quo militarat, vel eum cui Quæſtor* (N. B.) *fuerat, vel utrumque ſi poterat. — Nonnunquam candidatus aut Natales Competitoris, aut annos,* (N. B.) *aut etiam mores arguebat.* Igitur, ſi Competitoris *anni* poterant *argui*, lex omnino erat quæ eoſdem definiret. Hic vero de Tribunatu plebis Plinium præſertim agere, ex eo patet, quod de *Candidato* loquitur, qui ſolum *Quæſtor* proxime fuerat. Neque adeo de *Prætura* Candidato Plinius intelligi poteſt; cum nullo fulcro ſultum ſit, quod idem Cl. vir affirmat (*b*), haud neceſſarium nempe Quæſtori ad *Prætúram* ambiendam, ut *Tribunatum* antea geſſiſſet. Hoc enim vel Dio confutat, docens (*c*), *Prætores* creatos nonniſi *tricenarios*, & jam *Quæſtura ac Ædilitate, ſive Tribunatu plebis functos.* Quod & innumeris *privatorum* (Principum enim gratia lex Annalis haud raro prætermiſſa) exemplis confirmari poſſet. Sed ſufficiat, eruditum virum poſt varia ratiocinia tandem confiteri (*d*), *ante annum XXVIII. iniri honorem illum non potuiſſe, quicunque medius erat inter Quæſturam atque Prætúram.*

XCI. $\frac{29}{30}$

Eodem igitur An. & Plinius Tribunatu ſimul cum Tyrone fungi per legem Annalem potuiſſet, ſi, *jure trium librorum* gaudere ipſi, ſicut amico, licuiſſet. Ipſo tamen An. deſinente, ſcil. 4. *Id. Decemb.*, noſter idem munus ſubierit, atque ad parem An. C. XCI. diem adminiſtraverit; quippe Tyro eum in hac dignitate modo *præceſſit*. Hujus enim vocis vi ſequitur, Plinium proxime & immediate Tyroni in Tribunatu ſucceſſiſſe.

Noſter vero, cum Tribunus eſſet, *abſtinuit cauſis agendis*, ex ep. 23. l. I., qua diſerte hujus Magiſtratus officium & jura deſcribit.

Senatus ei *publicis etiam monumentis in Tribunatu quietis teſtimonium perhibuit.* (Pan. c. XCV.)

(*a*) Prælect. XII. p. 419. ſeq. | XXXII. (*d*) Prælect. XII. p. 425.
(*b*) Præl. XII. pag. 421. (*c*) Lib.

Plinium

XCIII. $\frac{31}{32}$

Plinium dedit *Senatus cum Herennio Senecione advocatum Provinciæ Bæticæ contra Bæbium Massam*; (ep. 33. l. VII.) qui *jam tum reus* erat cum *Agricola* decessit, *X. Kal. Sept., Collega Priscoque COSS.*, auctore Tacito (*a*); i. e. 23. Augusti mensis An. C. XCIII. Cum autem *damnato Massa*, (& quidem paulo ante vindemiales ferias, uti ex epist. ostendere possemus, si prolixiores esse liceret) senatus censuisset, *ut bona ejus publice custodirentur*, atque Senecio una cum Plinio à Consulibus peteret, *ne bona dissipari sinerent*; tum Massa præsens Senecionem *impietatis reum postulat*. Quod cum in aliis omnibus horrorem creasset, Plinius tamen ad Consules, *Vereor*, inquit, *ne mihi Massa silentio suo prævaricationem objecerit, quod non & me reum postulavit*. Qua de *voce* Nerva tum *privatus* nostro gratulatus est, missis ad eum literis; (ep. cit.) *Tarento* nimirum, si *Philostrato* fides, scribenti (*b*), *Nervam* tunc temporis relegatum in eo degisse oppido. Hanc vero Nervæ gratulationem haud recte Cl. H. D (*c*). eidem post Imperii, si superis placet, *abdicationem* privato tribuit.

Hoc porro tempore, at ante *Rustici* necem, noster videtur apud centumviros ejus rogatu adfuisse *Arionillæ*, Timonis uxori &c. (Ep. 5. l. I.)

Ad hunc quoque Annum Plinii *Præturam*, (in qua Tyronem, qui eum in Tribunatu *præcesserat*, ille demum *consecutus*; (ep. 16. l. VII.) & quam adeo simul cum Tyrone gessit,) allegandam censemus, eo sequentibus moti rationibus. I. *Quum essent Philosophi ab Urbe summoti*, Plinius *fuit apud Artemidorum*, (unum ex illis) *in suburbano*, & quidem *Prætor*, atque *tum amicis* nostri *occisis, Senecione, Rustico, Helvidio.* (Ep. 11. l. III.) Atqui Rustici *criminis occasione, Philosophos omnes Urbe Italiaque summovit* Domitianus (*d*); atque *Rusticus* uti & alii *mox* post Agricolæ mortem occisi fuere (*e*): ac proinde paulo post 23. Aug. hujus An. Maxime cum Senecionem *impietatis reum* postulaverit Massa, modo damnatus, at *reus*, cum Agricola defunctus, ut jam dictum. Nam si magnam Domitiani sævitiam geniumque pavidum semper atque anxium, minimis etiam suspicionibus commotum (*f*), cogitemus, aut delatorum agmen, qui quasi grassatores, non solitudinem, sed Templum, sed Forum insederant; (Pan. c. XXXIV.) quin imo si meminerimus *Massam* à Tacito inter *causas malorum*, quæ his temporibus tulerunt, recenseri: næ minime dubitabimus, quin statim Domitianus noverit Senecionem *impietatis*, i. e. in se criminis accusatum, atque continuo eum ad pœnas traxerit, nec ad proximum distulerit annum. Igitur & hoc An. C. XCIII. Philosophi fuerunt expulsi; ac Plinius Præturam gessit.

II. Plinius *relegatis*, cum esset Prætor, annumerat (ep. 11. l. III.) non modo *Arriam, Fanniamque*, (illius filiam, ut sup. ad An. C. LXVI., quæ adeo nunc *tertio* propter maritum relegata ep. 19. l. VII.) sed & *Gratillam* Rustici conjugem (ep. 1. l. V.) quæ proinde

(*a*) Vit Agri. c. XLIV. XLV. (*b*) Vit. Apoll p. 325. (*c*) Cyprian. Diss. App § 41. (*d*) Suet. l. XII. c. 10. (*e*) Suet. l XII. c. 10, 11, 14. (*f*) Ibid.

eodem

eodem tempore in exſilium miſſa, quo maritus ad necem deſtinatus, ſcil. *mox* poſt Agricolæ obitum, non ſecus ac illæ. Unde eſt quod Tacitus ſcribit, Agricolam *non vidiſſe tot nobiliſſimarum fœminarum exſilia & fugas.* Deinde vero ep. 1. l. V. nos docet, ex quo *Gratilla* moriens *legatum* Plinio reliquerat, iſque *omnia uſuceperat*, jam *biennium* tranſiſſe; cum tamen Domitianus adhuc dum ſuperſtes eſſet. Nam Plinii cohæredes *componere* cum *Aſſudio Curiano* Gratillæ filio exhæredato cupiebant, *non diffidentia cauſæ, ſed metu temporum, & quia verebantur, quod videbant multis accidiſſe, ne ex centumvirali judicio capitis rei exirent.* Quæ plane Domitiani principatum demonſtrant. Igitur cum hoc negotium inter Gratillæ filium & hæredes aliquandiu protractum, ex noſtri narratione videatur; nec idem ſerius quam medio An. C. XCVI., iſtius Principis emortuali, agitatum dici queat; hinc ſequitur, illud *biennium* tunc completum, ſi ab hoc tempore retro computetur, medio C. XCIV. initium ſumere, atque tum *Gratillam* jam vita functam; necnon antea relegatam fuiſſe. Ita ut facile ad exitum Anni C. XCIII. deducamur, etiamſi paucos tantum menſes ab initio exſilii Gratillæ ad ejuſdem obitum, ac bonorum Plinio relictorum *uſucapionem* lapſos ſupponeremus. Verum hinc ſaltem conſtet, Plinii Præturam haud inferius quam A. C. XCIV. protrahi poſſe. III. *Philoſtratus* auctor eſt, *Appollonium* veniſſe Romam, *Philoſophis* modo ab urbe dejectis (*a*), cum jam *triginta & octo anni* ab initio *Neronis* fluxiſſent (*b*): eum Romæ 13. dies (*c*) moratum eſſe: exinde *in Peloponneſum tranſiſſe*, ἀεὶ μετοπώρου ἀρχομένου, *circiter Autumni principium* (*d*): poſtea in variis *Græciæ* locis per *duos* egiſſe *annos*: tandem in *Ioniam* navigaſſe; & cum plures ejus civitates peregraviſſet, diutius autem, πλείω χρόνον, *Smyrnæ & Epheſi* Philoſophatus eſſet (*e*); tandem in *Xyſti luco diſputantem* ſuis auditoribus *Epheſiis* Domitiani necem *eodem temporis momento* nunciaviſſe, quo ille occiſus (*f*); ſcil. die Sept. 18. An. C. XCVI. Jam vero, ſi annos tantum 38. exacte completos, (etſi 38. ac menſes aliquot intelligi poſſint) ſtricte etiam à 13. Octob. An. C. LIV, quo Principatum Nero auſpicatus, numeremus; finis tamen eorundem nonniſi cum pari Octob. die An. C. XCII. coincidet. Deinde cum *biennium* moræ Apollonii in *Græcia* aliquot menſibus ante Domitiani cædem præterlapſum fuiſſe, vel ex altera ejuſdem poſtea in *Ioniæ* urbibus manſione pateat; neque tamen ab alio capite, præterquam *Autumni principio* ſit deducendum: hinc neceſſe fit, ut idem *biennium* ab *Autumno* An. C. XCIII., non vero An. C. XCIV., computetur; ac proinde illo tempore, circiter exeunte Septembri, vel ineunte Octobri An. C. XCIII. Domitianus *Philoſophos* ab Urbe ſummoverit; atque tum Plinius Prætor fuerit. Q. E. D.

Minutii Fuſci & Corelliæ (Sororis Corellii Rufi) filius *Prætore* Plinio *ludis ejus præſedit*; (ep. 11. l. VIII.) *Apollinaribus* puta ludis,

(*a*) Vit Apoll. p. 327, 329. (*b*) P. 348. (*c*) P. 354. 363, 368. (*d*) P. 415. (*e*) P. 423. (*f*) P. 425.

quos

quos à Prætore Urbano celebrari, & *à Nonis Julii ad 4. Idus* præſcribi ſolitos, vel ex *Cicerone* (*a*) diſcimus.

Senatus vero *publicis etiam monumentis* Plinio *in Prætura modeſtiæ* teſtimonium perhibuit. (Pan. c. XCV.)

Cæterum anno Plinianæ *Prætoræ* ut ſupra definito, inde tempora anteactorum Magiſtratuum firma rectaque manebunt; modo intervallum ex legibus *biennii* fuerit medium, prout jam cum doctioribus ſuppoſuimus. Hoc autem, ut magis magiſque extra dubium ponatur, hoc loco accuratius obſervandum, quod noſter ep. 16. l. VII. ſignificat, ſe nimirum in *Prætura* Tyronem eſſe *conſecutum*, i. e. ſimul Prætoram geſſiſſe, *cum* ipſi *Cæſar annum remiſiſſet*. Nam, quidquid alii opinentur, hæc *remiſſio*, uti vel ex contextu clarum, nihil aliud ſpectare poteſt, quam illud temporis ſpatium inter Plinii Tribunatum atque Prætoram ex legibus medium. Neque ſane Plinio jam 30. ætatis annum, Prætoræ legitimum, (uti ſuperius ex Dione oſtendimus) egreſſo alia remiſſione fuit opus. Idcirco cum noſter haud ipſo Tribunatus anno, ſed citiſſimum ſequenti potuerit ſe Prætoræ Candidatum præbere; at Prætor tamen cum *Tyrone* fuerit: hinc ſequitur, I. *biennium* inter *Tyronis* Tribunatum & Prætoram interceſſiſſe; videl. annum, quo Plinius in Tribunatu Tyroni ſucceſſit, & ſequentem, quo ille *Prætoram* petiit. II. Plinium *altero* quidem poſt Tribunatum anno *Prætoram* iniiſſe; ſed nonniſi *biennio* poſt ex legibus debuiſſe hoc magiſtratu fungi; ſiquidem Imperator *annum* ei *remiſit*, i. e. uno citius anno, quam pro legibus licebat, Prætoram accepit. Idem exemplo, ut hoc ſolum utamur, *Junii Ruſtici* confirmatur; qui *Tribunus Plebis* An. C. LXVI; *Prætor* tamen An. C. LXIX. erat (*b*).

XCVI. $\frac{34}{35}$

Si Domitianus, hoc An. XIV. Kal. Octob. occiſus (*c*), *diutius vixiſſet*, Plinius ſe *reum* vidiſſet. *Nam in ſcrinio ejus datus à Caro de* noſtro *libellus inventus eſt.* (ep. 27. l. VII.) Iſtius quod imminebat periculi ſigna recitat. ibid.

Hucuſque vero poſt *Prætoram* inter mœſtos & paventes latuerat, nullas ambiens dignitates. *Si curſu quodam*, narrat ipſe, (Pan. c. XCV.) *provectus ab illo inſidioſiſſimo Principe, antequam profiteretur odium bonorum, poſtquam profeſſus eſt*, (mox nempe poſt Agricolæ mortem, cum ille *non jam per intervalla ac ſpiramenta temporum, ſed continuo & velut uno ictu Remp. exhauſit*, & eadem ſtrage tot Conſularium cædes fecit, expulſis inſuper S. C. ſapientiæ Profeſſoribus &c. (*d*)) *ſubſtiti; quum viderem, quæ ad honores compendia paterent, longius iter malui.*

Hoc tempore *Martialis* verſiculos de Plinio compoſuit, quos noſter ep. 21. l. III. partim recitat, & integros legere eſt epig. 19. lib. X., quem hoc An. exeunte poſt Domitiani necem eſſe editum, inviſte alibi probamus, atque vel ex epig. 72. ſatis manifeſtum.

(*a*) Ep. 1. coll. cum ep. 4 lib. XVI. ad Attic., & Philip I. (*b*) Tacit. Ann. XVI. 26. coll. Hiſt III. 80. (*c*) Suet. l. XII. c. 17. &c. (*d*) Tacit. Vit Agr. c. XLIV. coll. c. 2. & Aul Gelli. Noct. Att. l. XV. c. 12.

Primis

Primis quidem *diebus redditæ libertatis*, (cum ſcil. *Nerva* Domitiano ſuccedens res olim diſſociabiles miſceret Principatum ac Libertatem, ut habet Tacitus (*a*),) *pro ſe quiſque inimicos ſuos, duntaxat minores, poſtulaverat ſimul & oppreſſerat.* (Ep. 13. l. IX.)

XCVII. $\frac{35}{36}$

Verum noſter arbitratus, eſſe magnam pulcramque materiam inſectandi nocentes, miſeros vindicandi, ſe proferendi, noluit *Helvidium Priſcum* juniorem, quem ſuperius à Domitiano vidimus interfectum, *inultum pati*; adeoque *Publicium Certum* (jam *Præfectum Ærarii*, & brevi Conſulem futurum, qui Helvidio tantum *reo* in ſenatu manus intulerat) apud P. C. accuſavit & proprio crimine urſit: *cum jam ſatis ille primus impetus deferbuiſſet, & languidior indies ira ad juſtitiam rediſſet.* (Ep. cit.) Unde colligere eſt, id nonniſi An. C. XCVII. ineunte peractum. Eo magis, quod jam *Arria & Fannia*, quarum altera Helvidii Noverca, altera Mater Novercæ, *ab exſilio redierant.* (Ibid.) Etenim hoc demum anno EXSVLES ROMAE REDDITOS Nummus III. Nervæ Conſulatu ſignatus docet. Quod & noſter confirmat Ep. 5. l. I. ſcripta cum exſpectaret quidem *Mauricum* (una cum Nobliſſimis illis fœminis relegatum ep. 11. l. III.) nondum ab exſilio reducem; ſed cum tamen ipſe *Prætoris officio* jam interfuiſſet; i. e. novum hujus An. Prætorem Kal. Janu. munus auſpicantem officii cauſa comitatus eſſet, ac deduxiſſet. Quo ſenſu Spartianus notat Hadrianum *Romæ Prætorum & Conſulum officia frequentaviſſe*; atque noſter ep. 17. l. IV. de Corellio, *ille*, ait, *in omnibus officiis noſtris, quanquam & imbecillus & ſenior, quaſi juvenis & validus conſpiciebatur.* Legatur ep. 1. l. II. & ep. 37. l. IX., conſulaturque *Lipſius* de Magiſt. Rom. c. IX., *Hadri. Valeſius* not. ad Am. Marcell. l. XXVI. c. 1. &c.

Etiamſi vero *relationem* de Certo *Cæſar* Nerva *ad ſenatum non remiſerit*; *obtinuit tamen* Plinius *quod intenderat. Nam Collega Certi Conſulatum, ſucceſſorem Certus accepit.* (Ep. 13. l. IX.) i. e., ut toto contextu perſpicuum, *Certi Collega*, in Ærarii nempe Præfectura, qui *Vectius Proculus* ante nominatus, *Conſulatum* obtinuit, ad quem Certus à Domitiano fuerat deſignatus; atque alius Certo *ſucceſſor* in ea Præfectura datus fuit. Quo pacto *plane factum eſt quod dixerat in fine orationis* noſter: *Reddat* (Certus) *præmium ſub Optimo Principe, quod à peſſimo accepit*; uti ſubjungit. Hallucinationes hac de re *Onuph. Panvinii* (*b*), & *Tillemontii* (*c*), qui illa verba aliter exponunt, ac à vero ſenſu omnino detorquent, prolixius convellere non vacat.

Suam *actionem* noſter poſtea recollegit multiſque additis edidit ſub titulo *librorum de Helvidii ultione.* (Ep. cit. & ep. 21. l. IV.)

Uxorem & hoc An. Plinius amiſit. Nam ea *nuper amiſſa* erat, & illum *recens adhuc luctus limine continebat*; cum *Antejæ* (quæ nupta Helvidio fuerat, ſed tum jam alteri nupſerat) ſignificavit, deſtinatum ſibi eſſe, maritum vindicare; idque *tribus* ante *diebus* quam rem

(*a*) Ibid. c. 2. (*b*) Comm. in Faſt. l. II. p. 214. (*c*) Hiſt. des Empp. T. II p. 897.

in

in ſenatu ageret noſter. (Ep. 13. l. IX.) Iſtius uxoris, (quæ ſecunda Domitiani temporibus Plinio nupta, ex ep. 2. l. X.) *Vitricus* erat *Vettius Proculus, Collega*, nimir. in Ærarii Præfectura, *Publicii Certi, de quo agebatur.* (Ep. 13. l. IX.)

Martialem (qui vere hujus An. ut alibi demonſtramus, in Patriam rediit) proſequitur Plinius *viatico ſecedentem*; (Ep. 21. l. III)

Virginius Rufus Noſtri Tutor, qui ex omnibus Faſtis COS. III. cum Nerva COS. pariter III. hunc aperuit annum, *cum vocem præpararet, actarus in Conſulatu Principi gratias, cecidit, coxamque fregit; quæ parum apte collocata, reluctante ætate, male coiit.* Hinc cauſa mortis, cujus *aditus durior longiorque.* (Ep. 1. l. II.) Adeo ut ejus obitus ad hujus An. principium referri nequeat. Imo jam *perfunctus* erat *tertio conſulatu*, (qui tunc temporis ſolebat *bimeſtris* eſſe) cum deceſſit. (Ibid.) Unde patefit error *Onuphrii* exiſtimantis (*a*), eum in *Conſulatu* mortuum. Neque tamen verius, quod *Catanæus* ad h. l. autumat, Virginium nonniſi imperante *Trajano* vita functum. Equidem, noſtro teſte, *ille triginta annis gloriæ ſuæ ſupervixit*, ex quo nempe *imperium* medio An. C. LXVIII. recuſaverat, *pulſo Vindice.* (Ep. 10. l. VI. &c.) At cum *triceſimus* exinde annus, medio hoc An. C. XCVII. cœperit; non obſtabunt ea Plinii verba, quin aſſerere poſſimus, Virginium adulto hoc An. diem obiiſſe. Deinde noſter omnino indigitat, eum ſub eodem *Principe* denatum, cui in *Conſulatu tertio* gratias egit, & quem moriens *reliquit incolumem.* Verum *Nerva* menſe *Januario* An. C. XCVIII. ex probatiſſimis Hiſtoriæ monumentis imperium cum vita reliquit. Igitur An. XCVIII. Virginius defunctus, à Corn. Tacito Conſule laudatus, Plinioque defletus hac epiſt. 1. l. II.

Virginius vero *in hac noviſſima valetudine veritus ne forte inter quinqueviros crearetur, qui minuendis publicis ſumptibus judicio ſenatus conſtituebantur*, Plinium, *per quem excuſaretur* in ſenatu, *elegit* &c. (ep. 1. l. II.)

Hoc pariter An. labente *Corellius Rufus* noſtri *rector, magiſter, in petendis honoribus ſuffragator*, &c. (ep. 12. l. I. ep. 17. l. IV.) deceſſit, & quidem ſponte, cum impleviſſet annum ſeptimum & ſexageſimum. (Ep. 12. l. I.) Is enim, *Domitiano* jam interfecto, *florente Repub. ſecurus liberque* mortuus. (Ibid.) Deinde apud *Nervam Imp.* profeſſus, *Secundum* noſtrum *nihil. niſi ex conſilio ſuo feciſſe* &c. (Ep. 17. l. IV.) Præterea ab eodem *ex liberalitate Imp. Nervæ emendis dividendiſque agris adjutor aſſumptus eſt* Claudius Pollio noſtri commilito. (Ep. 31. l. VII.) Quinimo adhuc ſuperſtes erat Corellius, cum Plinius *Helvidii* vindicationem in Senatu ſuſcepit, (ep. 13. l. IX.) videl. ineunte hoc An., ut ſuperius dictum. Quare & hoc tempore epiſt. 12. l. I., qua Plinius *Corellii* mortem deflet, & recentiſſimam *Tyroni* nunciat, ſcripta fuerit; non ſecus ac ep. 5. ejuſd. lib., & ep. 1. l. II. Hiſce vero epp. nulla in iiſdem libb. antiquior ex certis characteribus affirmari poteſt; quanquam plures occurrant longe recentiores.

(*a*) Comm. in Faſt. l. II. p. 213.

Huc etiam referenda lib. VII. ep. 31. videri posset; quod *Nervam*, non *Divi*, sed *Imperatoris* nomine memoret, remque *Corellio* superstite peractam. At non aliter *Nervam* appellat ep. 17. l. IV., quæ tamen exarata, cum jam Plinius *Consulatu functus* fuisset; necnon Pan. c. XXXV. An. C. C. dicti: *Nervam* simpliciter ep. 16. l. IV., *Trajano* Principe conscripta. Præterea cum ea ep. 31. l. VII. data, tum *Claudius Pollio otium patiebatur, quod* ante *paulisper intermiserat à Corellio adjutor assumptus.* Unde palam est, Plinium ibid. rem olim gestam, non vero præsentem, narrare.

Et hoc tempore Plinius ab Imp. *Nerva* petiit, ut *Voconium Romanum in amplissimum ordinem*, puta senatum, *promoveret.* Sed cum mater Romani liberalitem Sestertii quadringenties nondum satis legitime peregisset, res in Trajani tempora fuit prolata. (Ep. 3. l. X.) Vid. An. seq.

Ab eodem Imp. *Nerva* noster petiit, ut Statuas Principum, *quas in longinquis agris*, (apud Tuscos) *ultra* 150. *lapidem* ab Urbe, custodiebat, permitteret in *Municipium* (nomen Tifernum ep. 1. l. IV.) *transferre, adjecta sua Statua.* Quod cum Nerva indulsisset, Plinius statim *decurionibus* scripserat, ut assignarent solum, in quo Templum pecunia sua exstrueret &c. *Sed*, subjungit ille ad Trajanum, *primum mea, deinde Patris tui valetudine, postea curis delegati à vobis officii retentus* &c. ep. 24. l. X.

Ex quibus postremis *Plinii* verbis haurimus, eum paulo ante *Nervæ* mortem, & quidem hoc An. exeunte, ægrotasse. Etenim cum constet, hunc Principem VI. Kal. Febr. An. C. XCVIII. defunctum; atque Plinius isto loco doceat, suam præcessisse Nervæ *valetudinem*; ita tamen ut pristina sanitate recuperata potuisset ad agros excurrere *longinquos*, nisi mox Nervæ valetudo obstitisset: hinc sponte fluit, *gravissimam* hancce nostri *valetudinem* (ep. 4. l. X.) hoc Anno C. XCVII. desinente accidisse. Maxime, si *vicesimus* ille *valetudinis dies*, de quo ep. 1. l. VII., ad istam spectet, ut conjectare fas est.

Tandem & hoc circiter tempore *Tullius Justus* fuit *Bithyniæ* Procos., ex ep. 66. l. X. quod observandum ut melius postea tempus definiamus, quo Plinius hanc Provinciam regebat.

XCVIII. $\frac{36}{37}$

Plinius *Trajano*, statim ac *Nervæ* 27. Jan. defuncto successerat, gratulatus est. Ep. 1. l. X.

Mox ab illo *jus trium liberorum* petiit; idque Trajanus *Julii Serviani precibus* indulsit libentius, quia pro nostro rogabat. Qua de re gratias Imperatori Plinius agit ep. 2. l. X., & quidem *inter initia felicissimi Principatus* ejus.

Ibidem vero cum dicat: *eoque magis liberos concupisco, quos habere etiam illo tristissimo sæculo* (Domitiani nempe) *volui, sicut potes duobus matrimoniis meis credere* &c.; inde facile colligitur, Plinium hoc tempore nondum *tertium* subiisse matrimonium; quod procul dubio memorasset, ut tanto magis probaret, *se liberos concupiscere.*

Ineunte etiam hoc An., & post Nervæ obitum, noster *Ærario Saturni*

turni Præfectus, ut & Inſc. apud Gruter. ferunt, à Trajano creatus nobis videtur; quanquam viri longe doctiſſimi arbitrantur, id munus à Nerva & Trajano ſimul datum. Nam I. verba ſup. ex ep. 24. l. X. prolata demonſtrant, idem *officium poſt* noſtri & Nervæ *valetudinem* ab ipſo Trajano *delegatum*. II. Plinius ep. 20. l. X. diſerte ad Trajanum: *Ut primum*, inquit, *me indulgentia* VESTRA *promovit ad Præfecturam Ærarii Saturni, &c.* III. Noſter *nondum biennium complerat* in illo *officio laborioſiſſimo*, cum Trajanus ei & Cornuto Tertullo *Conſulatum obtulit*. (Pan. c. XCI.) Atqui uterque *Jan.* menſe An. Chr. C. COS. deſignatus; ut ad iſtum Annum oſtendemus. Igitur illud *biennium nondum* eo menſe *completum*, ſi retro computetur, initium poſt *Januar.* hujus An. C. XCVIII. habuerit, atque adeo noſter eam *Præfecturam* poſt Nervæ deceſſum acceperit à Trajano. Quin etiam, cum is *Germaniæ* (Pan. C. IX.) tunc *præſideret*; nonniſi *Februario* labente nuncium de Nervæ obitu accipere, tumque citiſſimum Plinio ac Cornuto id munus indulgere potuit.

Hanc Plinii *Præfecturam* ad *biennium* protractam eſſe, cum ex jam dictis & Pan. c. XCI, XCII. manifeſtum ſit, perperam Cl. H. D.(*a*) autumavit, eandem modo *annuam* fuiſſe.

Quare ad hunc, vel ſeq. An. pertinet ep. 10. l. I. qua Plinius de hujus officii moleſtiſſimi occupationibus queritur, per quas non licebat ſtudiis vacare, nec *Euphratem* Philoſophum, tunc in Urbe docentem, audire, &c.

In ſupra laudatis Inſcr. Plinius inſuper ſignatur: PRAEFECTVS AERARI MILITum; quod primus inſtituit Auguſtus, & adminiſtrandum *Prætoriis tribus ſorte lectis ad triennium mandavit*, teſtibus Dione (*b*) Suetonioque (*c*). Verum nuſquam iſtius Præfecturæ meminit: nec liquet eam hiſce temporibus ab illa diſtinctam, vel unam eandemque fuiſſe.

Hoc quoque anno Plinius, cum jam *indulgentiam* Trajani *quam pleniſſimam* expertus fuiſſet, petiit ab eo Principe, ut *Voconium Romanum* (de quo ſup. ad An. XCVII.) *in ampliſſimum ordinem promoveret*; quia mater Romani legitime peregerat, quæ ſub Nerva fieri non potuerant. (Ep. 3. l. X.) Eundem ep. 13. l. II. *cum nuper ab optimo Principe trium librorum ei jus impetraſſet*, Priſco (is forſan qui cum Pompejo Collega COS. An. C. XCIII.) exercitum regenti ampliſſimum commendat *exornandum*, ſcil. *Tribunatu* militum, ut eo functus poſſet *Quæſturam*, ac adeo primum in ſenatu gradum, adipiſci.

XCIX. $\frac{37}{38}$

Sub ejuſdem An. exitum, vel ſummum ineunte An. C. XCIX. (ex ſuperius de noſtri valetudine dictis, & mox dicendis) Plinius Trajanum ep. 1. l X. rogavit, ut *Civitatem Romanam* daret *Iatraliptæ Harpocrati*, quem *proximo anno*, *græviſſima valetudine uſque ad mortem vexatus*, aſſumpſerat. Item rogavit, daret *Jus Quiritium libertis Antoniæ Maximillæ*, neceſſariæ ſibi fœminæ. (Ep. 22.) Cum

(*a*) Prælect. XIII. p. 458. (*b*) Lib. LV. (*c*) Lib. II. c. 49.

utrumque Imperator *ſine mora* indulſiſſet, (ſiquidem epiſtola ad noſtrum ideo ſcripta in hoc volumine non apparet,) Plinius gratias eidem egit: (Ep. 22.) ſimul rogans, ut Harpocrati tribueret, *& Alexandrinam Civitatem*, atque *annos ejus & cenſum libertis* Trajani, *quibus juſſerat*, mittens.

Annuit Imp. ep. 23. ad noſtrum ſcripta, monens, ut *ex quo Nomo* Harpocrates eſſet, *notum ſibi faceret*, &c. Quod Plinius ep. 5. præſtitit, qua & gratias pro Imp. epiſt. rependit, ſicque concludit: *Obviam iturus, quo maturius adventus tui gaudio frui poſſim, rogo permittas mihi, quam longiſſime occurrere tibi.* Quibus ex verbis liquidum, hanc epiſt. tum conſcriptam, cum *Trajanus* ad ſuum in Urbem *reditum* ſeſe accingeret, in *Germania* nempe Inferiori adhuc degens. Eo enim ab *Hiſpania*, imperante Domitiano, miſſus, (Pan. c. XIV.) *Germaniæ* præſidebat, cum adoptatus eſt; (Ibid. c. VIII, IX.) cumque mox ad eum gratulationis cauſa exercitus *Mœſiæ Inferioris* miſit *Hadrianum*; qui deinceps *in Germaniam Superiorem tranſlatus*, ex ea *feſtinans ad Trajanum, ut primus nunciaret exceſſum Nervæ, à Serviano ſororis viro diu detentus, pedibus iter faciens, ejuſdem Serviani beneficiarium antevertit*, teſte Spartiano (*a*). Deinde Trajanus *Imperator apud Agrippinam factus*, ut Eutropius prodit, ſeu, ut Victor Epitom. habet, *imperium apud Agrippinam ſuſcepit*. Quæ de *Colonia Agrippina*, olim *Ubiorum* Civitate, vulgo intelligunt docti. Sed Cl. H. D. (*b*) conjectat, ea dicta *fortaſſe de primo imperii nuncio, cum adoptaretur à Nerva Trajanus*; atque opinatur illum in *Mœſia* potius tunc fuiſſe, ad ripam *Danubii* è regione *Daciæ*. Hæc tamen conjectura iſtis Auctoribus plane repugnat, nec aliis ſat validis fulcitur argumentis. Illud ſane ex eo deductum, quod Trajanus etiam paulo ante adoptionem *Germanos* vicerat, indeque nomen *Germanici* reportaverat, atque è *Pannonia* miſerat literas *de victoria Germanica laureatas*: hoc inquam argumentum omnino vanum eſt, ut quod falſum ſupponat; certum ſcil. eſſe, illam *lauream*, (quam noſter Pan. c. VIII. teſtatur *ex Pannonia allatam*, & à Nerva *in gremio Jovis collocatam* eo die, quo is Trajanum *filium ſibi aſſumpſit*,) ab ipſo Trajano reportatam eſſe. Profecto Plinius nuſquam eandem huic Principi tribuit, nec eum hac de re vel verbo laudat; cum profuſis tamen laudibus vel minima ejus vitæ facinora paſſim ea oratione evehat. Equidem noſter tradit (Pan. c. XII.) Trajanum *aſſediſſe ferociſſimis populis eo ipſo tempore, quod amiciſſimum illis, diffiſillimum* Romanis; *cum Danubius ripas gelu jungit* &c. Item (c. XVI.) *magnum eſt*, inquit, *ſtare in Danubii ripa, ſi tranſeas, certum triumphi* &c. Ex quibus Cl. vir infert *palam eſſe non* Coloniæ Agrippinæ, *nec prope* Rhenum, *ſed Danubium, hæc feciſſe* Trajanum. At vero ex iiſdem locis ac c. LVI., totoque contextu clarum, ea de hieme mortem Nervæ ſubſecuta, An. ſecundi Conſulatus Trajani, i. e., C. XCVIII. peracto, intelligenda venire. Quo tempore potuit Trajanus in *Danubii* ripa ſtare; nec ideo tamen à *Rheno* longe remotus in Mœſia, Dacia, Pannonia-

(*a*) In Hadri. c. II. (*b*) Prælect. VI p. 273 -----287.

ve degens. *Martialis* certe reditum ejus vovens ep. 7. lib. XI. (An. ſeq. cum lib. X. emendati & 2a. vice vulgati) ſic ad *Rhenum*:

Nimpharum Pater, amniumque Rhene,
Quicunque Othryſias bibunt pruinas &c.
Trajanum *populis ſuis & Urbi*,
Tibris te Dominus rogat, remittas.

Præterea *Servianus*, (quem modo ex Spartiano, in *Germania Superiori*, paulo poſt Nervæ deceſſum, rexiſſe exercitum, vidimus, quemque mox una cum Trajano fuiſſe, vel ſaltem haud longe ab eo diſſitum, indigitat Plinius ep. 2. l. X.) poſtea quidem *ex Germania in Pannoniam tranſiit*, uti noſter docet ep. 23. l. VIII. Sed is ibid. ſic *Junium Avitum*, qui illum Legatum ſequutus fuerat, laudat ob obſequium *Serviano* præſtitum; ut inde manifeſtum ſit, Trajanum tunc ex Germania in Pannoniam ſimul non tranſiſſe; cum de hoc prorſus fileat, quod tamen non tacuiſſet, ſiquidem Avito glorioſum fuiſſet.

Itaque Trajanus adhucdum in Germania & ad *Danubii* ripam degebat hoc An. C. XCIX. ineunte; quem *privati aperierunt*; (Pan. c. LVIII.) cum ille noluiſſit *tertium* in hunc An. recipere conſulatum, quod *eum abſens gerere non poterat*. (Ibid. c. LX.) Unde patefit, Trajanum per duos priores hujus An. menſes, (quibus pro illius temporis more conſulatum geſſiſſet, niſi recuſaſſet) Roma abfuiſſe.

An paulo poſt, vernoque tempore Urbem petierit, haud omnino compertum. Eum tamen An. haud multum adulto jam rediiſſe, ex eo intelligere licet, quod cum noſter ea recitaſſet, quæ Trajanus poſt *adoptionem* peregerat, antequam *tertium* ſuſciperet Conſulatum, quem conſtat A. Chr. C. Kal. Jan. ſubiiſſe, dicat Pan. c. LVI: *Necdum de biennio* eſſe loquutum. Illud enim biennium, ſi ab *adoptionis* tempore, (i. e., An. C. XCVII. exeunte *Octob.*, ut nonnulli volunt, vel potius ineunte *Novemb.*, ut rectius probat Emin. *Noris*(*a*),) deducatur, completum *Novemb.* An. C. XCIX. fuerit: ac proinde Trajanus aliquot ante menſibus redierit; quoniam poſt reditum quamplurima peregerit, ad quæ neceſſarii fuerunt aliquot menſes. Etenim *Congiarium* Populo diſtribuit; *alimenta* liberis pauperibus educandis, paulo minus quam *quinque millibus* conceſſit; tantam *Annonæ* affluentiam procuravit, ut annus exuberet; *Ægypto*, quæ inopinata ſiccitate uſque ad injuriam ſterilitatis exaruerat, opem miſſo ab Urbe frumento tulit; *ſpectacula* edidit; plurimas *Leges* de *Ærario*, de *Fiſco*, de Hæreditatum *vigeſimis*, de *Majeſtate*, de *Teſtamentis* &c. ſanxit; *Comitia* Conſulum habuit, quibus ipſe *interfuit Candidatus*, tertiumque recepit Conſulatum, & Collegas elegit, &c. Vid. Pan. cc. XX—LVI. & LX—LXVI.

Id ipſum confirmant, quæ nunc ex ep. 24. l. X. ad Plinium ſpectantia veniunt declaranda: ſcil. noſter ibid. Trajano ſcribit, quod hactenus variis impedimentis, primum ſua, deinde Nervæ valetudine, poſtea curis delegati officii, nim. Præfecturæ Ærarii, retentus, quo-

(*a*) De Epoch. Syrom. p. 559. ſeq.

minus

minus *Templum* apud Tuſcos (Vid. An. XCVII.) exſtrueret; *nunc* demum *commodiſſime poſſe in rem præſentem excurrere. Nam*, pergit, *& Menſtruum meum Calend. Sept. finitur, & ſequens menſis complures dies feriatos habet. Rogo ergo, ante omnia, permittas mihi, opus, quod inchoaturus ſum, exornare & tua ſtatua: deinde, ut hoc facere quam maturiſſime poſſim, indulgeas commeatum*, vid. *XXX. dierum*, ut mox addit, &c.

Ex quibus perſpicuum ſatis, hæc Plinium à Trajano petiiſſe, cum ejus *menſtruum* ad finem vergebat, *Auguſto* nimir. menſe; atque idcirco Trajanum tunc Romæ fuiſſe, vel in vicinia, jam è Germania reducem. Aliter ſane ſi fuiſſet, Plinio non licuiſſet *nunc commodiſſime* illud iter, quod ad *Idus Octob.* protractum (ep. 7. l. I.) ſuſcipere; quippe qui ſic Romæ Principis adventum exſpectabat, ut vellet etiam ei quam longiſſime occurrere, ep. 5. l. X. Neque vero dici poteſt illum Trajani adventum ultra *Idus Octob.* dilatum eſſe; ut ex ſuperius de *biennio* prolatis conſtat. Adde quod ex ea ep. 5. l. X. & aliis ordine temporis præcedentibus, de Harpocratis negotio ſcriptis, diſcimus, Plinium per *tres* ſaltem menſes Romæ continuo fuiſſe, antequam Trajanus ſe ad ſuum ex Germania reditum accingeret. Nam vix intra brevius temporis ſpatium tot epiſtolæ, ſex nempe numero, ab Urbe in Germaniam & vice verſa conſcribi & tranſmitti potuerunt. Sed illis *bimeſtre* modo concedamus. Attamen ſi poſt *Idus Octob.* datæ dicantur, tum 15. circiter dies ſupererunt, quibus Trajanus debuerit Romam redire, & cætera peragere, quæ ſuperius oſtendimus ab eo poſt reditum peracta, antequam *Kal. Janu.* 3. iniret Conſulatum. Quod cum dictu ſit abſurdum; idcirco certum ratumque maneat, Trajanum & menſe Auguſto jam in Italia reducem fuiſſe, cum Plinius *commeatum* peteret.

Hoc autem impetrato, (ep. 25. l. X.) cum noſter mox in *Tuſcos* excurriſſet, *legati Provinciæ Bæticæ queſturi de Proconſulatu Cæcilii Claſſici* eum *à Senatu petierunt.* Sed *Collegis* eum excuſantibus, *factum eſt S. C. perquam honorificum*, ut Plinius *daretur Provincialibus patronus, ſi ab ipſo* eum *impetraſſent.* (Ep. 4. l. III. vid. & ep. 9.) Tum etiam noſter, literis ab *Octavio Ruſo* ea de re acceptis, quibus is videtur flagitaſſe, ut ille ſe excuſaret *Bæticis*, ſi nollet contra *Bæticos* Claſſico adeſſe; reſpondet ep. 7. l. I., quæ huc transferenda, & inde præcipue notandum, quod ſub finem dicit, ſe *circa Idus Octob. ſperare Romæ futurum.*

Poſt vero Plinii è *Tuſcis* reditum, ut ex dicendis colligitur, cum *Provinciales Afri.* (ep. 11. l. II.) *patronum* eum *optaſſent contra Marium Priſcum*; (qui ex Bætica Proconſulatum in Africa eodem anno geſſerat, quo in Bætica Claſſicus ex Africa oriundus, ep. 9. l. III. ep. 11. l. II.) noſter *& petiit veniam hujus muneris, & impetravit*; quia ſcil. *ut primum promotus* fuerat ad Præfecturam Ærarii, *omnibus advocationibus renunciaverat, ut toto animo delegato ſibi officio vacaret.* Ep. 20. l. X.

Poſtea tamen Plinius annuit, atque *Afrorum*, ſicut & *Bæticorum* cauſam An. ſeq. egit, ut modo exponemus.

C.

C. $\frac{38}{39}$

Hoc An. *Kal. Jan.* Trajanus COS. III. proceſſit, omnibus Faſtis teſtibus, & ſuffragante Plinio, qui Pan. c. LIX. diſerte notat, *medium* fuiſſe *annum* inter II. Trajani Conſulatum atque III. Quod tamen peſſime Cl. *Pagi* intellexit, id pro *ſemeſtri* ſpatio interpretatus (*a*).

Eodem menſe *Comitiis* Conſulum à Trajano Conſule habitis *Plinius & Cornutus Tertullus* COSS. *in Septemb.* ſeq. deſignati ſunt. Etenim noſter (Pan. c XCII.) Trajanum alloquens: *Tu*, inquit, *comitiis noſtris præſidere, tu nobis ſanctiſſimum illud carmen præire dignatus es: tuo judicio conſules facti, tua* VOCE RENVNCIATI *ſumus*, &c. Hæc autem nonniſi à *Conſule* fiebant, uti vel ex c. LXXVII. & LX—LXV. perſpicuum.

Deinde cum *Marii Priſci* cauſa menſe *Januario* ageretur, jam COS. deſignatus erat *Cornutus*; (ep. 11. & 12. l. II.) qui tamen una cum Plinio deſignatus eſt. (Pan. c. XC—XCII.) Ergo uterque eo menſe COS. creatus. Denique in *eundem annum* Trajanus eorum Conſulatum contulit, quo & ipſe *tertium* geſſit; atque *menſem* attribuit, quo *Domitiano* interfecto *Nerva* ſucceſſit, ipſeque natus. (Pan. c. XCII.) Is autem erat *September*. (Ep. 28. l. X. &c.)

Paulo poſt eam deſignationem Plinius cauſam *Afrorum* contra Priſcum in ſe ſuſcepit, uti docet ep. 20. l. X. his ad Trajanum verbis: *ſed cum poſtea Conſul deſignatus*, (quod male Tillemontius (*b*) ad ipſum Imp. refert) *cenſuiſſes faciendum nobiſcum, quorum erat excuſatio recepta, ut eſſemus in Senatus poteſtate, — convenientiſſimum eſſe tranquillitati ſæculi tui putavi, præſertim tam moderatæ voluntati ampliſſimi ordinis non repugnare, &c.* Quod Plinii conſilium obſequiumve Trajanus ep. 21. ad eum ſcripta ſe probare teſtatur, &c.

Plinius autem *& Corn. Tacitus adeſſe Provincialibus juſſi*; cumque cauſa ageretur *Princeps præſidebat, erat enim Conſul*; *ad hoc Januarius menſis* erat; ep. 11. l. II., ex qua & 12. petas, quæ *triduo* peracta (Ibid. & Pan. c. LXXVI) huc ſpectant.

Quoad *Claſſici* ac *Bæticorum* cauſam, Plinius eam nonniſi poſt ſuperiorem egit. Etenim de eadem ſcribens ep. 4. l. III., cum hæc dixiſſet: *Legati rurſus inducti, iterum me jam præſentem* (è Tuſcis nempe reverſum) *poſtulaverunt advocatum, implorantes fidem meam, quam eſſent contra Maſſam Bæbium experti*, &c., addit, cauſas recenſens, quibus ad cauſam ſuſcipiendam motus: *in ſumma computabam, ſi munere hoc jam* TERTIO *fungerer, faciliorem mihi excuſationem fore, ſi quis incidiſſet, quem non deberem accuſare*: ſcil. hoc munere nunc 3°. fungebatur; quia jam 1. contra *Maſſam*, 2. contra *Marium* egerat. (Vid. & ep. 29. l. VI.) Deinde ex epp. 20, 21. l. X. diſcimus, *Afrorum* cauſam contra *Marium* priorem eſſe, quam egerit ex quo Ærarii Præfectus fuerat; & quam tamen nonniſi jam *COS. diſignatus* ac hoc oriente An. in ſe ſuſcepit.

(*a*) Critic. in Ann. Bar. ad A. C. XCIX. §. 11. (*b*) Hiſt. des Empp. T. II. p. 276.

Quantum

Quantum vero Plinius in hac publica Provinciæ Bæticæ cauſa laboris exhauſerit, prolixe perſcribit ep. IX. l. III; quæ huc referenda. In primis obſervandum quod ibid. ait; *Eodem. S. C. induſtria, fides, conſtantia noſtra pleniſſimo teſtimonio comprobata eſt*, &c. Quo alludunt hæc Pan. c. XCV. ad. P. C.: *Vos in iſtis officiis etiam, quæ è ſtudiis noſtris circa tuendos ſocios injunxeratis, cuncti* CONSTANTIAE *antiquiſſ. teſtimonium perhibuiſtis.* Ex quibus locis ſimul collatis intelligimus, hanc *Bæticorum* cauſam ante menſem *Septemb.* eſſe peractam.

Panegyricum enim eo menſe hujus An., (non vero ſeq. ut voluit Baronius,) certiſſime Plinius jam *COS.* dixit, & quidem initio, ut ex c. XCII. ep. 27. l. VI. &c. liquet. Ea autem oratione diſertiſſima ex officio Conſulatus Principi gratias egit, non modo *Reip. nomine*, (Pan. c. I—IV. ep. 13—18. l. III.) ſed & ſuo Collegæque Cornuti. (Pan. c. XC.) Quod cum *in ſenatu ad rationem & loci & temporis ex more feciſſet*, eadem *ſpatioſius & uberius volumine* amplexus eſt. (Ep. 18. l. III.) Librum igitur jam exaratum *Romano* miſit emendandum, cum *nuper* dixiſſet. (Ep. 13. l. III.) Eundem poſtea Romæ amicis per *triduum fædiſſimis inſuper tempeſtatibus* recitavit. (Ep. 18. l. III.) Unde palam eſt, eum ſermonem ſub hujus An. exitum, vel ſequentis principium fuiſſe recitatum, illaſque epp. 13. & 18. l. III. conſcriptas.

Quæſtorem vero in Conſulatu Plinius *Roſianum Geminum* habuit. (Ep. 11. l. X.) Cum vero ex ſuperius diſcuſſis pateat, aliquot ex lib. III. epp. ad hunc An. pertinere, atque unam aut alteram ad ſequentis initium; nec ulla ex manifeſtis characteribus ad tempora multum recentiora videatur rejicienda; hinc conjectare fas, ep. VII., qua mortem *Silii Italici* nunciat Caninio, & hoc circiter tempore ſcriptam. Quod hæc confirmant ibid. verba: *Noviſſime ab Urbe ſeceſſit*, (Silius) *ſeque in Campania tenuit: ac ne adventu quidem novi Principis inde commotus*, &c. Unde diſcimus, I. *Silium* jam ante, quam Trajanus ex *Germania rediret*, ſeceſſiſſe; & quidem ſub *Nerva*, quippe qui, teſte Plinio, ex quo ſeceſſerat in Campaniam, inde ad mortem uſque non eſſet *commotus*, ne *adventu* etiam *Novi Principis*, ſcil. Trajani, ut liquet; ante quem adeo nullus fuerat Princeps poſt *Silii* ſeceſſum, ob cujus *novum* imperium is commoveri debuiſſet. Quod inſuper probatur ex epig. 49. & 51. l. XI. *Martialis*. II. Ex iiſdem noſtri verbis ep. 7. l. III. patet, *Silium* nonniſi poſt *Trajani* è Germania reditum obiiſſe, ac proinde haud ante An. XCIX; & cum *noviſſime* tamen ſeceſſerat.

Idem de epiſt. 21. & ultima ejuſd. lib. III. dicendum, qua Plinius *Martialis* deceſſum deflet; & quæ adeo ad hunc vel ſubſeq. An. alliganda. Ille ſane Poëta nonniſi poſt prædictum *Trajani* reditum libb. epigram. X. ac. XI. emendatos contractoſque denuo publicavit, circa idem tempus, quo lib. XII. edidit. Nam ep. 5. hujus lib. ad Imperat ait:

Longior undecimi *nobis*, decimique *libelli*

Arctatus

Arctatus labor eſt, & breve raſit opus &c.

At vero pluribus lib. X. epigr. vates non modo *Trajanum* jam imperantem celebrat, ſed & ejus *legum* poſt *reditum* latarum meminit. Sic epig. 34. ad eum Principem:

Di tibi dent quidquid, Princeps Trajane, *mereris* &c.
Qui ſua reſtituis ſpoliato jura Patrono.
Libertis *exſul non erit ille ſuis* &c.

Quibus clare ſignificat, Trajanum jam lege caviſſe, ne *Patroni, libertis* ſerviſve accuſatoribus, in exſilium mitterentur, ut ante ſub Domitiano fiebat. Hanc autem legem Plinius cæteris Romæ poſt Trajani reditum ſancitis annumerat Pan. c. XLII.

Deinde *Martialem* nonniſi An. Chr. C. lib. XII. emiſiſſe, hac argumentatione conficitur. Iſte lib. (ex Præf.) editus poſt *deſidiæ triennium*, quòd ab eo tempore, quo vates in Patriam ſeceſſerat, computandum eſſe, vel ex ead. Præf. diſcitur. Atqui *Martialis* haud ante III. *Nervæ* Conſulatum An. C. XCVII. initium Roma profectus eſt, ex lib. XI. epig. 5. (quo deos pro *Nerva* precatus, dicit eum nuper Conſulem III. eſſe factum,) collato cum epig. 2. ad lectores, (ubi indicat, ſe hunc lib. XI. *Præſide Nerva* in lucem mittere) atque cum epig. I., quo de *Parthenio* loquitur velut tum in vivis, cum Poëta eundem lib. ederet, qui tamen An. C. XCVII. ante Trajani adoptionem interfectus eſt (*a*). Quibus inter ſe collatis cum evincatur, Martialem eo currente An. C. XCVII. Romæ adhucdum verſantem, I. vice lib. XI. vulgaſſe: inde quoque comprobatur, Poëtam citius eo An. patriam repetere nequiviſſe. Idcirco cum illud *deſidiæ triennium*, à lib. XI. editione ad XII. divulgationem excurrens, numerandum ſit ab eo tempore, quo *Martialis* Romæ valedicens in patriam ſeceſſit: hinc certo ſequitur, idem *triennium* nonniſi hoc An. Chr. CI. initio peractum eſſe; ac proinde lib. XII. cœpiſſe tum æthereas volitare per auras. *Vere* porro hujus An. exiſſe, aliis rationibus alibi probo, quas hic proferre non licet, nec varias hallucinationes de vita & libb. iſtius Poëtæ à Cl. H. D. (*b*) commiſſas fuſius arguere.

Sufficiat ex diſputatis patefieri, *Martialem* haud ante hunc An., etiam adultum, obiiſſe, dici poſſe; neque tamen cum Cl. viro affirmandum, tanquam ex l. XII, eum An. Chr. CIII. ſuperſtitem fuiſſe.

C l. $\frac{32}{40}$

Trajanus *Kal. Jan.* Conſulatum III. iniit, ad quem jam deſignatus, cum Plinius Paneg. dicebat. (Vid. c. LXXVIII. & Faſt.) Ac proinde nondum *Dacicam* expeditionem ſuſceperat. Nec illius vel minimam ſuſpicionem ſuggerit in Paneg. Plinius. Hoc tamen An. ejus initium collocant viri ſummæ in rebus Chronologicis auctoritatis, præterquam Illuſt. Noriſius, qui idem in An. ſeq. rejicit. Illorum vero ſententia verior nobis videtur.

Hoc citiſſimum tempore Plinius illud in *Tuſcos*, & exinde in Patriam ſuſceperit iter, ad quod ſe accingebat, cum ep. 1. l. IV. ad

(*a*) Vid. Dion. lib. LXVIII. p. 770. Plin Pan. c. V, VI, &c. (*b*) Præfect. ad Spart. Hadr. ac Annal Quintil. &c.

Fabatum Proſocerum ſcriberet. Nec enim citius potuerit illud Templum perfici, quod in Oppido *Tiferno Tiberino* pecunia ſua exſtruxerat; & *cujus dedicationem*, ait, *cum ſit paratum, differre longius irreligioſum eſt* &c.

Tum autem *Fabatus* cupiebat *poſt longum tempus neptem ſuam* noſtrumque una videre. (Ibid.) Ejus ſcil. *Neptis* ex filio erat tertia Plinii conjux; (ep. 12. l. V. & VI. ep. 10. l. VIII. &c.) quæ *Calphurnia* vocabatur; (ep. 4. & 7. l. VI. ep. 5. l. VII.) mater vero *Pompeja Celerina*, ad quam ep. 4. l. I; & cujus meminit ep. 19. l. III. Unde conjicere licet, Plinium hanc uxorem jam ab An. Chr. XCIX. habuiſſe, quo citiſſimum, poſt *biennii* à noviſſimæ uxoris morte (quam ad An. Chr. XCVII. ineuntem alligavimus) *vacationem*, fas noſtro per legem *Papiam* (*a*) fuerit aliam ducere.

Si vero noſter hoc An. illud iter in Patriam fecerit, poſtquam *dedicationem* Templi in prædicto municipio celebraverat, prout conſtituerat; (ep. 1. l. IV.) ad hunc etiam An. forte ſpectaverit ep. 6. l. III., qua Severo nunciat, emiſſe *Corinthium ſignum*; ut *in patria noſtra*, inquit, *celebri loco ponerem, ac potiſſimum in Jovis Templo* &c. Et paucis poſt lineis: *vel ipſe*, addit, *quod mavis, adferam mecum. Deſtino enim, (ſi tamen officii ratio permiſerit) excurrere iſto.* At *ad paucos dies*, ſubjungit. *Neque enim diutius abeſſe me ſinunt eadem hæc, quæ nondum exire patiuntur.*

Quodnam fuerit illud *officium*, certo definire non valemus. Putamus tamen, nec ſine veri ſpecie, idem omnino ac illud, de quo ep. 15. l V. ubi, *ſeceſſeram*, ait, *in Municipium, cum mihi nunciatum eſt, Cornutum Tertullum accepiſſe Æmiliæ viæ curam.* Deinde ſcribit, aliquanto magis eum delectare *mandatum* ſibi *officium, poſtquam PAR Cornuto datum* videbat; accedere vinculum neceſſitudinis, cum idem fuerit *Collega in Præfectura Ærarii & in Conſulatu*; denique cum nuncius venit, fuiſſe *cum Proſocero ſuo, cum amita uxoris, cum amicis diu deſideratis*; atque includi *anguſtiis commeatus* &c. Tum igitur Plinius erat in *patria* cum *uxore*, quod congruit cum itinere, de quo ep. 1. l. IV; & quidem cum jam *diu* deſideratus fuiſſet, quod illis convenit, quæ ex ead. ep. & ep. 6. l. III. protulimus. Idcirco quid impedit, quo minus aſſeramus, unum idemque *officium* eſſe, de quo hæc ep. 6. l. III; & 15. l. V. loquuntur? Ad hæc Plinius jam *Conſulatu* functus cum Cornuto fuerat; ac adeo haud ante hunc An. dici poteſt, illud officium ei delegatum.

In ejus vero natura definienda nequaquam conſentiunt docti; aliis exiſtimantibus, Plinium non ſecus ac Cornutum *Æmiliæ viæ curatorem* fuiſſe; aliis autem urgentibus illud PAR, quo noſter utitur, indicare videri haud omnino *idem* utrique *officium* eſſe datum; eo magis, quod Plinius in toties citatis Inſcript. ſignatur modo: CVRATOR ALVEI TIBERIS ET RIPARVM, ET CLOACarum VRBIS. Atque his nos aſſentiri profitemur.

Porro cum noſter in *patria* eſſet, audiviſſetque Municipum filios

(*a*) Vid. Lipſii Excurſ. ad Ann. Tacit. l. III. C.

Mediola-

Mediolani ſtudere, quod *Comi* nullos Præceptores haberent; Patres admonuit, ut Præceptores conducerent, promiſitque, ſe *tertiam partem ejus, quod conferre* municipibus placeret, daturum. Poſtea reverſus, cum ad pauculos dies in *Tuſculano* commoraretur, Tacitum in Urbe verſantem rogavit, *ut circumſpiceret Præceptores*, ep. 13. l. IV. Huc etiam referenda ep. 30. ejuſd. lib.

Eidem forſan An., antequam Trajanus ad bellum *Dacicum* proficiſceretur, alligandum, quod ep. 22. l. IV. Plinius narrat, ſe *interfuiſſe Principis Optimi cognitioni, in conſilium aſſumptum*, de Gymnico Agone apud Viennenſes, &c.

Item quod de *Julii Baſſi* Cauſa tradit ep. 9. l. IV. Ille *à Domitiano relegatus, revocatus à Nerva, ſortituſque Bithyniam, rediit reus*, ut Plinius habet ibid.; qui eum, poſtquam contra *Marcum* & *Claſſicum* egerat, tuitus eſt; (ep. 29. l. VI.) Baſſus vero jam *reus*, at ante quam ejus cauſa in Senatu ageretur, *Principi dixerat, ſola ſe munuſcula, duntaxat natali ſuo, aut Saturnalibus, accepiſſe & pleriſque miſiſſe*, &c. Unde clarum, & tunc *Trajanum* Romæ fuiſſe, & poſt Plinii Conſulatum rem agitatam, adeoque vix ante hunc An. ad quem hoc ipſum referunt Cl. Viri Noriſius & Pagius (*a*). Hic tamen labitur, aſſerens Plinium, ſe tum *Conſularem* fuiſſe, cum Baſſum defendit, tradere illis verbis: *poſt duos, & Conſulares & diſertos* &c. ep. 9. IV. *nempe*, ait Pagi, *poſt ſemet & Luccejum Albinum*. Verum noſter de ſe hoc loco non loquitur, ſed de *Pomponio Rufo* & *Herennio Pollione*, qui jam diſerte contra Baſſum pro Bithynis dixerant, & poſt quos tamen *Theophanes*, unus ex Legatis, *tempus ſibi laxius vindicavit*.

Igitur ſic res ad *Baſſi* Proconſulatum ſpectantes ordinamus, ut arbitremur, eum *Æſtate* An. XCIX. *Bithyniam* petiiſſe, Provinciam *anno* rexiſſe, exinde An. Chr. adulto Romam rediiſſe, tandem à *Bithynis* accuſatum, An. CI. à *Plinio* defenſum. Ei vero *P. Servilius Calvus* proxime ſucceſſerit, Bithyniamque ad medium hunc An. obtinuerit *Proconſul.* (Ep. 64, 65. l. X.) Deinde & hoc An. eandem Provinciam ſortitus fuerit *Rufus Varenus.* (Ep. 20. l. V. &c.) Quæ ex dicendis ad An. ſeq. & CIII. illuſtrabuntur.

CII. $\frac{40}{41}$

Quin hoc An. Trajanus in *Dacia* cum exercitu fuerit, dubitare nos non ſinit vel *Spartianus*, qui teſtatur, Hadrianum *Quæſturam geſſiſſe Trajano IV. & Articulejo COSS.* (i. e. An. Chr. CI.) *poſt Quæſturam Acta Senatus curaviſſe, atque ad bellum Dacicum Trajanum familiarius proſequutum eſſe.* Deinde ex Lapidum Nummorumque Inſcriptionibus (*b*) conſtat, Trajanum in Tribunitia Poteſt. VI. (quæ hoc An. ſub Novemb. initium inchoata) IMP. II. & IIII. eſſe dictum; atque adeo tum bis *Imperatorium* multiplicaſſe titulum; qui tamen non niſi devictis hoſtibus augebatur. Superatis ergo per Legatos & ſuo ductu *Dacis* Trajanus IMP. III. & IIII. à victore exer-

(*a*) Vid. Epiſt. Conſul. p. 69. & Critic. ad An. C. 102. § 2. & 7.
(*b*) Vid. Gruter. p. 177. 2. 190. 4. Noriſ. Epiſ. Conſul. & de Epoch. p. 281. Fabrett. de Col. Traj. c. IX. &c. Pag. Crit. an. C. 101.

citu ſalutatus eſt. Quod cum à *Senatu* confirmatum eſſet, ille tandem poſt *reditum* ſe paſſus eſt in publicis Monumentis & Nummis IMP. IIII. ſignari, cum modo TRIB. POT. VI. auſpicatus eſſet, ad adhucdum COS. IV. ſeu COS. IV. DESignatus V. diceretur. Omnibus autem Faſtis teſtibus Trajanus COS. V. An. C. CIII. proceſſit. Equidem Faſtos hac in parte emendandos, ac Principem illum nonniſi An. C. CIV. COS. V. fuiſſe ſcribendum, cenſuerunt Cl. VV. Noriſius, Fabrettus, & Mediobarbus: quia nempe duo Trajani Numiſmata, quæ priores tractarunt, ſic ab adverſa parte inſcribuntur: TR. P. VII. IMP. IIII. COS. IIII. DES. V. P. P. hæc vero TR*ibunicia Poteſtas* VII. labente Autumno An. C. CIII. cœpit; quo tempore ſi Trajanus COS. DESignatus V. anno tantum inſequenti Chr. CIV. *Conſul V.* fuerit. Verum etſi nolimus Noriſii Fabrettique in re Nummaria peritiam in dubium revocare; attamen eorum ſententiam amplecti nobis non licet ob ſeq. rationes. I. quod nullum iſtiuſmodi Nummum viderimus, quanquam innumeros fere ejuſdem Imp. contrectaverimus. II. quod Cl. *Vaillantius*, qui hac in re peritiſſimus habetur, patem Epigraphen vulgaverit ex Nummo, qui poſtea ad ſeverius examen revocatus, Cl. VV. *Rainſantio* & *Morellio* apparuit ab imperito artifice adulteratus, ut rem ſuſius exponit Pagius (*a*). III. quod nos penes D. LLoyd Præſtantiſſ. Epiſc. Vigornienſis filium digniſſimum ſæpius Num. elegantiſſ. Ær. Mediocr. tractaverimus ſic ſignatum ab antica parte: AYTO. K. NЄP. TPAIANOC CЄB. ГЄP. ΔAK. A poſtica vero intra lauream cernitur S. C. ac inferius: Є. i. e. An. V. Atqui narrante apud Xiphilinum Dione (*b*), Trajanus Romam reverſus, Decebali Regis Dacorum Legatis in Senatum admiſſis &c, *de Dacis triumphavit, & Dacicus appellatus eſt.* Ex quibus verbis docti colligunt, Trajanum nonniſi poſt iſtum triumphum hoc *Dacici* cognomen Senatus decreto tuliſſe. Nec ſane Nummi TR. P. VI. ac IMP. IIII. COS. IIII. DES. V. ſignati eum exhibent titulum. Noriſius tamen alium Arg. è Muſeo Mediceo profert à poſtica inſcriptum: DACICUS COS. IIII. P. P. Unde eruditiſſ. vir recte deducit, Trajanum, antequam iniret Conſulatum V, cum jam eſſet COS. DES. V. ex aliis Num., primum de Dacis triumphum duxiſſe. Idcirco cum ex illo Numiſmate Græco liqueat, Trajanum jam An. V, (*Imperii* nimir., prout Græci numerabant, non vero *Trib. Poteſt.*) à 27. *Jan.* hujus An. Chr. CII. decurrente, ΔAK. ſeu *Dacicum* fuiſſe dictum; inde etiam patet, eundem Principem jam ante 27. *Jan.* An. Chr. CIII., quo VI. ejus Imperii annus inchoatur, ex *Dacia* reverſum, de *Dacis* triumphaſſe, & *Dacicum* eſſe appellatum: ac adeo Nummos in quibus notatur TR. P. VI. IMP. IIII. COS. IIII. DES. V., ſeu DACICVS COS. IIII., ad hunc An. VII. deſinentem pertinere, quo tempore COS. V. in ſubſeq. An. *deſignatus* fuerit. Nec enim *Antiocheni* Nummum noſtrum An. Trajani V. adhuc labente cudere potuerunt, niſi Trajanus *Novembri*, vel ſum-

(*a*) Critic. An. C. CIII. § 4. (*b*) Lib. LXVIII. p. 774.

mum

mum ineunte *Decemb.*, An. Chr. CII. triumphum duxerit, atque DACICVS ex S. C. Romæ appellatus ſit. Quo tamen titulo nondum publice decoratum fuiſſe, cum jam ab ineunte Novemb. Tribun. Poteſt. VI. iniiſſet, docent Nummi ſupra laudati, in quibus ille GERM. tantum legitur: non ſecus ac in alio Ær. I. M. pulcerr. penes D. Wren juniorem rei Nummariæ amantiſſimum peritiſſimumque à poſtica ſignato L. Δ. ſeu An. Trajani 4to. cum Fortuna ſtante, ab antica vero: AYT. KAIC. NEP. TRAIAN. CEB. ΓEPM. *Cap. laur.*

Illis ita prolixius, ut neceſſe fuit, expoſitis, cenſemus Plinii ep. 9. l. X. huic An. alligandam, qua Trajano ſcribit: *Victoriæ tuæ, optime Imp., maximæ, pulcerrimæ, antiquiſſimæ, & tuo nomine, & Reip. gratulor*, &c.

Hoc quoque An. jam adulto, at antequam Trajanus è *Dacia* rediret, *Varenus* nobis videtur, jam *Bithyniæ* Proconſulatu functus ac Romæ reverſus, à Bithynis accuſatus, atque à Plinio vindicatus. Etenim noſter ep. 20. l. V: *Iterum Bithyni, poſt breve tempus* (NB.) *à Julio Baſſo, etiam Ruſum Varenum Proconſulem detulerunt. Varenum, quem nuper adverſus Baſſum advocatum & poſtularant & acceperant* &c. Quibus collatis cum ep. 9. l. IV., (ubi dicit, *Pomponium Ruſum* egiſſe pro Bithynis contra Baſſum) clarum erit, I. *Ruſum Varenum*, de quo ep. 20. l. V., unum eundemque eſſe ac *Pomponium Ruſum* ep. 9. l. IV. II. *Varenum* non quidem immediate *Baſſo* ſucceſſiſſe, cum ille contra hunc jam è Provincia reverſum egerit, neque tamen *duos* inter utrumque Proconſules fuiſſe, ut illud *breve tempus* ac *nuper* ep. 20. l. V. demonſtrant. III. *Plinium* nec *Vareni* immediatum fuiſſe in eadem Provincia ſucceſſorem; quippe qui utrumque ſtatim poſt eorum reditum tuitus. Cum vero hac in cauſa Varenus peteret, ut *ſibi quoque defenſionis cauſa vocare teſtes liceret*, id, quanquam recuſantibus Bithynis, S. C. conceſſum eſt ep. 20. l. V. & l. VI. ep. 29. quæ mox poſt iſtam ſcripta.

Paulo poſt, & quidem *ſequenti ſenatu*, Licinius Nepos, quum de aliis rebus referretur, de illo *proximo S. C. diſſeruit, finitamque cauſam retractavit.* Qua occaſione, cum Nepotis oratio diſpliceret, maxime *Jubentio Celſo Prætori*, qui eum vehementer increpuit, atque diſputatio inter utrumque reciprocaretur; contigit, ut nonnulli eis *propitium Cæſarem precarentur*, &c. ep. 5. l. VI. Unde colligere eſt Trajanum tunc non interfuiſſe. Quod & ex ep. 13. confirmatur; ubi, quæ in eadem cauſa ſunt ſubſecuta, narrans: *Bithyni*, inquit, *S. C. apud Conſules carpere & labefactare ſunt auſi, atque etiam abſenti* (NB.) *Principi criminari: ab illo ad Senatum remiſſi, non deſtiterunt* &c. Iterum tamen à Senatu impetratum, quod prius petierat Varenus. (Ibid) At antequam teſtes vocarentur, fieretque inquiſitio, Bithyni accuſationem Vareni, *ut temere inchoatam*, omiſerunt; ac de eo *Polyænus Provinciæ Legatus attulit decretum Concilii ad Cæſarem* &c. Cum tamen perſtaret *Magius*, (qui prius à Provincia contra Varenum miſſus, ep. 20. l. V.) Conſulibus poſtularet, *ut Varenus exhibe-*

re

re rationes cogeretur: re coram illis agitata, defendente rursus Varenum *Plinio, Consules, ut Polyænus postulabat, omnia integra Principi servaverunt; cujus*, ait noster, *cognitionem suspensus exspecto* &c. ep. 6. l. VII. Ep. vero 10. ad eundem reliqua narrans: *Acta*, ait, *causa hinc à Polyæno, inde à Magio. Finitis actionibus Cæsar, neutra, inquit, pars de mora queretur. Erit mihi curæ, explorare provinciæ voluntatem* &c.

Ex iis autem cum superioribus collatis discere est, Vareni causam *absente* Trajano inchoatam, ad ejus usque *reditum* protractam fuisse; nec multo post tamen Imperatorem hoc postremum dedisse responsum, siquidem noluit, ut alterutra pars *de mora quereretur*: atque adeo hoc ipsum ad hunc An. Chr. CII. desinentem, esse referendum; præsertim cum ea verba, modo ex ep. 6. l. VII. producta, ostendant Trajanum *Consulem* tum non fuisse, cum Consules omnia integra illi Principi servaverunt.

Equidem hæc Vareni causa videtur Illus. Norisio *in aliquot annos protracta* (*a*). Verum id ex nolentibus vix extorquebit; nec sane quæ jam ex nostro summatim exposuimus, plusquam *menses* aliquot requirunt. Inde etiam patet, eum haud accurate satis dicere, *testes ex Bithynia advocatos à Vareno, atque à Bithynis legatos modo contra eundem, modo mutata sententia pro eodem ad Trajanum, tum in Daciam, tum Romam destinatos*. Per nos tamen licebit, Cæsaris rei cognitionem ad æstatem usque An. Chr. CIII. protrahere.

Quis vero Bithyniam post Varenum rexerit, haud certo novimus. Plinius certe ibidem tunc non fuerit, ut qui Romæ degerit, quamdiu illius causa fuit agitata. Sed nihil impedit, quo minus dicamus, ex ep. 113. l. X. *Anicium Maximum* fuisse Vareni successorem, Plinii vero decessorem.

CIII. $\frac{41}{42}$

Hoc An., quo Trajanum COS. V. fuisse supra diximus, sub æstatem Plinius videtur *evocatus in Consilium* ab ipso Imp. *ad Centum Cellas* variis per triduum *cognitionibus* interfuisse. (Ep. 31. l. VI.) Etenim de cognitione *tertio die* indulta narrans: *Hæredes*, inquit, *cum Cæsar esset in Dacia, communiter epistola scripta, petierant ut susciperet cognitionem: susceperat. Reversus diem dixerat* &c. Rursus: *Indulserat tamen petentibus dilationem; cujus tempore exacto, consederat auditurus*, &c. Tandem locum describens: *villa pulcerrima cingitur* viridissimis *agris* &c.

Hoc etiam circiter tempore existimamus Plinium à Trajano *Auguratum* petiisse, (ep. 8. l. X.) & impetravisse. Arriano enim, qui gratulatus ei fuerat, quod illud sacerdotium accepisset, rescribens ep. 8. l. IV. testatur, se *Julio Frontino* successisse, & quidem postquam *Consulatu* jam functus fuerat. At vero Frontinus *Dacico* bello interfuit, librumque de *Agrorum* qualitate &c. absolvit, cum Imp. ille *maximus victoriam Dacicam proxime retulisset*, ut ipse in *Prologo* profitetur.

(*a*) Epist. Consul. p. 69. vid. & Pag. Crit. An. C 102. § 2.

Con-

Confidimus & hoc An. circiter medio Plinium in Bithyniam miſſum; hac in parte lubenter aſſentientes Illuſtriſſ. ſemperque Colendo D. D. Epiſc. Vigornienſi Chronologorum facile Principi; qui, ſi Deus votis annuat, propediem ſuam ſententiam invictis propugnabit argumentis. Interim liceat noſtras proferre rationes. At in anteceſſum noſtri *Legatio* paucis declaranda.

Quamvis Plinii Anteceſſores ſupra notati eam Provinciam *ſortiti*, titulo Proconſulum rexerint; attamen noſter in Gruteri Inſcript. lignatur tantum LEGATus PROPRAETor PROVINCIAE PONTI CONSVLARI POTESTATE &c. Cui congruit, quod Trajanus noſtro ſcribit, ep. 19. l. X, eum *electum* eſſe, qui ad Provinciales *ſui loco* mitteretur; & quod Plinius Trajano ep. 40, ſibi ab eo *jus* datum *referendi* ad Imp. de quibus dubitaret; cum Proconſules ad *Senatum* referre ſolerent, ut cujus, Populive Provincias adminiſtrarent (*a*). Unde quis non male forſan colligeret, iſtam Provinciam hoc tempore Provinciis Cæſaris annumeratam eſſe; ac adeo in Dionis Excerpt. Val. (*b*), ubi ſcribitur, *Hadrianum, miſſo in Bithyniam Legato Proprætore, Pamphyliam illius loco ſenatui tribuiſſe*, legendum *Trajanum*, pro *Hadrianum*; præſertim cum noſter doceat ep. 12. Trajanum in eandem Provinciam ad *finem Conſulatus Cælium Clementem* tranſtuliſſe, ut ſcil. Plinio ſuccederet. Id enim oſtendit, Plinium haud extra ordinem eo miſſum (*c*).

Deinde obſervandum, non ſolum PONTO, ſed & *Bithyniæ* noſtrum præfuiſſe, uti paſſim epp. lib. X. declarant, & in primis ep. 28. Quin & *Byzantiorum Reſp.* ejus erat curis demandata, ex epp. 52, 53. *Cohortibus* etiam præerat, ep. 32. atque ſub ſe *Legatum*, qui *Servilius Pudens*, ep. 10; & *Præfectum oræ Ponticæ*, Gabium Baſſum, ep. 18, 32. habebat.

His prænotatis, ut *Legationis* tempus eruatur, I. anni tempeſtas, qua noſter Roma profectus, tenenda. *Julio* autem, vel ſummum *Auguſto*, menſe iter ſuſcepiſſe, ex ep. 26. & 28. l. X. intelligimus. Illa Trajano ſcribit, cum jam *Epheſum* appuliſſet, *quamvis contrariis ventis retentus*, tunc *deſtinare partim orariis navibus, partim vehiculis, Provinciam petere. Nam*, ſubjungit, *ſicut itineri graves æſtus, ita continuæ navigationi* Eteſiæ *reluctantur*. Eteſiæ vero, (veri in Orientem navigantibus ſecundi (*d*), quique adeo Plinii Navigationi *Epheſo* Provinciam verſus, i. e. ad Septentrionem, adverſiſſimi erant) flare incipiebant 6. *Id. Jul.*, diebus octo ante Caniculæ ortum, teſte Columella; nec deſinebant niſi poſt dies 40, auctore Plinio Seniore (*e*). Dein ex ep. 28. poſtquam noſter Epheſo vehiculis iter facere cœperat, *graviſſimis æſtibus, atque etiam febriculis vexatus, Pergami ſubſtitit. Rurſus*, ut pergit, *quum tranſiſſem in orarias naviculas, contrariis ventis retentus, aliquanto tardius, quam ſperaveram, id eſt, XV. Cal. Octob., Bithyniam intravi*, &c.

(*a*) Vid. Sam. Petit. var. lect. l. IV. c. 3. (*b*) Pag. 714. (*c*) Conſul. Cl. Spanhem. de Præſt. Num. p. 566. ſeq. (*d*) Vid. Cæſar. l. III. bel. civ. Tacit. Hiſt. l. II. c. 98. &c. (*e*) Hiſt. Nat. l. II. c. 47. l. XVIII. c. 28, 31.

II. Mora

II. Mora noſtri in Provincia venit animadvertenda, quæ 18. circiter menſium fuiſſe videtur. Nam cum 17. *Sept.*, ut primum Bithyniam intraverat, *Natalem* Trajani celebraſſet; (ep. 28. l. X.) poſtea *Solennia vota pro incolumitate* Principis cum *Provincialibus & ſuſcepit & ſolvit.* (Ep. 44, 45) Quæ de *votis* III. Non. Jan. pro more ſuſceptis intelligenda, conſentiunt viri docti (*a*). Eadem vero iterum à Plinio & Provincialibus ſuſcepta conſtat ex epp. 101, 102. Item bis *diem Imperii* Trajani celebravit, ex epp. 60, 61, & 103, 104. Equidem doctiſſ. Pagi ea loca de *Quindecennalibus* Imperii Proconſularis, & Imperii Auguſtei interpretatur. Verum id ſine teſte, & invito Plinio facit. Igitur cum Trajanus Imperium ſuſceperit 27. Jan., de eodem die Plinius ibid. intelligendus; ac proinde cum hunc diem ſecunda vice celebraret, jam in Provincia per 16. menſes & paucos dies degerat. Nec vero potuerit Plinius ante Martium, mareque apertum Provincia abire.

III. Tandem ſupponendum, per totum illud temporis ſpatium, quo noſter in Provincia moratus, Trajanum Romæ degiſſe; quod certum ex lib. X. epp. 13, 14, 15, 28, 29, 48, 49, 50, 51, & 82., uti prolixius Præſtantiſſ. Præſul ſupra laudatus apud Pagium (*b*) demonſtrat.

Nunc, iſtis fundamentis præſtructis, ad arcem cauſæ veniendum, ut probemus Plinium in Provinciam hoc An. Chr. CIII. miſſum eſſe. Id autem his evincimus argumentis.

I. Ex ſuperius de Baſſo & Vareno dictis conſtat, non modo utrumque, ſed & duos alios Procoſſ. ante noſtrum Bithyniam rexiſſe; atque Varenum ex Provincia reverſum, *abſente* Trajano, in *Dacia* nempe belligerante, reum eſſe poſtulatum, ejuſque cauſam ad reditum uſque Imp. protractam, i. e. ad exitum An. Chr. CII, vel ſummum hujus An. CIII. initium; denique Plinium jam Conſulatu functum Baſſo adfuiſſe, ac *poſt breve tempus* Vareno, quouſque Trajanus jam redux rei cognitionem ſuſceperit. Igitur Plinius haud ante hunc An. nec alio, potuit in Bithyniam mitti. Nam cum ille Baſſum An. Chr. CI. citiſſimum tuitus ſit, atque unus tantum inter Baſſum & Varenum Procoſſ. fuerit, Varenuſque alium, antequam noſtrum, habuerit ſucceſſorem; nec tamen ſinguli pluſquam annum Provinciæ præeſſe, pro more Procoſſ. Provinciarum Populi, potuerint; ita liquet, *tres* annos tantum inter Baſſi Proconſulatum atque noſtri Legationem interceſſiſſe; qui ab An. Chr. C. *med.* (quo tempore Procoſſ. in Bithyniam miſſos ex noſtri profectione palam fit) numerati, (alias Varenus nequaquam ante belli *Dacici* finem ex Provincia reverti potuiſſet) deſinent medio quoque An. Chr. CIII., quo Plinius Bithyniæ Proprætor à Trajano creatus omnino fuerit.

II. Cum Plinius ep. 64. l. X. ſcriberet, jam *biennium erat elapſum*, ex quo S. C. acta Baſſi in Bithynia reſciſſa fuerant. At vero cum ex epiſt., tribus tantum intermediis, collocata ſit poſt 60., qua de

(*a*) Vid. Pag. Crit. ad An. C. 102. §. 5. (*b*) Crit. ibid. §. 8.

die

die Imperii Trajani agitur, quem prima vice Plinius in Provincia celebravit; hinc colligere licet, illam ep. 64. circiter V. vel VI. mensibus ſcriptam, poſtquam noſter Provinciam intraverat. Quinimmo ex epiſt. principio haurire fas eſt haud multo poſt Plinii adventum, cum ille *ſenem* tantum Imperatorem de rebus Provincialibus conſuluiſſet, miſſam eſſe. Etenim; *ſummas*, ait, *gratias ago, quod inter maximas occupationes, iis, de quibus te conſului, me quoque regere dignatus es: quod nunc quoque facias, rogo*, &c. Idcirco ſi *biennium* jam præterlapſum, i. e., cum aliquot mensibus, ab actorum Baſſi reſciſſione, i. e. ab An. Chr. CI. labente computetur, tum neceſſe erit, ut Plinius Andemum CIII. Bithyniam obtinuerit. Neque vero multum temporis ultra *biennium* inter illam reſciſſionem atque Plinii legationem interfuiſſe, contextus noſtri clare ſatis indigitat, non ſecus ac hoc Trajani reſponſum ep. 65. *Qui à Julio Baſſo in perpetuum relegatus eſt, cum per biennium agendi facultatem habuerit, — neque id fecerit*, &c. An quæſo ſic loqueretur Trajanus, ſi quidem Plinii Legatio ad An. Chr. CIX. vel CX. cum Cl. VV. Noriſio & Pagio eſſet referenda; atque adeo ſi relegatus ille à Baſſi condemnatione, quam uterque cum An. Chr. CI. connectit, per *octo* annos, i. e. *quater* biennium agendi facultatem habuiſſet?

Sunt & plura alia, quæ ad noſtram ſententiam confirmandam, aliorumve confutandam, addere valeremus, ſi per inſtitutum nunc liceret.

CIII. $\frac{41}{42}$ XCIV. $\frac{42}{43}$ CV. $\frac{43}{44}$

Itaque ſufficiat, ex probatis palam fieri, Chriſtianorum in Bithynia Perſecutionem ſub Plinio Proprætore, (ep. 97, 98. l. X) intra XV. Calend. Octob. hujus An. CIII. ac vernum tempus An. CV. contigiſſe. Cui ſpatio alligânda veniunt, quæ noſter de ſuæ Legationis negotiis ſcribit lib. X. & quæ hîc ordine collocare, noſtra epitome non permittit. Mox *Cælius Clemens* Plinio ſucceſſit ep. 12. l. X.

CV. $\frac{43}{44}$ CVI. $\frac{44}{45}$

Eo anno Chr. CV., quo noſter Legatione functus in Italiam rediit, Trajanus iterum in *Dacos* profectus eſt, quos σὺν χρόνῳ τῇ μόλις devicit (*a*); nec adeo ante ſeq. An., quo Imp. V. dictus, ut ſignatur apud Gruter. (*b*), una cum TR. P. VIIII. & COS. V.

Id bellum quod *Caninius* ſcribere parabat, ut recens noſter ep. 4. ad illum lib. VIII. memorat. *Dices*, inquit, *immiſſa terris nova flumina, novos pontes*, (alludit ad Pontem ſuper Danubium à Trajano conſtructum, à Dione deſcriptum, & in Nummis cernendum) *fluminibus injectos, inſeſſa caſtris montium abrupta, pulſum regia, pulſum etiam vita, regem* (Decebalum) *nihil deſperantem. Super hæc, actos bis triumphos: quorum alter ex invicta gente primus, alter noviſſimus fuit*, &c.

CVII. $\frac{45}{46}$

Plinius cum veniſſet in Socrus ſuæ (Pompejæ Celerinæ ep. 4. l. I) villam *Alſienſem*, quæ aliquando *Roſci Virginii* fuerat, non ſine do-

(*a*) Dio l. LXVIII. p. 776. (*b*) Pag. 162. n. 2.

fore, indignatione & miſeratione vidit *poſt decimum mortis annum* reliquias ejus ſine titulo &c. ep. 10. l. VI. Virginius autem An. Chr. XCVII. labente deceſſit, ut ad eum An. oſtendimus.

Hic eſt poſtremus temporis character certus, qui in epiſt. Plinii occurrit, in quo ideo deſinemus, cum omnino ſit incompertum quo An. noſter obierit; atque cætera, quæ ſuperaddi poſſint, conjecturis tantum fulta longiorem requirant diſcuſſionem, quam hæc epitome patitur; quæ jam Bibliopolæ longior, quam par erat, videtur. Alias, ſi Deus annuat, de Plinii ſeceſſu, operibus Poëticis, epiſtolarum ordine & editione &c. prolixius ediſſeremus.

DE

DE
C. PLINIO CÆCILIO SECUNDO
Veterum ac Recentiorum quorumdam
AUCTORUM
TESTIMONIA.

Comi in exteriori ſtructura templi maximi.

C. PLINIO L. F. O. V. F. CÆCILIO
SECVNDO COS. AUG. CVRAT. TIBER.

In ſemidiruta Æde D. Juliani apud Fegium agri Mediolanenſis. apud Gruter. *p.* 454.

C. PLINIO. L. F. OVF. CÆCILIO
SECVNDO. COS. AVGVR. CVR. ALV.
TIBER. ET. CLOAC. VRB. PRAEF.
AER. MIL. Q. IMP. SEVIR. EQ. ROM.
(1) LEG. III. GALL. XVIRO STL. IVD.
FL. DIVI. T. AVG. - - - - - RCELIENS.

Mediolani in æde S. Ambroſii apud Gruter. p. 454. *&* 1028.

C. PLINIVS. C. F. C. N. CÆCILLIVS.
SECVNDVS. COS. AVGVR. LEGAT.
PRO. PRÆT. PROVINC. PONTI. CON
SVLARI. POTESTATE. IN. EAM
PROVINCIAM. AB IMP. CAESARE.
NERVA. TRAIANO. AVG. GERMANICO.
MISSVS. (2) CVRAT. ALVEI. TIBERIS.

(1) Cl. *J. Maſſon* legit : *TRIB. LEG. III GALL* (2) In not. ad *p Plin.* 15. lib. V. clariſſimi *Buchneri* ſententiam amplexus ſum, qui his inſcriptionibus fretus, *officium par*, quod *Plinius Cornuto* collegæ ſuo *datum* fuiſſe dicit, de *cura alvei Tiberis ac ripar.*, non autem de cura *Viæ Æmiliæ* cum *Catanæo* & *Reineſio* intelligit. Nec jam aliter ſentio, niſi quod ſuſpicio aliqua ſit, recentiores eſſe has inſcriptiones quam quibuſd. videntur, hauſtaſque fuiſſe è juniorum incertis traditionibus. Habemus certe *Comenſium* civium in honorem *Plinii* inſcriptionem An. D. MCDXCVIII. quam *Volaterranus* refert lib. XVIII. C. PLI-

ET. RIPAR. PRAEF. AERARI. SATVRNI.
PRAEF. AERARI. MILIT. QVAEST. IMP.
SEVIR. EQVITVM . . . . . TRIB.
MILIT. LEG. III. GALLICAE . . . . .
X. VIR. STILITIB. IVDICANDIS. * THER.
. . . . . ADIECTIS. IN. ORNATVM.
HS. $\overline{CCC}$. . . . . AMPLIVS. IN. TVTELA.
H-S. $\overline{CC}$. T. F. I. . . . . ET. LIBERTORVM.

C. PLINIO CÆCILIO SECVNDO,
QVI CONSVLATV, AVGVRATV, MILITIÆ
GESTIS, AC ORANDIS CAVSIS, POEMATIBVS,
ET HISTORIIS CONFICIENDIS,
CÆSAREM TRAIANVM AVGVST. LVCVLENTISSIME LAVDANDO, ADFICIENDOQ. IMMENSA
LIBERALITATE PATRIAM SVAM, EIDEM
IMMORTALE CONTVLIT ORNAMENTVM,
ORDO COMENSIS CONCIVI SVO DESIDERABILI,
HONORE ACCEPTO,
MONVMENTVM POSVIT.
M. CCCC. LXXXX. VIII
CAL. MAII.

FVNCTVS ERAM SED TVM VETERI PRÆCLARVS HONORE;
VIVEBAM, PERII: NVNC QVOQVE VITA
MIHI EST.

E cujus latere dextro memoria exſtat alia *C. Plinii Secundi* Senioris. Habemus etiam *Tatavinorum* in *Livii* ſui honorem alias ſatis nuperas. Quin & apud *Plinium* ipſum tam altum eſt de honoribus ſilentium, quos tamen iſtæ memorant inſcriptiones, quam in inſcriptionibus altum eſt de cura *Viæ Æmiliæ*. Neque hoc prætereundum, reliqua nempe omnia *Cornuti* officia *eadem* prorſus fuiſſe cum cæteris *Plinii* officiis. Fuerant in *Ærarii Præfectura* & in *Conſulatu* collegæ, *ejuſd.* ſcil. non *pari* duntaxat honoris. Eodem etiam modo in dicta epiſtola gratulatur quo fuerat olim de *communi officio* gratulatus. Dixerat in *Panegyrico*, non minus ſe *Tertulli* collegæ nomine quam *ſuo* proprio debere. Dixerat ea principem præſtitiſſe *ambobus*, quæ ſi tantum in *alterum* contuliſſet, *ambos* tamen æqualiter *obligaſſet*. Dicit utrumque *collega conſulatu* tanquam *iterum ſuo* gaudere. Hac itidem epiſtola ejus illa verba legimus: *Exprimere non poſſum, quanto ſim gaudio affectus & meo nomine.* Nempe *concordia* eorum hoc datum agnoſcit in *Panegyrico*. Dicit porro ſe *includi angustiis commeatus*, eoque ipſo, quod delegatum *Cornuto* audiret officium, *ſui admoneri*. Sed quorſum hæc, niſi *idem* fuiſſet utriuſque officium, eodemque *tempore* ineundum? * Priore loco (p. 454) dimidiam tantum partem (prout etiam *Cellarius* notavit) *Gruterus* adfert uſque ad aſteriſcum: niſi quod verba *Quæſtor Imp ſevir. equitum . . . . trib. milit.* aliter, quam loco altero (p. 1028.) leguntur, nempe LEG LEG. VI. GALLIC. hoc eſt, *Legatus legionis VI Gallicæ*, ut poſſint duæ diverſæ inſcriptiones videri. Doctiſſ. autem *Jo. Maſſon* emendat; *TRIB. LEG III. GALL.* Cl. *Veenhuſius* poſteriora plenius exſcripſit & puncta quædam ſupplevit, ut *in alimenta puerorum & puellarum pleb. urb. HS. CCC.* Alibi puncta prætermiſit, conjunctis verbis, quæ his defectus ſignis ſeparata erant. Etiam hoc diſcrimen utriuſque inſcriptionis, quod primo prioris verſu literæ *C. F. C. N.* viſuntur, quas expreſſimus: in altera *L. F. OVF.*

SVORVM.

SVORVM. NOMIN. H-S. (1) | XVIII | LXVI.
DCLVI. REI. INCREMENT. POSTEA.
AD. EPVLVM. PLEB. VRBAN. VOLVIT.
PERTIN. AMPLIVS. DEDIT. IN. ALI-
MENT. PVEROR. ET. PVELLAR. PLEB.
VRB. H—S. . . . IN. TVEELAM. (2) BYBLI-
OTHECAE. H—S. C. . . . . .
- - - - - - - - - - - - - - - - - - -

Ipſe Plinius *libro III. ep.* 13.

Librum, quo nuper optimo principi conſul gratias egi, miſi exigenti tibi: miſſurus etſi non exegiſſes. In hoc conſideres velim ut poſcritudinem materiæ, ita difficultatem. in cæteris enim lectorem novitas ipſa intentum habet: in hoc, nota, vulgata dicta ſunt omnia: quo fit ut quaſi otioſus ſecuruſque lector tantum eloquutioni vacet, in qua ſatisfacere difficilius eſt quum ſola æſtimatur. Atque utinam ordo ſaltem & tranſitus & figuræ ſimul ſpectarentur. nam invenire præclare, enunciare magnifice interdum etiam barbari ſolent: diſponere apte, figurare varie, niſi eruditis, negatum eſt.

Iterum ep. 18. *ejuſd. libri.*

Officium conſulatus injunxit mihi, ut reipub. nomine principi gratias agerem. quod ego in ſenatu quum ad rationem & loci & temporis ex more feciſſem, bono civi convenientiſſimum credidi, eadem illa ſpatioſius & uberius volumine amplecti. primum ut imperatori noſtro virtutes ſuæ veris laudibus commendarentur: deinde ut futuri principes non quaſi à magiſtro, ſed tamen ſub exemplo præmonerentur, qua potiſſimum via poſſent ad eandem gloriam niti.

Addit deinde:

Per triduum ſe recitaſſe amicis hunc librum, [i. e. panegyricum] & valde probaſſe.

Martialis lib. X. epigram. 19.

Nec doctum ſatis, & parum ſeverum,
Sed non ruſticulum nimis libellum
Facundo mea Plinio Thalia,
I, perfer (3). - - - - - - - - - -

(1) Illa *XVIII.* ita viſuntur circumducta tanquam per errorem marmorarii adjecta. (2) Notandum quod quamvis inſcripto hæc *Mediolanenſis Bibliotheca* redditibus locupletatæ meminerit, tamen certum eſt *Comi*, non *Mediolani*, inſtitutam eſſe à *Plinio* bibliothecam, & quidem eo ipſo conſilio inſtitutam eſſe cum *ſchola bibliothecam*, ne cives *Comenſes* deinceps neceſſe haberent ut juventutem ſuam *Mediolanum* mitterent erudiendam. Quod item plane probat inſcriptiones haſce dubias eſſe. (3) Poſteriora epigrammatis verba noſter epiſtola ultima libri III repetiit.

Quinctili-

Quinctilianus lib. XII. Inſtit. Orat. cap. X. hæc celebrium oratorum exempla & characteres ponit.

Hinc vim Cæſaris, indolem (1) Cœlii, ſubtilitatem Callidii, gravitatem Bruti, acumen Sulpitii, acerbitatem Caſſii, diligentiam Pollionis, dignitatem Meſſalæ, ſanctitatem Calvi reperiemus. In his etiam quos ipſi vidimus, copiam Senecæ, vires Africani, maturitatem Afri, jucunditatem Criſpi, ſonum Trachalli, elegantiam (2) Secundi.

Macrobius lib. V. Saturn. cap. 1.

Quatuor ſunt genera dicendi: copioſum, in quo Cicero dominatur: breve, in quo Salluſtius regnat: ſiccum, quod Frontoni adſcribitur: pingue & floridum, in quo Plinius Secundus quondam, & nunc nullo veterum minor noſter Symmachus luxuriatur.

Sidonius Apollinaris lib. I. ep 1.

Epiſtolas omnes, retractatis exemplaribus enucleatiſque, uno volumine includam, Q. Symmachi rotunditatem, C. Plinii diſciplinam maturitatemque veſtigiis præſumptuoſis inſequuturus.

Idem lib. IV. ep 3. *ad Claudianum, Mamerti, Viennenſis epiſcopi, fratrem, ut ex ep.* 11. *apparet.*

Si reare quemquam mortalium (cui tamen ſermocinari Latialiter cordi eſt) non pavere, quum in examen aurium tuarum, quippe ſcriptus, adducitur, tuarum, inquam, aurium, quarum peritiæ, ſi me decurſorum ad hoc ævi temporum prærogativa non obruat, nec Frontonianæ gravitatis, aut ponderis Apulejani fulmen æquiparem, cui Varrones, vel Atacinus, vel Terentius, Plinii vel avunculus vel ſecundus, compoſiti impræſentiarum ruſticabuntur.

Eodem libro, ep. 22.

Ego Plinio, ut diſcipulus, adſurgo (3).

Idem lib. VIII. ep. 10.

C. Plinius pro (4) Attia Viriola plus gloriæ de centumvirali ſuggeſtu domum retulit, quam quum Marco Ulpio, incomparabili principi, (5) comparabilem panegyricum dixit.

Aurelius

(1) Nonnulli leg. *Caecilii.* (2) Quem ultimo loco Secundum laudat. Cl. *Thomaſio* videtur *Plinius Secundus Caecilius* eſſe, quem iſte non modo diſcipulum formavit, ſed poſtea etiam florentem eloquentia vidit. quod ex l. VI ep. 32. conſtare poteſt. Nec abluđit *elegantia*, quem tribuit, character. (3) Perpetuus enim imitator *Plinii* eſt *Sidonius*, ut doctiſſimus interpres *Jo. Savaro* paſſim obſervavit. (4) Alii leg. *Accia Variola.* (5) In hoc loco *incomparabilem* legendum videtur: nec tam aut maligne, aut imperite, ſuper eximio hoc ſcripto *Sidonium* cenſuiſſe. At enim

præſert

Aurelius Caſſiodorus in Chronico ſub Trajano.

CELSVS ET CRISPINVS. His conſulibus Plinius Secundus Novocomenſis orator & hiſtoricus inſignis habetur, cujus ingenii plurima opera exſtant.

D. Eraſm. Roterod. in breviſſima & compendiaria conficiendarum epiſtolar. formula.

Eſſe enim epiſtolicus ſtilus ſimplex debet ac velut negligentiuſculus. Nam eſt quædam negligentia diligens; exemplo ſunt Plinii Cæcilii epiſtolæ, acutæ, elegantes, expreſſæ, in quibus nihil niſi domeſticum, quotidianum, ſed omnia tantum Latina, caſta ornataque leguntur. Cumque ſit ſtilus ille multa arte atque ingenio cultuque ſubactus & elaboratus, illaboratus tamen pene, ſubitus atque extemporaneus videtur.

Et alibi de demonſtrativo Genere.

Ad hoc genus referendæ ſunt epiſtolæ, quæ vel laudant aliquem vel vituperant. Ejus generis eſt epiſtola Plinii, cujus principium eſt: *Si quando Urbs noſtra, &c.* Primo Euphratem Philoſophum Plinius ab animi bonis eximiiſque virtutibus, ut humanitate & eloquentia, deinde à bonis corporis, ut corporis proceritate, decora facie, demiſſo capillo, ingenti & cana barba; poſtremo ab externis quanquam leviter & obiter, ut cum dicit: *Juliani Pompeji clariſſimi J. Conſulti, & Conſulis generum fuiſſe.* Ejus generis eſt epiſtola apud eundem: *Petis ut fratris tui filiæ, &c.* Laudat enim Minutium ab honeſtate morum, clara patria, clariſque parentibus & ab ea maxime verecundia, qua magiſtratus plurimos geſſetat, dein à facie liberali ingenuaque, à totius corporis pulcritudine & quodam ſenatorio decore, denique ab amplis facultatibus & maximo cenſu majorum.

Joannes Lud. Vives de conſcribendis epiſtolis, cap. de Auctoribus epiſtolarum.

Antiquiſſimæ enim epiſtolæ exſtant Platonis perpaucæ, & Demoſthenis. hinc M. Tullii amiſſæ quidem multæ, ſed multæ etiam in hanc uſque ætatem reſervatæ, in quibus præter verba & dictionem,

præfert illam *pro Variola*, ſicut & *Ciceronis pro Cluentio*, omnibus aliis: non eloquii flore, aut acrimonia; ſed inventionum difficultate, & quia in rebus arctis cauſſiſque arduis, magis ſagax ingenium elucet. Atque de actione pro *Variola* ſic ipſe judicat *Plinius* l. VI. ep. 33. ad *Romanum*. *Tollite cuncta, inquit, cœptoſque auferte labores. Sen ſcribit aliquid, ſeu legis, tolli, auferri, jube, & accipe orationem meam, ut illi arma, divinam.* Et in fine: *In ſumma ſolent quidam ex contubernalibus noſtris exiſtimare hanc orationem, iterum dicam, ut inter meas ὑπὲρ Κτησιφωντος eſſe.* Baudius refragatur *incomparabilem* legendum eſſe, nec dubitat, quin palmarium inter *Plinii* ſcripta obtineat Panegyricus pro *Trajano*.

quibus

(quibus vir ille cæteros omnes ſcriptores, Latinos duntaxat, tanto poſt ſe intervallo relinquit) plurimum ineſt & ad reſpublicas & ad privatas judicii ac prudentiæ. Senecæ epiſtolæ volumina ſunt de philoſophia. Accommodatior ad uſum Plinius Cæcilius, eorum præſertim, qui de negotiis privatis, aut rep. non ſcribunt. nam hujuſmodi melior Cicero. Plinius vero ſuccinctus, & feſtivus, & facetus, & frequens concinnis ſententiis, doctis atque acutis ingeniis mirifice eſt aptus, qui ſcholaſticas inter ſe mittunt epiſtolas & umbraticas, ut idem ipſe ait, quibus oportet plus ornatus & condimenti adjungi, quando rebus non perinde nituntur.

Gerhardus Joannes Voſſius de Hiſtor. Latin. lib. I.

Uti autem Tacitus, ita &, cum ante, tum ſub Trajano in primis, fuit C. PLINIVS CÆCILIVS SECVNDVS, Novocomenſis, C. Plinii Veronenſis ſororis filius, Quinctiliani, ut de ſe ipſe (1) teſtatur, diſcipulus. Hic à multis auctor creditus eſt libri de viris illuſtribus. Sed ejus quidem nomine ab Aldo & aliis editus eſt. Ac ſimiliter MSi: inter alios, qui Oxonii eſt in bibliotheca Collegii Corporis Chriſti: atque iterum in collegio Lincolnienſi. Ubi & MS. ejus epiſtolæ, & libellus (2) ei præmiſſus cum hac epigraphe: *Brevis animadverſio de duobus* Pliniis *Veronenſibus oratoribus ex multis hinc inde collecta per Joannem Manſionarium Veronenſem.* Incipit, *Plinii duo.* Sed quod ad opuſculum de viris illuſtribus, illud eſſe Sex. Aurelii Victoris diximus ſuperius, cum de Cornelio Nepote ageremus. Videtur interim ſcripſiſſe, ſaltem cogitaſſe de hiſtoria condenda. Sic enim loquitur epiſt. 8. lib. V. *Suades, ut hiſtoriam ſcribam, & ſuades non ſolus. Multi hoc me ſæpe monuerunt; & ego volo; non quia commode facturum eſſe confido (id enim temere credas, niſi expertus) ſed quia mihi pulcrum in primis videtur, non pati occidere, quibus æternitas debeatur, aliorumque famam cum ſua extendere.* Et paullo poſt: *Me vero ad hoc ſtudium impellit domeſticum quoque exemplum. Avunculus meus, idemque per adoptionem pater, hiſtorias, & quidem religioſiſſime, ſcripſit. Invenio autem apud ſapientes, honeſtiſſimum eſſe majorum veſtigia ſequi, ſi modo recto itinere præceſſerint.* Item poſt aliqua: *Nunc cogita, quæ potiſſimum tempora aggrediamur. Vetera, & ſcripta alis? Parata inquiſitio; ſed oneroſa collatio. Intacta & nova? graves offenſæ, levis gratia.* Denique claudit epiſtolam his verbis: *Illud, peto, præſtruas, ad quod hortaris, eligaſque materiam, ne mihi, jam ſcribere parato; alia rurſus cunctationis & moræ juſta ratio naſcatur.* Novocomi legitur inſcriptio hujuſmodi: *C. Plinio Cæcilio Secundo, qui conſulatu, auguratu, militiæ geſtis, orandis cauſſis, poëmatibus & hiſtoriis conficiendis, Cæſare Trajano Auguſto luculentiſſime laudando, afficiendoque immenſa liberalitate patriam ſuam, eidem immortale contulit ornamentum, Ordo Comenſis concivi ſuo deſiderabili, honore accepto* monumenta poſuit. MCCCCLXXXIIX. Cal. Maii.

(1) Lib. II. epiſt. 14. *ad Maximum.* (2) Integrum mox damus.

(1) Brevis

(1) *Brevis adnotatio de duobus Pliniis Veronenſibus Oratoribus ex multis hinc inde collecta per Joannem Manſionarium Veronenſem.*

Ex duob. codd. MSS. uno Bodlejano, altero Lincolnienſi edita.

Plinii duo fuiſſe noſcuntur eodem nomine & prænominibus appellati, hoc titulo: *Cajus Plinius Secundus Veronenſis Orator.* In priori Plinio hoc nomen (2) Secundus denotat prænominationem; in altero vero innuit ordinem numeri. ut ſit. à primo ſecundus. Junior Plinius titulum habet talem: *Caji Plinii Secundi Oratoris Veronenſis, Novocomenſis;* (3) quod novus habitator Comenſis fuerit, & præcipue juxta lacum Larium, qui Cumanus dicitur, ubi fundos ampliſſimos habuit, ut colligitur ejuſdem Plinii minoris epiſtola ultima quarti libri ad Suram. Quod autem fuerit Veronenſis, ponit libri ſexti epiſtola ultima ad Maximum. (4) Major Plinius de ſe ipſo dicit quod fuerit patria Veronenſis in principio prohœmii librorum Naturalis Hiſtoriæ. (5) Nam introducens exemplum Valerii Catulli Poëtæ Veronenſis eum conterraneum ſuum vocat, ſcribens ad Veſpaſianum Auguſtum.

Fuerunt autem ambo Plinii magni philoſophi, & ſummi oratores ac hiſtorici, nobiliſſimo genere orti, equites Romani & Senatores, & ad omnia dignitatum officia meritis exigentibus promoti.

Prior Plinius fuit avunculus junioris, & ille ex ſorore nepos, ut teſtatur ipſe junior libro tertio epiſtolarum epiſtola quinta ad (6) Marcum, ubi de primo Plinio ſic refert. *Pergratum eſt mihi, quod tam diligenter libros avunculi mei lectitas, ut habere omnes velis, quæraſque qui ſint omnes: jungar judicis partibus, atque etiam quo ſint ordine ſcripti notum tibi faciam. Eſt enim hæc quoque ſtudioſis non injucunda cognitio.* Scripſit autem Plinius Major, ut breviter ex præfata epiſtola colligitur, *de jaculatione equeſtri librum unum; de Vita Pomponii Secundi libros duos; bellorum Germaniæ factorum libros XX.* in arte thetorica, *de inſtitutione oratoris libros VI; dubii ſermonis libros octo.* Tempore Neronis (7) imperatoris *Hiſtoriarum à fine Auſidii Baſſi libros XXXI. Naturalis hiſtoriæ libros XXXVII.* Et multa alia quæ non habentur. De (8) ipſo refert Suetonius Tranquillus, & valde miratur quod vir militaribus officiis deditus tanta componere potuit, etiam ratione vitæ. Nam, ut dicit idem Suetonius in libro

(1) Titulus deeſt in Cod. *Bod.* (2) Vox iſta *Secundus* deeſt in *Bod.* (3) In cod. *Bod.* aliter legitur: *Quod videlicet prænomen Novocomenſis potius quam gentile inſinuare videtur, quod novus habitator Comenſis, & præcipue j. l. L. q. C. d. hic Plinius habitaverit.* (4) Ita in cod. *Bod* ſed in *Lin. Major Plinius Veronenſem fuiſſe oſtendit in principio.* (5) *Ubi introducens* legitur in *Lin.* (6) Macrum in cod. *Bod* & ſic mox. Vid. epiſtolam ipſam. (7) Vox iſta *imperatoris* in *Lin.* deſideratur. (8) Aliter in *Lin. De hoc refert Suetonius Tranquillus, quod valde miratur, virum militaribus officiis deditum tanta componere potuiſſe, etiam ratione vitæ.*

de viris illuſtribus, dum idem Plinius legiones in Siciliam duceret, eruptione ſævillarum ab Ætna eructantium præfocatus interiit, anno vitæ ſuæ LVI. & in Sicilia tumulatur. Cui conſonat Plinius Nepos ejus in præfata epiſtola ad Marcum dicens: *Miraris quod tot volumina, multaque in his ſcrupuloſa, homo occupatus abſolverit. Magis miraberis* (1) *ſi ſcieris illum aliquandiu dictitaſſe & deceſſiſſe anno ſexto & quinquageſimo.* De morte vero ipſius quia præſens erat Junior Plinius ſcribit pleniſſime ad Cornelium Tacitum libri VI. epiſtolarum epiſtola XVI.

Plinius Junior, Majoris Plinii ex ſorore nepos, ſic bonarum virtutum ſtudiis eſt avunculum imitatus, ut eſſet idem numero, ſi non poſſet in altero. Nam & iſte per omnia officia Romanæ urbis eſt promotus. Conſul fuit. Deinde Africæ proconſul, & poſtmodum præſes Hiſpaniarum. Hic, ut ſcribunt Hieronymus Beda & Vincentius, Hugo & alii in Cronicis & Euſebius Cæſarienſis libro III. eccleſiaſticæ Hiſtoriæ, dum præſes eſſet Hiſpaniarum, videns Chriſtianos ſine cauſa crudeliter interfici, ſcripſit imperatori Trajano, ut perſecutionem cohibere dignaretur; eo quod nihil contra Romanas agerent Leges. *Hoc ſolum invenitur in eis, quod neſcio quem Chriſtum eorum deum, ut dicunt, antelucanum adorant.* Hic ſenex Romæ deceſſit. Scripſit autem & iſte libros hiſtoriarum à principio mundi uſque ad tempus ſuum (2) LXXVII, in quibus imitatur avunculum, ut de ſe dicit libro V. epiſtolarum epiſtola VIII. ad Capitonem. Ait enim: *Me ad hoc ſtudium hiſtoriarum impellit domeſticum exemplum avunculus meus, idemque per adoptionem pater.* Hiſtorias equidem religioſiſſime ſcripſit. Fecit etiam Plinius iſte epiſtolarum ſuarum ad (3) Septitium (4) libros VIII. Librum virorum illuſtrium à Proca Rege (5) Albanorum uſque ad Cleopatram in XCVIII. capitulis, ſecundum ipſorum virorum numerum: in quo vitas ipſorum & merita mirabili & aperta brevitate deſcribit. De tripartitione orbis libros VI. Item in Poëmate floruit. Hic avunculi vitam imitatus, & mores, etiam in otio aut ſcripſit aut legit. Et ſi erat etiam in venatu ſeu itinere, (6) ſicut & avunculus, notarium habebat, cui equitando dictabat; ut de ſe dicit, ad Cajum Tacitum primi libri epiſtola ſexta. (7) Hæc & alia epiſtolarum ejus libris, & in his quæ ſuperius memoravimus, diligens lector inveniet.

(1) *Si ſciens* in *Lin.* (2) In *Bod.* eſt *LXXIX.* (3) In cod. *Lin. Septimium.* (4) *Lib. VII.* in cod *Lin.* (5) Vox iſta *Albanorum* deeſt in *Lin.* (6) *Quemadmodum &* in *Lin.* (7) In cod *Bod.* ita: *Hæc & alia in corpore hujus ſequentis epiſtolarum libri, & in his qua ſuperius memoravi diligens lector inveniet.*

NOMEN-

NOMENCLATOR

Eorum, ad quos Plinius novem librorum Epiſtolas ſcripſit.

Primus numerus librum, ſecundus Epiſtolam indicat.

A.

ACilio III. 14.
Albino VI. 10.
Anniano II. 16.
Antonino IV. 3, 18. V. 10.
Apollinari II. 9. V. 6.
Appio IX. 35.
Arriano I. 2. II. 11, 12. IV. 8, 12. VI. 2. VIII. 21.
Atrio *Clementi* I. 10.
Augurino IX. 8.
Avito II. 6.

B.

Baſſo *Pomponio* IV. 23.
Bebio *Hiſpano* I. 24.

C.

Caleſtrio *Tironi* I. 12.
Calphurniæ *Uxori* VI. 4, 7. VII. 5.
Calvinæ II. 4.
Calviſio II. 20. III. 1. V. 7. VIII. 2. IX. 6. Calviſio *Ruſo* III. 19.
Caninio II. 8. III. 7. VI. 21. VII. 18. VIII. 4. IX. 33. Caninio Rufo I. 3.
Capitoni V. 8.
Catilio III. 12. Catilio *Severo* I. 22.
Celeri VII. 17.
Cereali II. 19. Cereali *Velio* IV. 21.
Clementi IV. 2. Clementi *Atrio* I. 10.
Cocciæ *& Spurinnæ* III. 10.
Coloni IX. 9.
Corelliæ VII. 14. Corelliæ *Hiſpullæ* III. 3.
Corneliano VI. 31.
Cornelio *Minuciano* IV. 11. *Priſco* III. 21. *Tacito*, vide *Tacito*. *Titiano* I. 17.
Cornuto VII. 21, 31.

E.

Euricio I. 16.

F.

Fabato *proſocero* IV. 1. V. 12. VI. 12, 30. VII. 11, 16, 23, 32. VIII. 10.
Fabio *Juſto* I. 11. *Valenti* IV. 24.
Falconi IV. 27. VII. 22. IX. 15. Falconi *Pompejo* I. 23.
Feroci VII. 13.
Firmo *Romano* I. 19.
Flacco V. 2.
Fundano IV. 15. VI. 6. Fundano *Munitio* I. 9.
Fuſco VII. 9. IX. 36, 40.

G.

Gallo II. 17. IV. 17. VIII. 20.
Geminio VII. 24. VIII. 5, 22. IX. 11, 30.
Geniali VIII. 13.
Genitori VII. 30. IX. 17. Genitori *Julio* III. 11.

H.

Hiſpano VI. 25. Hiſpano *Bebio* I. 24.
Hiſpullæ IV. 19. VIII. 11. Hiſpullæ *Corelliæ* III. 3.

I.

Julio *Genitori* III. 11.
Junio *Maurico* I. 14.
Juniori VIII. 15. IX. 12.
Juſto VII. 2. Juſto *Fabio* I. 11.

L.

Laterano IX. 27.
Lepido IV. 7.

Licinio *Suræ* IV. 30.
Luperco II. 5. IX. 26.

M.

Macrino II. 7. III. 4. VII. 6, 10. VIII. 17. IX. 4.
Macro *vel* Marco III. 5. V. 18. VI. 24.
Mamiliano *ſive* Maximiliano IX. 16, 25.
Marcellino V. 16. VIII. 23.
Marco, *vide* Macro.
Maurico II. 18. VI. 14. Maurico *Junio* I. 14.
Maximiliano, *vide* Mamiliano.
Maximo II. 14. III. 2. V. 5. VI. 11, 34. VII. 26. VIII. 19, 24. IX. 1, 23. Maximo *Meſſio* III. 20. IV. 25. *Nonio* IV. 20.
Meſſio, *vide* Maximo.
Minutiano III. 9. IV. 11. VIII. 12.
Minutio VII. 12. Minutio *Fundano* I. 9.
Montano VII. 29. VIII. 6.
Muſtio IX. 39.

N.

Naſoni IV. 6.
Nepoti II. 3. III. 16. IV. 26. VI. 19.
Nonio *Maximo* IV. 20.

O.

Octavio II. 10. Octavio *Ruſo* I. 7.

P.

Paterno IV. 14. VIII. 16. Paterno *Plinio* I. 21.
Paullino II. 2. V. 19. IX. 3, 37. Paullino *Valerio* IV. 16.
Pompejæ *Celerinæ*, *ſocrui* I. 4.
Pompejo *Falconi* I. 23. *Saturnino* I. 8.
Pomponio *Baſſo* IV. 23.
Pontio V. 15. VI. 28. VII. 4.
Præſenti VII. 3.
Priſco II. 13. VI. 8. VII. 8, 19. Priſco *Cornelio* III. 21.
Proculo III. 15.

Q.

Quadrato VI. 29. IX. 13.
Quintiliano VI. 32.

R.

Reſtituto VI. 17. VII. 1.
Romano IV. 29. VI. 15, 33. VIII. 8. IX. 7, 28. Romano *Voconio* I. 5. II. 1. III. 13. *Firmo* I. 19.
Rufino VIII. 18.
Rufo V. 21. VII. 25. Rufo *Calviſio* III. 19. *Caninio* I. 3. *Octavio* I. 7. *Sempronio* IV. 22.
Rufoni IX. 19.
Ruſtico IX. 29.

S.

Sabiniano IX. 21, 24.
Sabino IV. 10. VI. 18. IX. 2, 18.
Sardo IX. 31.
Saturnino V. 9. VII. 7, 15. IX. 38. Saturnino *Pompejo* I. 8. *Scauro* V. 13.
Sempronio *Ruſo* IV. 22.
Senecioni *Soſio* I. 13.
Septitio I. 1. VII. 28. VIII. 1. Septitio *Claro* I. 15.
Serviano III. 17. VI. 26.
Severo III. 6, 18. IV. 28. V. 1. VI. 27. IX. 22. Severo *Catilio* I. 22.
Soſio *Senecioni* I. 13.
Soſſio IV. 4.
Sparſo IV. 5. VIII. 3.
Spurinnæ V. 17. Spurinnæ & *Cocciæ* III. 10.
Suetonio *Tranquillo* I. 18. Vide *Tranquillo*.
Suræ VII. 27. Suræ *Licinio* IV. 30.

T.

Tacito *Cornel.* I. 6, 20. IV. 13. VI. 9, 16, 20. VII. 20, 33. VIII. 7. IX. 10, 14.
Tironi VI. 1, 22. IX. 5. Tironi *Caleſtrio* I. 12.
Titiano IX. 32. Titiano *Cornelio* I. 17.
Tranquillo III. 8. V. 11. IX. 34. vide *Suetonio*.
Triario VI. 23.
Tuſco VII. 9.
Tyroni, vide *Tironi*.

V.

V.
Valenti IV. 24.
Valeriano II. 15. V. 4, 14.
Valerio *Paullino* IV. 16.
Velio *Cereali* IV. 21.
Venatori IX. 20.
Vero VI. 3.
Voconio *Romano* I. 5. II. 1. III. 13.
Urso IV. 9. V. 20. VI. 5, 13. VIII. 9.

Græcarum Vocum & Sententiarum, quæ passim occurrunt in Plinianis Epistolis, Explicatio.

Pag. 1. ζήλῳ] Æmulatione, vel vehementi imitandi studio.
P. 2. ληκύθους] Ornamenta oratoria, quæ & pigmenta.
Ibid. πλατανῶν] Locus platanis consitus.
P. 5. δυσκαθαίρετον] Difficilem ad subvertendum.
P. 6 Τῷ δὴ ἔτ. &c.] Huic autem alterum quidem pater (Jupiter) dedit, alterum vero renuit.
Ibid. Η κὴ &c.] Dixit, & cæruleis superciliis annuit Saturnius.
P. 10. μουσεῖον] Musarum domicilium.
P. 13. κέκρικα) Decrevi, scil. mori.
P. 17. κὴ γὰ &c.] Nam somnium ex Jove est.
P. 18. λογισάμενος] Considerans, reputans.
Ibid. Εἷς οἰων. &c.] Unum augurium optimum, pugnare pro patria.
P. 19. ἀρχ.] Primitivam & primam formam retinens.
P. 20. πάντα λιθ. κιν.] Omnem lapidem moveo.
Ibid. ᾠδὴς δὲ &c.] Ad hoc suadela quædam insidebat labris, adeo demulcebat, & solus rhetorum aculeum relinquebat auditoribus.
P. 21. Ηςραπτ' &c.] Fulgurabat, tonabat, perturbabat totam Græciam.
Ibid. ἀμετροεπῆ] immodice loquentem.
Ibid. κὴ ἔπ. &c.] Et verba nivibus similia hyemalibus.
Ibid. παῦρα μὲν &c.] Pauca quidem, sed valde acriter.
P. 26. μικραίτιος] Qui levi de causa queritur.
P. 27. ἐνθυμ.] Enthymemata & noëmata.
Ibid. ἕξιν] Habitum.
P. 28. ἀφιλόκ.] Alienum ab homine honestatis studioso.
Ibid. τί δὲ εἰ &c.] Quid si illam ipsam belluam sua verba vociferantem audivissetis?
Ibid. μεγαλοφ.] Maximæ vocis.
P. 36. σεμνῶς] Graviter.
Ibid. & 37. λειτούργιον] Officium pertinens ad rempub.
P. 39. Σοφοκλεῖς] Laudicœni.
P. 40. μεσόχορος] Qui in medio choro stat.
P. 49. ἀλλὰ τί &c.] Sed quid efficere contendo?
P. 58. φιλόκ.] Rerum pulcrarum cupidus.
P. 59. Αγαθὴ δ' ἔρις] Bona autem [est] contentio, vel æmulatio.
P. 60. ἀκοινών.] Insociabile.
P. 80. ἀμαθ. &c.] Insciti a quidem audaciam, consideratio autem tarditatem fert.

Ibid.

Ibid. ἐπάρας τὴν φων. &c.] Extollens vocem & lætus & exſultans.

P. 84. προδρομον] Præcurſorem.

P. 86. πολλὴν πρ. &c.] Magnam cautionem adhibebat, ut decore caderet.

Ibid. Κεῖται Πάτρ.] Jacet Patroclus.

P. 99. ἀλλὰ ταῦτα &c.] Sed hæc alicui alii eorum, qui ſupra nos ſunt, curæ erunt, hoc eſt, alicui ex Diis.

P. 101. γιγνώσκων &c.] Quum noverim talem eſſe quemque quales ſunt ii quibuſcum lubenter verſatur.

P. 117. κτῆμα &c.] Monumentum ſit an certamen.

P. 125. ἐρωτ.] Ludicrum de amore poëma, aut liber amatorius.

P. 126. πατὴρ &c.] Ut pater erat mitis, vel mitis erat ut pater.

P. 129. Τὴν γὰρ ἀ. &c.] Illam enim cantilenam magis celebrant homines quæ audientibus recentiſſima ſit.

P. 137. Οὔ τις &c.] Nullus, me vivente & ſuper terram intuente [id eſt fruente luce] tibi cavas apud naves manus infeſtas inferet.

P. 151. κατὰ κεφ.] Capitulatim.

P. 159. ἐπίσ.] Attendite.

Ibid. ἀκροάμ.] Auditiones lepidæ ſeu feſtivæ.

P. 162. ὡς ὑ. K.] Tanquam pro Cteſiphonte.

P. 154. ὑμεῖς &c.] Vos enim corrupti affectatores.

P. 189. κατὰ M.] Contra Midiam.

P. 191. ἡδὺς. &c.] Laus eſt res auditu jucundiſſima.

P. 194. Ἐν &c.] In uno [eodemque] pretio & malus & bonus.

P. 217. Οὐκ &c.] Fas non eſt adverſus mortuos homines exſultare.

P. 226. Ὦ γέρον &c.] O ſenex, certe multum te premunt juvenes bellatores.

P. 234. Παραύλια] Vide Annotationes.

P. 235. Βοᾷ χὴ &c.] Inſonuit autem lata terra, circumque reſonuit magnum cœlum.

Ibid. Ὡς δ' ὅτε &c.] Et perinde ac torrentes fluvii, de montibus fluentes, in convallem conferunt impetuoſam aquam.

P. 236. ἀνθρ. μ &c.] Homines ſceleſti, & adulatores, & dæmones.

Ibid. ἐ γὰρ &c.] Non enim lapidibus ſtruxi civitatem, neque lateribus ego.

Ibid. ἐκ ἐκ &c.] Nonne è mari Eubœa munii Atticam, quantum erat humana conſideratione poſſibile?

Ibid. ἐγὼ δὲ οἶμ. &c] Ego autem opinor quidem, ô viri Athenienſes, per deos illum ebrium eſſe magnitudine rerum geſtarum.

Ibid. νόσημα γὰρ.] Ægritudo enim.

Ibid. τότε &c.] Tunc ego quidem Pythoni audaci, & longe ſtrepenti contra vos.

Ibid. ὅταν δὲ &c.] Quando autem ex avaritia & ſcelere aliquis, quemadmodum hic, poteſt, prima cauſa, & parvum erratum omnia intercidit & diſſolvit.

Ibid. ἀπολ. &c.] Privatus omnibus in civitate juſtis cognitionibus trium judiciorum.

Ibid.

Ibid. σὺ τὸν &c.] Tu ad hæc miſericordiam prodidiſti Ariſtogiton, quinimmo conſumpſiſti penitus, ne ſane contra quos clauſiſti portus, & ſcopulis impleviſti, ad hos confuge.

Ibid. δέδοικα &c.] Vereor ne videamini quibuſdam ſemper eſſe malum volentem exiſtere in civitate inſtruere: infirmus namque omnis eſt malus per ſe.

Ibid. τούτῳ δ' οὐδ. &c.] Huic autem nullum cerno locorum horum pervium exiſtentem: ſed omnia præcipitia, convalles barathra.

Ibid. οὐδὲ γὰρ τοὺς &c.] Neque enim majores noſtros exiſtimo judicia hæc conſtruxiſſe, ut tales in ipſis germinarent, ſed contra ut arcerentur, & puniretis, & nemo æmularetur, neque concupiſceret vitium.

Ibid. εἰ δὲ &c.] Si vero juſtior eſt ſceleris, & maximus inſtitor & mercator.

P. 237. θαύμα. non ῥῆμα.] Monſtra non verba.

Ibid. χρὴ γὰρ, &c.] Oportet enim, ô viri Athenienſes, idem dicere oratorem & legem: cum vero aliam quidem vocem emittit lex, aliam vero orator; legis juri opus eſt dare ſuffragium, non dicentis impudentiæ.

Ibid. εἶτ. ἀν. &c.] Deinde declaratum eſt de omnibus in decreto ad furtum ſcribens quinque talenta, legatos ſentiens Oretas non nobis [ſeu *vobis*, ſi ſequamur vulg. ed. Æſchinis, in quibus ſcribitur ὑμῖν] ſed Calliæ dare. quod autem vere dico auferens jactationem, & triremes, & arrogantiam ex decreto, lege.

Ibid. κὴ μὴ &c.] Non ſinatis ipſum circa iniquitatis ſermones circumſiſtere.

Ibid. ἀλλὰ ἐγκαθ. &c.] Sed permanentes & confidentes in concione repellite eum ab iniquis orationibus, & mutationes ejus verborum obſervate.

Ibid. σὺ δὲ &c.] Tu autem vulnera infligis, & majorem curam agis quotidianarum orationum, quam ſalutis civitatis.

Ibid. οὐκ ἀποπέμψ. &c.] Nonne rejicietis hominem tanquam communem Græcorum calamitatem, aut comprehendentes tanquam latronem reum ſub prætextu pro rep. navigantem punietis.

P. 250. νομῷ Μεμφιτικῷ.] Præfecturæ Memphiticæ.

P. 258. ὑπὲρ Μαλέαν.] Super Maleam.

P. 275. θρεπτούς.] Alumnos.

P. 291. εἰσέλασαν.] Invecti ſunt.

ERRA-

ERRATA iſta, quæ typothetarum incuria irrepſerunt, ſic emendes.

In Vit. Plin.

Pag. 1. lin. 6. dele *LXII.* & lege: *AN. ÆTAT. PLIN.* 1.

In Epiſt.

Pag. 101. l. 10. lege: Τοιῦτός ἐστ' ἔγωγε &c. *ibid.* l. 11. lege: *XXVIII.*
pag. 164. l. 30. lege: *Quemadmodum.* p. 217. l. 2. lege: *I.* p. 275. l. 30. lege: *LXXIII.*

C. PLINII

C. PLINII CÆCILII [1]SECUNDI EPISTOLARUM LIBER PRIMUS.

I. C. PLINIUS SECUNDUS [2]SEPTITIO SUO S.

FREQUENTER hortatus es, ut epistolas, [3] si quas paulo [4] accuratius scripsissem, colligerem publicaremque. Collegi, non servato temporis ordine: ([5] neque enim historiam componebam) sed ut quæque in manus venerat. Supereſt ut nec te consilii, nec me pœniteat obsequii. Ita enim fiet ut eas quæ adhuc neglectæ jacent requiram: &, si quas addidero, non supprimam. Vale.

II. C. PLINIUS [6]ARRIANO SUO S.

QUia tardiorem adventum tuum prospicio, librum, quem prioribus epistolis promiseram, exhibeo. Hunc rogo ex consuetudine tua & [7] legas & emendes: eo magis, quod nihil ante [8] peræque eodem ζήλῳ scripsisse videor. tentavi enim [9] imitari Demosthenem, semper tuum, Calvum, nuper meum, figuris duntaxat orationis. Nam vim [10] tantorum virorum *pauci, quos æquus amavit*, assequi possunt. Nec ma-

1 Secundi Veronensis Oratoris *Bod.* 2. Secundi viri Consularis, oratorisque disertissimi *Vulg.* 2 Secundo *Bod.* 1. *Lin. Septimio* in *Codd. Vett.* teste *Claud. Minoë.* Rectius forsan *Septitio*, ad quem Epist. 15. hujus libri, 28. lib. VII, & 1. lib. VIII. 3 Deest *Bod.* 1. 2. 4 *Curatius* malit *Barthius*, ex MS. *Cura maiore*, in *Cod. Vet.* inquit *Catanæus.* 5 In *Cod.* quo *Barthius* usus est, *ad neque enim historiam componebam*, unde conjicit *Plinium* scripsisse, *neque enim ad historiam componebam.* 6 Adriano *Bod.* 1. 2. *Lin.* Arrinio in *Cod. Pal.* teste *Grutero.* Malim *Arriano*, quod ejus memineriit Ep. 2. lib. III. 7 Legas & relegas & emendes *Ald.* 8 Peræque eodem stylo *Bod.* 1. 2. *Lin.* Peræque eodemque stylo *Steph. Peraque eodem libro* mavult *Catan.* 9 *Calvum* omittit *Cod. Vat.* Sed perperam, ut putat *Jo. Schefferus*, (in notis ad Auctorem nostrum) qui locum ita legit & distinguit, *imitari Demosthenem, & semper tuum Calvum, nuper meum.* 10 Tantorum viror. qui assequi possunt? *Lin.* Tantor. verborum pauci, &c. *Ald. Steph.* Tantorum virorum *pauci, quos æquus amavit Juppiter*, assequi possunt *MS.* quo usus est *Claud. Min.*

A teria

teria ipſa huic (vereor ne improbe dicam) æmulationi repugnavit. Erat enim prope tota in contentione dicendi, quod me 1 longæ deſidiæ indormientem excitavit, ſi modo is ſum ego qui excitari poſſim. Non tamen omnino Marci noſtri 2 ληκύθους fugimus, quoties 3 paululum itinere decedere non intempeſtivis amœnitatibus admonebamur. 4 acres enim eſſe, non triſtes, volebamus. Nec eſt quod putes me ſub hac exceptione veniam poſtulare. immo, quo magis intendam limam tuam, confitebor & ipſum me & contubernales ab editione non abhorrere: ſi modo tu fortaſſe errori noſtro album calculum adjeceris. Eſt enim plane aliquid edendum, atque utinam hoc potiſſimum, quod paratum eſt: (audis deſidiæ votum) edendum autem ex pluribus cauſis: maxime quod libelli, quos emiſimus, dicuntur in manibus eſſe, quamvis jam gratiam novitatis exuerint. niſi tamen auribus noſtris bibliopolæ blandiuntur. Sed ſane 5 blandiantur", dum per hoc mendacium nobis ſtudia noſtra commendent. Vale.

III. C. PLINIUS 6 CANINIO RUFO SUO S.

QUid agit Comum, tuæ meæque deliciæ? quid ſuburbanum amœniſſimum? quid illa porticus, verna ſemper? quid 7 πλατανῶν opaciſſimus? quid Euripus viridis & gemmeus? quid ſubjectus & ſerviens lacus? quid illa mollis, & tamen ſolida, geſtatio? quid 8 balineum illud, quod plurimus ſol implet & 9 circumit? quid 10 triclinia illa popularia? quid illa paucorum? quid popinæ? quid cubicula diurna nocturnaque? Poſſidentne te, & per vices partiuntur? an, ut ſolebas, intentione rei familiaris obeundæ, crebris excurſionibus avocaris? Si te poſſident? felix beatuſque es: ſin minus, unus ex multis. Quin tu (tempus eſt enim) humiles & ſordidas curas aliis mandas? & ipſe te in alto iſto pinguique ſeceſſu ſtudiis adſeris? Hoc ſit negotium tuum, hoc otium, hic labor, hæc quies: in his vigilia, in his etiam ſomnus reponatur. Effinge aliquid & excude, quod ſit perpetuo tuum. 11 nam reliqua rerum tuarum poſt te alium atque alium

1 *Longe* legit *Boxhorn.* 2 Λυκύθους fugiamus *Cod. Vat.* ut notat *Latinius.* 3 Paulum *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald.* 4 Acres enim, non triſtes, eſſe *Bod.* 1. 2. *Lin.* 5 Deeſt. *Bod.* 1. 2 *Lin.* Sed in *Bod.* 2. additum à manu recentiori. 6 Canino *Bod.* 1. Calvinio *Marg. Bod.* 2. 7 Platanus opaciſſima *Bod.* 2. 8 Balneum *Bod.* 1. 2. *Lin.* *Graci* βαλάνιον vocant; rectius proinde *Balineum.* 9 Circuit *Bod.* 1. 2. *Lin.* 10 Triclinia illa popinæ? quid cub. *Lin.* Triclinia illa? popina, quid cubicula *MS. Pal.* notante *Grutero.* Triclinia illa pop.? illa panc.? &c. *Bod.* 2. Tric. illa pop.? quid il. panc? quid cub. *Steph.* 11 Nam cum reliqua *Lin.*

dominum

dominum ſortientur: hoc nunquam tuum deſinet eſſe, ſi [1] ſemel cœperit. Scio quem animum, quod horter ingenium: tu modo enitere ut tibi ipſe ſis tanti, quanti videberis aliis, ſi tibi fueris. Vale.

IV. PLIN. POMPEIÆ CELERINÆ SOCRUI S.

QUantum copiarum in Ocriculano, in Narnienſi, in [2] Carſulano, in Peruſino tuo, in Narnienſi vero [3] etiam" [4] balineum, ex epiſtolis meis (nam jam tuis opus non eſt) una illa brevis & vetus ſufficit. Non, mehercule, tam mea ſunt quæ mea ſunt, quam quæ tua. hoc tamen differunt, quod ſolicitius & intentius tui me, quam mei excipiunt. Idem fortaſſe [5] eveniet tibi, ſi quando in noſtra diverteris. quod velim facias: primum ut perinde noſtris rebus, ac nos tuis, perfruaris: deinde, ut mei expergiſcantur aliquando, qui me ſecure ac prope negligenter exſpectant. Nam mitium dominorum apud ſervos ipſa conſuetudine metus exoleſcit: novitatibus excitantur, probarique dominis per alios magis quam per ſeipſos laborant. Vale.

V. C. PLINIUS [6] VOCONIO" ROMANO SUO S.

VIdiſtine quemquam Marco Regulo timidiorem humilioremque poſt Domitiani mortem? ſub quo non minora flagitia commiſerat, quam ſub Nerone, ſed tectiora. Cœpit vereri, ne ſibi iraſcerer: nec fallebatur; iraſcebar. Ruſtici Aruleni periculum foverat, exſultaverat morte: adeo ut librum recitaret publicaretque, in quo Ruſticum inſectatur, atque etiam *Stoicorum ſimiam* appellat. [7] Adjicit, *Vitelliana cicatrice ſtigmoſum*. Agnoſcis eloquentiam Reguli. lacerat Herennium Senecionem tam intemperanter quidem, ut dixerit ei [8] Metius Carus, *Quid tibi cum meis mortuis? numquid ego aut Craſſo aut Camerino moleſtus ſum?* quos ille ſub Nero-

1 Semel eſſe cæperit *Lin.* 2 Carſolano *Bod. 1. Lin.* 2 *Carſeolano* in quibuſdam Codd. dicit ſe legiſſe *Catanæus*. *Columella* lib. IV. *Carſeolanum* ſcribit. *Strabo* autem Κάρσυλοι habet, pro quo tamen legit *Caſaubonus* Καρσίολοι. Cæterum cum Populi *Carſulani* in *Umbria* prope *Narniam*, *Ocriculum*, &c. ſiti fuerint, *Carſeolani* autem juxta *Marſos*, lectio genuina procul dubio eſt *Carſulano*. 3 Deeſt *Lin.* 4 Balneum *Bod. 1. 2.* 5 Evenit & tibi *Lin.* 6 Deeſt *Bod. 1.* 7 Adicit *Bod. 1. Lin.* Et ſic deinceps. 8 Metius Cæcus *Bod. 2. in Marg.* Mettius Carus *Ald. Tacitus* vocat *Carum Metium*, inverſis nominibus.

ne accuſaverat. Hæc me Regulus dolenter tuliſſe credebat; ideoque etiam quum recitaret librum, non adhibuerat. Præterea reminiſcebatur, quam capitaliter ipſum me apud Centumviros laceſſiſſet. Aderam 1 Arionillæ, Timonis uxori, rogatu Aruleni Ruſtici. Regulus contra. Nitebamur 2 nos" in parte cauſæ ſententia 3 Metii Modeſti, optimi viri; is tunc in exſilio erat, à Domitiano relegatus. Ecce 4 tibi Regulus, *Quæro* (inquit) *Secunde, quid de Modeſto ſentias.* 5 Vides, quod periculum, ſi reſpondiſſem, *Bene*: quod flagitium, ſi, *Male*. Non poſſum dicere aliud tunc mihi quam deos adfuiſſe. Reſpondebo, inquam, quid ſentiam, ſi de hos Centumviri judicaturi ſunt. Rurſus ille, Quæro quid de Modeſto ſentias. Iterum ego, Solebant teſtes in reos, non in damnatos, interrogari. Tertio ille, Non jam quid de Modeſto, ſed quid de pietate Modeſti 6 ſentias. Quæris, inquam, quid ſentiam? At ego, ne interrogare quidem fas puto, de quo pronunciatum eſt. Conticuit: me laus & gratulatio ſequuta eſt, quod nec famam meam aliquo reſponſo, utili fortaſſe, inhoneſto tamen, læſeram: nec me laqueis tam inſidioſæ interrogationis involveram. Nunc ergo conſcientia exterritus apprehendit Cæcilium Celerem: mox Fabium Juſtum rogat, ut me ſibi reconcilient. Nec contentus, pervenit ad 7 Spurinnam. Huic ſuppliciter (ut eſt quum timet abjectiſſimus) 8 Rogo mane videas Plinium domi: ſed plane mane (neque enim diutius ferre ſolicitudinem poſſum) & quoquo modo efficias, ne mihi iraſcatur. Evigilaveram. 9 Nuntius à Spurinna, Venio ad te. Imo ego ad te. Coimus in porticum Liviæ, quum alter ad alterum tenderemus. Exponit Reguli mandata, addit preces ſuas, ut decebat optimum virum pro diſſimillimo, Parce 10 inquiens." Cui ego, Diſpicies ipſe quid renuntiandum Regulo putes. te decipi à me non oportet. Exſpecto 11 Mauricum, (nondum enim ab exſilio venerat) ideo nihil alterutram in partem reſpondere tibi poſſum, facturus quidquid ille decreverit. Illum enim eſſe hujus conſilii ducem, me comitem, decet. Paucos poſt dies ipſe me Regulus convenit in prætoris 12 officio: illuc 13 me" 14 perſequutus ſecretum petit. Ait, timere ſe ne animo meo penitus hæreret quod in centumvirali judicio aliquando dixiſſet, quum reſponderet mihi &

1 Aurionilæ *Bod.* 1. *Lin.* Arrionillæ *Ald.* 2 Deeſt *Vulg.* 3 Metti Mod. *Bod.* 2. Vecti Mod. *Et* Vectii Mod. *Vulg.* 4 Ibi *Vulg.* 5 Vide *Bod.* 1. 2. *Lin.* 6 Sentias quæro. Quæris inquam *Vulg.* 7 Spurinam *Bod.* 1. *Lin.* 8 Rogo, inquit, mane *Bod.* 1. 2. *Lin.* 9 Nuntius ait Spurinæ *Vulg.* 10 Deeſt *Steph. Ald.* Recte, ut putat *Iſ. Caſaub.* 11 Maricum *Bod.* 1. 2. Mauritium *Lin.* 12 Judicio *Bod.* 1. Sed male, ut cenſet *Caſaub.* 13 Deeſt *Bod.* 1. *Ald.* 14 Proſecutus *Bod.* 1.

1 Satrio Rufo, *Satrius cui eſt cum Cicerone æmulatio, & qui contentus* 2 *non eſt eloquentia* 3 *ſeculi noſtri.* Reſpondi, nunc me intelligere maligne dictum, quia ipſe confiteretur, cæterum potuiſſe honorificum exiſtimari. Eſt enim, inquam, mihi cum Cicerone æmulatio, nec ſum contentus eloquentia 4 ſeculi noſtri. Nam ſtultiſſimum credo, ad imitandum non optima quæque proponere. Sed tu, qui hujus judicii meminiſti, cur illius oblitus es, in quo me interrogaſti quid de 5 Metii Modeſti pietate ſentirem? Expalluit notabiliter, quamvis palleat ſemper. 6 Hæſitabundus, 7 inquit, Interrogavi, non ut tibi nocerem, ſed 8 ut Modeſto. Vide hominis crudelitatem, qui ſe non diſſimulet 9 exſuli nocere voluiſſe. Subjunxit egregiam cauſam, Scripſit, inquit, in epiſtola quadam, quæ apud Domitianum recitata eſt, *Regulus omnium bipedum nequiſſimus.* quod quidem Modeſtus veriſſime ſcripſerat. Hic fere nobis ſermonis terminus. neque enim volui progredi longius, ut mihi omnia libera ſervarem dum 10 Mauricus venit. Nec me præterit eſſe Regulum 11 δυσκαθαίρετον. Eſt enim locuples, factioſus, 12 curatur à multis, timetur à pluribus, quod plerumque fortius amore eſt. Poteſt tamen fieri ut 13 concuſſa labantur. nam gratia malorum tam infida eſt, quam ipſi. Verum, ut idem ſæpius dicam, exſpecto 14 Mauricum. vir eſt gravis, prudens, multis experimentis eruditus, & qui futura poſſit ex præteritis providere: mihi & tentandi aliquid & quieſcendi illo auctore ratio conſtabit. Hæc tibi ſcripſi, quia æquum erat te, pro amore mutuo, non ſolum omnia mea facta dictaque, verum etiam conſilia cognoſcere. Vale.

VI. C. PLIN. 15 CORNELIO TACITO SUO S.

RIdebis, & licet rideas. Ego 16 Plinius ille, quem noſti, apros tres, & quidem pulcerrimos, cepi. Ipſe? inquis? 17 Ipſe: non tamen ut omnino ab inertia mea & quiete diſcederem, ad retia ſedebam: erant in proximo non venabulum aut lancea, ſed ſtylus & pugillares. meditabar

1 Satrio Rufo, Satrius Rufus cui non eſt *Bod.* 1. *Ald. Lin.* Satrio Rufo, Satrius Rufus cui eſt *Steph. Bod.* 2. *Satrio Rufo, Satrius Rufus, & cui eſt,* ſcribendum cenſet *Caſaub.* 2 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin.* 3 Secundi *Bod.* 1. 4 Secundi *Bod* 1. 5 Mettii *Ald.* 6 Et hæſitabundus *Bod.* 2. *Lin.* 7 Deeſt *Ald.* 8 Deeſt *Bod.* 1. 9 Homini exuli *Bod.* 2. 10 Maricus venit *Bod.* 1. 2. Mauricus venerit *Vulg.* 11 Αὐθαίρετον *Lin.* Αὐτοκαθαίρετον *MS. Weſtm.* Ακαλαπάλαιστον *Vulg* 12 Tutatur *Bod.* 1. *Latinius* conjicit *amatur* vel *cavetur* legendum eſſe. 13 Hæc conciſa *Bod.* 1. 2. 14 Maricum *Bod.* 1. 2. 15 Octavio Ruffo *Lin.* 16 Deeſt *MS. Pal.* teſte *Grutero.* 17 Quidam ſic conjungunt: *Ipſe non, tamen ut* &c.

1 aliquid

1 aliquid" 2 enotabamque, ut ſi manus vacuas, plenas tamen ceras reportarem. Non eſt quod contemnas hoc 3 ſtudendi genus. mirum eſt, ut animus 4 agitatione motuque corporis excitetur. 5 Jam undique ſilvæ & ſolitudo, ipſumque illud ſilentium quod venationi datur, magna cogitationis incitamenta ſunt. Proinde quum venabere, licebit auctore me, ut panarium & lagunculam, ſic etiam pugillares feras: experieris non Dianam magis montibus, 6 quam Minervam inerrare. Vale.

VII. C. PLIN. 7 OCTAVIO RUFO SUO S.

VIde in quo me faſtigio collocaris, quum mihi idem poteſtatis idemque regni dederis, quod Homerus Jovi opt. max.

Τῷ δ' ἔπιεσν μὺ ἔδωκε πατὴρ, ἔπιεσν δ' ἀνένευσεν.

Nam ego quoque ſimili nutu ac renutu reſpondere voto tuo poſſum. Etenim ſicut fas eſt mihi, præſertim te exigente, excuſare Bæticis contra unum hominem advocationem: ita nec fidei noſtræ, nec conſtantiæ, quam diligis, convenit adeſſe contra provinciam, quam tot officiis, tot laboribus, tot etiam periculis meis aliquando devinxerim. Tenebo ergo hoc temperamentum, ut ex duobus, quorum alterum petis, eligam id potius in quo non ſolum ſtudio tuo, verum etiam judicio ſatisfaciam. Neque enim tantopere mihi conſiderandum eſt, quid vir optimus in preſentia velis, quam quid ſemper ſis probaturus. Me circa idus Octobres ſpero Romæ futurum, eademque hæc præſentem quoque tua meaque fide Gallo confirmaturum: cui tamen nunc jam licet ſpondeas de animo meo,

Η̃ χ̀ 8 κυανέηϭιν ἐπ' ὀφρύϭι νεῦϭε Κρονίων.

Cur enim non uſquequaque Homericis verſibus agam tecum? quatenus tu 9 me" tuis agere non pateris: quorum tanta cupiditate ardeo, ut videar mihi hac ſola mercede poſſe corrumpi, ut vel contra Bæticos adſim. Pene præterii quod minime prætereundum fuit, accepiſſe me 10 careotas optimas, quæ nunc cum ficis & boletis 11 certamen habent. Vale.

1 Deeſt *MS. Barthii.* Aliqua *Vulg.* 2 Annotabamque *Bod.* 2. 3 Scribendi *Ald.* 4 A cogitatione *Vulg.* 5 Nam *Vulg.* 6 Que *Cod. Vet.* unde *Barthius* arbitratur *Plinium* ſcripſiſſe *atque.* 7 Ceratio *Bod.* 1. 8 Κοιανέηϭιν *Bod.* 2. 9 Deeſt *Bod.* 1. 10 Rectius *Caryotas*, ut *Plin. Maj.* Græcis enim appellatæ Καρυωτίδες Φοίνικες. 11 Certandum *Bod.* 1. *Lin. Ald.* 1. Edit. *Steph.* Quam lectionem probat *Caſaub.*

VIII.

VIII. C. PLINIUS POMPEIO SATURNINO SUO S.

PEropportune mihi redditæ ſunt literæ tuæ, quibus flagitabas ut tibi aliquid ex ſcriptis meis mitterem, quum ego id ipſum deſtinaſſem. Addidiſti ergo calcaria ſponte currenti; pariterque & tibi veniam recuſandi laboris, & mihi exigendi verecundiam ſuſtuliſti. Nam nec me timide uti decet eo quod oblatum eſt: nec te gravari quod depopoſciſti. nec eſt tamen quod ab homine deſidioſo aliquid novi operis exſpectes. Petiturus ſum enim, ut rurſus vaces ſermoni quem apud municipes meos habui, bibliothecam dedicaturus. Memini quidem, jam quædam [1] adnotaſſe, ſed generaliter: ideo nunc rogo, ut non tantum univerſitati ejus attendas, verum etiam particulas qua ſoles lima [2] perſequaris. Erit enim & poſt emendationem liberum nobis vel [3] publicare vel continere. Quinimo fortaſſe hanc ipſam cunctationem noſtram in alterutram ſententiam emendationis ratio [4] deducet, quæ aut indignum editione, dum ſæpius retractat, inveniet: aut dignum, dum id ipſum experitur, efficiet. Quanquam hujus cunctationis meæ cauſæ non tam in ſcriptis quam in ipſo materiæ genere conſiſtunt. eſt [5] enim" paulo quaſi glorioſius & elatius. Onerabit hoc modeſtiam noſtram, etiamſi ſtylus ipſe [6] fuerat preſſus demiſſuſque, propterea quod cogimur cum de munificentia parentum noſtrorum, tum de noſtra diſputare. Anceps hic & lubricus locus eſt, etiam cum illi neceſſitas [7] lenocinetur: etenim ſi alienæ quoque laudes parum æquis auribus accipi ſolent, quam difficile eſt obtinere ne moleſta videatur oratio de ſe aut de ſuis differentis? Nam cum ipſi honeſtati, tum aliquanto magis gloriæ ejus prædicationique invidemus: atque ea demum recte facta minus detorquemus & carpimus, quæ in obſcuritate & ſilentio reponuntur. Qua ex cauſa ſæpe ipſe mecum, nobiſne tantum quidquid [8] illud" eſt, compoſuiſſe, an & aliis debeamus, ut nobis? Admonet iſtud quoque, quod pleraque quæ ſunt agendæ rei neceſſaria, eadem peracta nec utilitatem parem nec gratiam retinent. [9] Ac, ne longius exempla repetamus, quid utilius fuit quam munificentiæ rationem etiam ſtylo [10] proſequi? Per

1 Notaſſe *Lin. Ald.* 2 Proſequaris *MS. Claud. Mar. Lin.* 3 Prædicare *Lin.* 4 Reducet *Vulg.* 5 Deeſt *Vulg.* 6 Fuerit *Bod. 1. Lin.* 7 Lenocinatur *Bod. 1. 2. Ald.* 8 Deeſt *Bod. 1.* Hanc Periodum ita legit & diſtinguit *Barthius*; *Quâ ex cauſâ ſæpe ipſe mecum; nobiſne tantum, quicquid illud eſt, compoſuiſſe; an & aliis debeamus? Ut nobis, admonet iſtud quoque, quod pleraque*, &c. 9 Aut *Bod. 1. Lin.* 10 Obſequi *Bod. 1. Lin.*

hoc

hoc enim aſſequebamur, primum ut honeſtis cogitationibus immoraremur: deinde ut pulcritudinem illarum longiore [1] tractatu pervideremus: poſtremo, ut ſubitæ largitionis comitem pœnitentiam caveremus. Naſcebatur ex his [2] exercitatio quædam contemnendæ pecuniæ; nam quum omnes homines ad cuſtodiam ejus natura reſtrinxerit, nos contra multum ac diu penſitatus amor liberalitatis communibus avaritiæ vinculis eximebat: tantoque laudabilior munificentia noſtra fore videbatur, quod ad illam non impetu quodam ſed conſilio trahebamur. Accedebat his cauſis, quod non ludos aut gladiatores, ſed annuos ſumptus in alimenta ingenuorum pollicebamur. Oculorum porro & aurium voluptates adeo non egent commendatione, ut non tam incitari debeant oratione quam reprimi. Ut vero aliquis libenter educationis tædium laboremque ſuſcipiat, non præmiis modo, verum etiam exquiſitis adhortationibus impetrandum eſt. Nam ſi medici ſalubres, ſed voluptate carentes cibos, blandioribus alloquiis proſequuntur; quanto magis decuit publice conſulentem, utiliſſimum munus, ſed non perinde populare, comitate orationis inducere? Præſertim quum enitendum haberemus, ut quod parentibus [3] datur, & orbis probaretur, honoremque paucorum ceteri patienter [4] exſpectarent & mererentur. Sed ut tunc communibus magis commodis quam privatæ jactantiæ ſtudebamus, quum intentionem effectumque muneris noſtri [5] vellemus intelligi: ita nunc in ratione [6] edendi veremur, ne forte non aliorum [7] utilitatibus, ſed propriæ laudi ſerviſſe videamur. Præterea meminimus, quanto majore animo honeſtatis fructus in conſcientia quam in fama reponatur. Sequi enim gloria, non appeti, debet: nec, ſi caſu [8] aliquo non ſequatur, idcirco quod gloriam [9] non meruit, minus pulcrum eſt. Si vero qui benefacta ſua verbis adornant, non adeo prædicare quia fecerint, ſed ut prædicarent, feciſſe creduntur. [10] Sic, quod magnificum referente alio fuiſſet, ipſo qui geſſerat recenſente, vaneſcit. Homines enim quum rem deſtruere non poſſunt, jactationem ejus inceſſunt: ita ſi ſilenda feceris, factum ipſum: ſi laudanda, quod non ſileas ipſe, [11] culparis. Me

1 Tractu provideremus *Bod. Tractu* habet Ep. 20. Quin & occurrit apud *Cic.* & *Tacit.* 2 Excitatio *Vulg.* 3 Dabatur, etiam nobis probaretur *Bod.* 1. *Daretur etiam orbi probaretur*, ex conjectura *Cl. Min.* 4 Exſpectarent & incitarentur *Bod.* 2. *Lin.* Spectarent & mirarentur, (quo modo legend. cenſet *Chr. Cellarius* in ſua Edit *Plin.*) *Vel*, imitarentur *Vulg.* 5 Volebamus *Lin.* 6 Dicendi *Cod. Vet.* Teſte *Cl. Minoe*, ex cujus conjectura legend. *Dicandi* vel *Dedicandi.* 7 Utilitati *Vulg.* 8 Aliqua *Ald. Steph.* 9 Quidam negationem non agnoſcunt. At fruſtra inquit *Caſaub.* 10 Si *Ald. Steph.* 11 Culpatur *Bod.* 1. Et ita *Cod. Pal.* notante *Gratero*, qui hanc lectionem probat.

vero

Me vero peculiaris quædam impedit ratio. etenim hunc ipſum ſermonem non [1] apud populum, ſed apud decuriones habui: [2] nec in propatulo, ſed in curia." Vereor ergo [3] ut ſit ſatis congruens, quum in dicendo aſſentationem vulgi acclamationemque defugerim, nunc eadem illa editione ſectari: quumque plebem ipſam cui conſulebatur, limine curiæ parietibuſque diſcreverim, ne quam in ſpeciem ambitionis inciderem, nunc [4] eos" etiam ad quos ex munere noſtro nihil pertinet præter exemplum, velut obvia [5] oſtentatione conquirere. Habes cunctationis meæ cauſas: obſequar tamen conſilio tuo, cujus mihi auctoritas pro ratione [6] ſufficit. Vale.

IX. C. PLIN. MINUTIO FUNDANO SUO S.

MIrum eſt quam ſingulis diebus in urbe ratio aut conſtet aut conſtare videatur, pluribus [7] cunctiſque non conſtet. Nam ſi quem interroges, *Hodie quid egiſti?* reſpondeat, *Officio togæ virilis interfui, ſponſalia aut nuptias frequentavi: ille me ad ſignandum teſtamentum, ille in advocationem, ille in conſilium rogavit.* [8] Hæc quo die feceris, neceſſaria: eadem, ſi quotidie feciſſe te reputes, inania videntur, multo magis quum feceſſeris. Tunc enim ſubit recordatio, quot dies quam frigidis rebus [9] abſumpſi. Quod evenit mihi poſtquam in Laurentino meo aut lego aliquid, aut ſcribo, aut etiam corpori vaco, cujus fulturis animus ſuſtinetur. nihil audio quod audiſſe, nihil dico quod dixiſſe pœniteat. [10] Nemo me apud quemquam ſiniſtris ſermonibus carpit: neminem ipſe reprehendo, niſi unum me, quum parum commode ſcribo: nulla ſpe, nullo timore ſolicitor, nullis rumoribus inquietor. Mecum [11] tantum & cum libellis loquor. O [12] rectam ſinceramque vitam; ô [13] dulce otium, honeſtumque, ac

1 Ad *MS. Cl. Min.* 2 Deſunt *Lin.* 3 Ne *Bod.* 1. *Lin. Vulg.* 4 Deeſt *Lin.* 5 Aſſentatione *Vulg.* 6 Sufficiet *Vulg.* 7 Junctiſque *Vulg.* Et ita in *Barthii MS.* Quæ lectio omnino eſt probanda. Vulgata quippe cum mente Auctoris non convenit. 8 Ita hæc *Lin.* Hanc periodum ita legit *Barthius*: *Hæc quo die feceris voces ſeria; eadem ſi quotidie feciſſe te reputes, inania videantur: multoque magis cum feceſſeris.* Sed non placet *Scheffero*, qui vocem *neceſſaria* retinendam eſſe contendit. 9 Abſumpſeris, *vel* Abſum, ipſi *Vulg.* Aſſumpſi *Bod.* 1. ſuſpicatur *Scheff.* legendum *abſumpſi? Ipſi quod evenit mihi.* 10 Nemò apud me quicquam ſin. ſerm. carp.: neminem ipſ. repr. niſi tum me, &c. *Lin.* Nemo apud me quenquam ſin. ſ. c.: n. i. r., niſi tum me, &c. *Bod.* 1. 2. Nemo apud me quemquam carpit, neminem ipſe: niſi cum parum commode ſcribo, unum me *MS. Barth.* 11 Taceo. & *MS. Barth.* Sed fortaſſis Monachiſmum olere poſſit. 12 Regiam *Lin.* Terſam *MS. Barth.* 13 Prædulce *MS. Barth.*

1 pene omni negotio pulcrius: ô mare, ô littus, verum ſecretumque 2 μυσεῖον, quam multa invenitis, quam multa dictatis. Proinde tu quoque ſtrepitum iſtum inanemque diſcurſum & 3 multum ineptos labores, ut primum fuerit occaſio, relinque, 4 teque ſtudiis vel otio trade." Satius eſt enim, ut 5 Attilius noſter eruditiſſime ſimul & facetiſſime dixit, otioſum eſſe, quam nihil agere. Vale.

X. C. PLIN. 6 ATRIO CLEMENTI SUO S.

SI quando urbs noſtra liberalibus ſtudiis 7 floruit, nunc maxime floret. multa 8 claraque" exempla ſunt. ſuffecerit unum 9 Euphrates philoſophus. Hunc ego in Syria, quum adoleſcentulus militarem, penitus & domi inſpexi, amarique ab eo laboravi, etſi non erat laborandum. Eſt enim 10 obvius & expoſitus, plenuſque humanitate quam præcipit. Atque 11 utinam ſic ipſe quam ſpem tunc ille de me concepit, impleverim, ut ille multum virtutibus ſuis addidit. 12 Aut ego nunc illas miror, quia magis intelligo: 13 quamquam ne nunc quidem ſatis intelligo." Ut enim de pictore, ſculptore, fictore, niſi artifex judicare, ita niſi ſapiens non poteſt perſpicere ſapientem. Quantum mihi tamen 14 cernere datur, 15 multa in Euphrate ſic eminent & elucent, ut mediocriter quoque doctos 16 advertant & afficiant. Diſputat ſubtiliter, graviter, ornate: frequenter etiam Platonicam illam ſublimitatem & latitudinem effingit. Sermo eſt copioſus & varius: dulcis in primis, & qui repugnantes quoque ducat 17 & impellat. Ad hoc, proceritas corporis, decora facies, demiſſus capillus, ingens & cana barba. Quæ licet fortuita & inania 18 putentur, illi tamen plurimum venerationis acquirunt. Nullus horror

1 Plene *MS. Barth.* 2 Muſarum *MS. Barth.* 3 Multos *Lin.* 4 Deſunt *Bod.* 1. Teque ſtudiis velut otio redde *MS. Barth.* Eleganter: ſed pugnat cum ſequentibus. 5 Acilius *MS. Barth.* 6 Actio *Bod.* 1. Attio *Ald.* Arrio *Vulg.* 7 Gloſſema eſſe aut *floruit* aut *floret* arbitratur *Barthius.* 8 Deeſt *Bod* 1. 9 Heuphrates *Bod.* 1. Et ſic deinceps. *Eucratem* appellat *Lucianus*, *Euphratem* vero *Dion. Caſſ.* Pro quo tamen *Leunclavius* legit *Euphradem.* 10 Exobvius & expoſitus plenuſque humanitate quam præcapit. Atque utinam ſic ipſe exemplum quod tunc ille de meis concepit, &c. *MS. Barth.* Lectio mendoſa, & librario prorſus adſcribenda. 11 Utinam ipſe ſpem quam de me conc., &c. *Vulg.* 12 At *Bod.* 1. *Lin. Ald.* in poſteriore Edit Sed lectio genuina eſt *aut*, monente *Scheff.*: cui tamen ſimplex comma præmitti debet, quia illud *multum* quod præcedit tam ad *miror*, quam ad *addidit* eſt referendum. 13 Deſunt *Vulg.* 14 Conari *Bod.* 1. 15 Tam multa *Lin.* 16 Evertant *Bod.* 1. Vertant *Vulg.* 17 Deeſt *Bod.* 1. 18 Videntur *Bod.* 2. Sed in marg. *putentur.*

in

in 1 vultu, nulla triſtitia, multum ſeveritatis: reverearis 2 occurſum, non reformides. Vitæ ſanctitas ſumma, comitas par. inſectatur vitia, non homines: nec caſtigat errantes, ſed emendat. Sequaris monentem attentus & pendens: & 3 perſuadere tibi, 4 etiam quum perſuaſerit, cupias. Jam vero liberi tres, duo mares, quos diligentiſſime inſtituit. Socer Pompejus Julianus, cum cetera vita tum vel hoc uno magnus & clarus, quod ipſe provinciæ princeps 5 hunc inter altiſſimas conditiones generum non honoribus principem ſed ſapientia elegit. Quanquam quid ego plura de viro, quo mihi frui non licet? An 6 ut magis angar quod non licet? Nam diſtringor officio ut maximo, ſic moleſtiſſimo. Sedeo pro tribunali, ſubnoto libellos, conficio tabulas: ſcribo plurimas, ſed illiteratiſſimas literas. Soleo nonnunquam (nam 7 id ipſum quandoque contingit) de his occupationibus apud Euphratem queri. Ille me conſolatur. affirmat etiam eſſe hanc philoſophiæ, & quidem pulcerrimam partem, agere negotium publicum, cognoſcere, judicare, promere & exercere juſtitiam, quæque ipſi doceant in uſu habere. mihi tamen hoc unum non perſuadet, ſatius eſſe iſta facere quam cum illo dies totos audiendo diſcendoque conſumere. Quo magis te, cui vacat, hortor, quum in urbem proxime veneris (venias autem ob 8 hoc maturius) illi te expoliendum limandumque permittas. Neque enim ego (ut multi) invideo aliis bonum, quo ipſe careo: ſed contra ſenſum quendam voluptatemque percipio, ſi ea quæ mihi denegantur, amicis video ſupereſſe. Vale.

XI. C. PLIN. FABIO JUSTO SUO S.

OLim nullas mihi epiſtolas mittis. Nihil eſt, (iniquis) quod ſcribam. At hoc ipſum ſcribe, nihil eſſe quod ſcribas: vel ſolum illud, unde incipere priores ſolebant, *Si vales, bene eſt, 9 ego valeo.* Hoc mihi ſufficit: 10 eſt enim maximum. Ludere me putas: ſerio peto. Fac ſciam quid agas: quod ſine ſolicitudine ſumma neſcire non poſſum. Vale.

1 Cultu *Bod.* 1. 2. *Lin.* *Ald.* *Vulg.* Amicus quidam *Gruteri* (teſte *Buchnero*) locum ita legit: *Nullus horror in cultu, in vultu nulla triſtitia.* 2 Vulgo diſtinguitur poſt *reverearis*, ſed diſplicet *Barthio.* Reverearis ut occurſum *MS. Cl. Min.* 3 Perſuaderi *Vulg.* 4 Etiam cum non *Steph.* Etiamnum *MS. Barth.* *Gruterus* autem vulgatam lectionem tuetur. 5 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Ald.* 6 Omitti debet ut opinatur *Caſaub.* 7 Id aliquando *Bod* 2. *Ald.* 8 Hæc *Bod.* 2. 9 *Ego quoque Val.* Lin. 10 Eſt enim mihi max. *Lin.* Eſtque mihi max. *Vulg.*

XII. C. PLIN. CALESTRO TYRONI SUO S.

JActuram graviſſimam [2] feci, ſi jactura dicenda eſt tanti viri amiſſio. deceſſit [3] Corellius Rufus, & quidem ſponte: quod dolorem meum exulcerat. Eſt enim [4] luctuoſiſſimum genus mortis, quæ non ex natura, nec fatalis videtur. Nam utcunque in illis qui morbo finiuntur, magnum ex ipſa neceſſitate ſolatium eſt: in iis vero quos accerſita mors aufert, [5] hic inſanabilis dolor eſt, quod creduntur [6] potuiſſe diu vivere. Corellium quidem ſumma ratio, quæ ſapientibus pro neceſſitate eſt, ad hoc conſilium compulit: quanquam plurimas vivendi cauſas habentem, optimam conſcientiam, optimam famam, maximam auctoritatem: præterea filiam, uxorem, [7] nepotem, ſorores, interque tot pignora, veros amicos. Sed tam longa, tam iniqua valetudine conflictabatur, ut hæc tanta pretia vivendi mortis rationibus vincerentur. Tertio & triceſimo anno (ut ipſum [8] prædicantem" audiebam) pedum dolore correptus eſt. Patrius hic illi. nam plerumque morbi [9] quoque" per ſucceſſiones quaſdam, ut alia, traduntur. Hunc abſtinentia, [10] ſanctitate, [11] quoad" viridis ætas, vicit & fregit: noviſſime cum ſenectute graveſcentem, viribus animi ſuſtinebat. Quum quidem incredibiles cruciatus & indigniſſima tormenta pateretur (jam enim dolor non pedibus ſolis, ut prius inſidebat, ſed omnia membra pervagabatur) veni ad eum Domitiani temporibus, in ſuburbano jacentem. Servi è cubiculo receſſerunt. [12] habebat [13] enim hoc moris, quoties intraſſet fidelior amicus: quin etiam uxor (quanquam omnis ſecreti capaciſſima) digrediebatur. Circumtulit oculos, &, *Cur* (iniquit) *me putas hos tantos dolores tamdiu ſuſtinere?* [14] *ut ſcilicet iſti latroni vel uno die ſuperſim". Dediſſes huic animo par corpus, feciſſet quod optabat.* Affuit tamen deus voto, cujus ille compos, ut jam ſecurus liberque moriturus, multa illa vitæ, ſed [15] minora retinacula abrupit. Increverat valetudo, quam temperantia [16] mitigare tentavit, perſeverantem conſtantia fugit. Jam [17] dies alter, tertius, quartus,

1 Celeſtrio *Bod.* 1. 2 Fero *Bod.* 1. 2. *Lin. Steph. Vulg. Pal.* Forſan ſcripſit *Plin.* (ut cenſet *Gruter.*) *Jacturam graviſſimam! Si jactura*, &c. Voxque altera acceſſit ob ignorationem talis exclamationis. 3 Cornelius *Lin.* Correlius *Bod.* 2. 4 Luctuoſum *Lin.* 5 Hinc *Vulg.* 6 Poſſe *Bod.* 1. 2. *Lin.* 7 Nepotes *Bod.* 2. 8 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald.* 9 Deeſt *Lin.* 10 Siccitateque *Bod.* 2. 11 Deeſt *Bod.* 1. 2. 12 Habebant *Cod. Vet.* teſte *Cl. Min.* Et probat *Scheff.* 13 Is hoc *Ald.* 14 Niſi ut iſti &c. *Bod.* 2. Deſunt *Lin.* 15 Majora *Bod.* 1. 16 Mitigare conſuevit, tentavit perſeverantem *MS. Cl. Min.* 17 Diem alterum, tertium, quartum *Bod.* 2.

abſti-

abſtinebat cibo. miſit ad me uxor ejus [1] Hiſpulla communem amicum C. [2] Geminium cum triſtiſſimo nuntio, deſtinaſſe Corellium mori: nec aut ſuis aut filiæ precibus flecti; ſolum ſupereſſe me, à quo revocari poſſet ad vitam. Cucurri: perveneram in proximum, quum mihi ab eadem [3] Hiſpulla Julius [4] Atticus nunciat, nihil jam [5] ne" me quidem impetraturum: tam obſtinate magis ac magis induruiſſe. Dixerat ſane medico admoventi cibum, [6] κίκυκα. quæ vox quantum admirationis in animo meo, tantum deſiderii reliquit. Cogito quo amico, quo viro caream. Implevit quidem annum ſeptimum & ſexageſimum, quæ ætas etiam robuſtiſſimis ſatis longa eſt: [7] ſcio. evaſit perpetuam valetudinem: ſcio. deceſſit ſuperſtitibus ſuis, florente republica, quæ illi omnibus ſuis carior erat: & hoc ſcio. Ego tamen, tanquam & juvenis & fortiſſimi morte doleo: doleo autem (licet me imbecillum putes) meo nomine. amiſi enim, amiſi vitæ meæ teſtem, rectorem, magiſtrum. in ſumma dicam quod recenti dolore contubernali meo Calviſio dixi: Vereor ne negligentius vivam. Proinde adhibe ſolatia mihi: non hæc, *Senex erat*, *Infirmus erat*, (hæc enim novi) ſed nova aliqua, ſed magna, quæ audierim nunquam, legerim nunquam. Nam quæ audivi, quæ legi, ſponte ſuccurrunt, ſed tanto dolore ſuperantur. Vale.

XIII. C. PLINUS [8] SOSIO SENECIONI SUO S.

MAgnum proventum poetarum annus hic attulit. Toto menſe Aprili nullus fere dies quo non recitaret aliquis. Juvat me quod vigent ſtudia, proferunt ſe ingenia hominum & oſtentant: tametſi ad audiendum pigre coitur. plerique in ſtationibus ſedent, tempuſque [9] audiendis fabulis conterunt, ac ſubinde ſibi [10] nuntiari jubent, an jam recitator intraverit, an dixerit præfationem, an ex magna parte evolverit librum: tum demum, ac tunc quoque lente cunctanterque veniunt: nec tamen permanent, ſed ante finem recedunt, alii diſſimulanter & furtim, alii ſimpliciter & libere. At hercule memoria parentum Claudium Cæſarem ferunt, quum in palatio

1 Hiſpula *Bod.* 1. *Lin.* 2 Geminum *Bod.* 1. 2. 3 Hiſpula *Bod.* 1. *Lin.* 4 Actius *Bod.* 1. 2. *Lin.* 5 Deeſt *Bod.* 1. 6 Κίκυκα legit *Catan.* Deeſt *Bod.* 2. Sed ex Gloſſa Marginali *Laur. Vallam* ita etiam legiſſe colligitur. 7 Verbum *ſcio* & hic, & duobus deinceps locis, ita legendum, ut præcedentem ſententiam claudat, non inchoet, ut monet *Steph.* 8 Soſſio *Bod.* 2. 9 *Audiendi* malit *Gruter.* 10 Annuntiari *Bod.* 2. *Lin.*

ſpatia-

ſpatiaretur, audiſſetque clamorem, cauſam requiſiſſe: quumque dictum eſſet recitare [1] Nonianum, [2] ſubitum recitanti [3] inopinatumque veniſſe. Nunc otioſiſſimus quiſque multo ante rogatus, & identidem admonitus, aut non venit, aut, ſi venit, queritur ſe diem, quia non perdiderit, perdidiſſe. Sed [4] tanto" magis laudandi probandique ſunt quos à ſcribendi [5] recitandique ſtudio hæc auditorum [6] vel" deſidia vel ſuperbia non retardat. Equidem prope nemini defui. erant ſane plerique amici. neque enim [7] quiſquam eſt fere qui ſtudia, ut non ſimul & nos amet. His ex cauſis longius, quam deſtinaveram, tempus in urbe conſumpſi. Poſſum jam repetere ſeceſſum, & ſcribere aliquid quod non recitem; ne videar, quorum recitationibus affui, non auditor fuiſſe ſed creditor. Nam ut in ceteris rebus, ita in audiendi officio perit gratia, ſi repoſcatur. Vale.

XIV. C. PLINIUS [8] JUNIO [9] MAURICO SUO S.

PEtis ut fratris tui filiæ proſpiciam maritum: quod merito mihi potiſſimum injungis. ſcis enim quantopere ſummum illum virum ſuſpexerim dilexerimque. quibus ille adoleſcentiam meam exhortationibus foverit, quibus etiam laudibus ut laudandus viderer effecerit. Nihil eſt quod à te mandari mihi aut majus aut [10] gratius, nihil quod [11] honeſtius à me ſuſcipi poſſit, quam ut eligam juvenem ex quo naſci nepotes [12] Aruleno Ruſtico deceat. Qui quidem diu quærendus fuiſſet, niſi paratus & quaſi proviſus eſſet [13] Minutius Acilianus: qui me ut juvenis juvenem (eſt enim minor pauculis annis) familiariſſime diligit, [14] reveretur ut ſenem. nam ita à me [15] formari & inſtitui cupit, ut ego à vobis ſolebam. Patria eſt ei Brixia, ex illa noſtra Italia, quæ multum adhuc verecundiæ, [16] frugalitatis, [17] atque etiam ruſticitatis" antiquæ retinet ac ſervat. Pater [18] Minutius Macrinus, equeſtris ordi-

1 Nomanum *Bod.* 1. 2 Subito *Bod.* 1. 3 Inopinantique *Lin.* 4 Deeſt *Lin.* 5 Ac recitandi *Lin.* 6 Deeſt *Bod.* 1. 7 Quiſquam eſt fere qui nos amet ut ſtudia non ſimulet *Bod.* 1. 2. Eſt ſere quiſq. qui non amet, ut ſtudia non ſimulet *Lin.* Eſt f q. qui non nos amet, ut ſtudia non ſim. *Steph.* Eſt f. q. quin nos amet, ut ſtudia non ſimulet *MS. Pal.* notante *Gruter.* unde vult legi *Scheff.* *Eſt fere quiſq., qui nos amet, ut ſtudia non ſimul. Et his ex cauſis longius*, &c. 8 Junico *Bod.* 2. 9 Marco *Bod.* 1. Marico *Lin.* 10 Satius *Bod.* 2. *Lin.* 11 Honeſtius aut gratius *Bod.* 2. 12 Aurnleno *Bod.* 1. 2. *Lin.* 13 Mutius Acilianus *Ald.* Militius Atelianus *Bod.* 2. Munitius Acil. *Vulg.* Militius Æmilianus Acilianus *Bod.* 1. *Lin.* Minutius Æmilianus Acilianus *MS. Pal.* Quod pro vero habet *Gruter.* 14 Ita reveretur *Vulg.* 15 Informari *Bod.* 1. *Lin.* 16 Multum frug. *Lin.* 17 Deſunt *Bod* 1. *Ald.* 18 Mimus *Bod.* 1. Munitius *Vulg.*

nis

nis princeps, quia nihil altius voluit: [1] allectus à Divo Veſpaſiano inter prætorios, honeſtam quietem huic noſtræ, ambitioni dicam an dignitati? conſtantiſſime prætulit. Habet aviam maternam [2] Serranam Proculam, è municipio Patavino. Noſti loci mores. Serrana tamen Patavinis quoque ſeveritatis exemplum eſt. Contigit & avunculus ei P. [3] Acilius, gravitate, prudentia, fide prope ſingulari. In ſumma, nihil erit in domo tota quod non tibi tanquam in tua placeat. [4] Aciliano vero ipſi plurimum vigoris [5] & induſtriæ: [6] quanquam in maxima verecundia. Quæſturam, tribunatum, prætoram honeſtiſſime percurrit, ac jam pro ſe tibi neceſſitatem ambiendi remiſit. [7] Eſt illi facies liberalis, multo ſanguine, multo rubore ſuffuſa. eſt ingenua totius corporis pulcritudo, & quidam ſenatorius decor. Quæ ego nequaquam arbitror negligenda. debet enim hoc caſtitati [8] puellarum quaſi præmium dari. Neſcio an adjiciam, eſſe patri ejus amplas facultates. nam quum imaginor vos, quibus quærimus generum, ſilendum de facultatibus puto: quum publicos mores atque etiam leges civitatis intueor, quæ vel imprimis cenſus hominum ſpectandos arbitrantur, ne id quidem prætereundum videtur. Et ſane de poſteris, & his pluribus, cogitanti, hic quoque in conditionibus [9] deligendis ponendus eſt calculus. Tu fortaſſe me putes indulſiſſe amori meo: ſupraque iſta quam res patitur ſuſtuliſſe: at ego fide mea ſpondeo futurum ut omnia longe ampliora quam à me prædicantur, invenias. Diligo quidem adoleſcentem ardentiſſime, ſicut meretur: ſed hoc ipſum amantis eſt, non onerare eum laudibus. Vale.

XV. PLIN. [10] SEPTITIO CLARO SUO S.

HEus tu, promittis ad cœnam, nec venis. dicitur jus, ad aſſem impendium reddes, nec id modicum: Paratæ erant lactucæ ſingulæ, cochleæ ternæ, ova bina, alica cum mulſo & [11] nive. (nam hanc quoque computabis, imo hanc in primis quæ perit in ferculo) olivæ [12] Bæticæ, cucurbitæ, bulbi, alia mille non minus lauta. Audiſſes comœdum, vel lectorem, vel lyriſten, vel, (quæ mea liberalitas) omnes. at tu apud neſcio quem, oſtrea, vulvas, echinos, [13] Gaditana ma-

1 Allectus enim *Bod.* 1. 2. 2 Serranam, procul à me municipio Patavio *Lin. Vulg.* 3 Atilius *Lin.* 4 Atiliano *Lin.* 5 Deeſt *Lin.* 6 Quique *MS. Cl. Min.* 7 Eſt enim *Lin.* 8 Puellari *Vulg.* 9 Diligendis *Lin. Ald.* 10 Erutio *Vulg.* 11 Jure *Vulg.* 12 In antiquo & fideli Codice (inquit *Jac. à Cruce*) ſuppoſitum eſt *Betacei*, perinde ac *Bætica* Olivetis non fuerit inſignis. 13 *Gaditanos*, ſublato puncto poſt *echinos* *Bod.* 1. 2.

luiſti.

luiſti. Dabis pœnas, non dico quas. dure feciſti. invidiſti, neſcio an tibi: certe mihi, ſed tamen & tibi. Quantum nos luſiſſemus, riſiſſemus, [1] ſtuduiſſemus". Potes apparatius cœnare apud multos: nuſquam hilarius, ſimplicius, [2] incautius. in ſumma, experire. Et niſi poſtea te aliis potius excuſaveris, mihi ſemper excuſa. Vale.

XVI. C. PLINIUS [3]EURICIO SUO S.

AMabam Pompejum Saturninum, hunc dico noſtrum: laudabamque ejus ingenium, etiam antequam ſcirem quam varium, quam flexibile, quam multiplex eſſet: nunc vero totum me tenet, habet, [4] poſſidetque. Audivi cauſas agentem acriter & ardenter, nec minus polite & ornate; ſive meditata ſive ſubita proferret. Adſunt [5] aptæ crebræque ſententiæ, gravis & decora conſtructio. ſonantia verba & antiqua. Omnia hæc mire placent: cum impetu quodam & [6] fulmine prævehuntur: placent ſi retractentur. Senties quod ego, quum orationes ejus in manus ſumpſeris; quas facile cuilibet veterum, quorum eſt æmulus, comparabis. Idem tamen in hiſtoria [7] tibi" magis ſatisfaciet vel brevitate, vel luce, vel ſuavitate, vel ſplendore etiam & ſublimitate narrandi. Nam in concionibus [8] eadem quæ in orationibus vis eſt: preſſior [9] tamen, & circumſcriptior, & adductior. Præterea facit verſus quales [10] Catullus [11] meus" aut Calvus. Quantum illis lepŏris, dulcedinis, amaritudinis, amoris! Inſerit ſane, ſed data opera, [12] molliuſculos leniuſculoſque, duriuſculos quoſdam: & [13] hoc", quaſi [14] Catullus [15] meus" aut Calvus. Legit mihi nuper epiſtolas quas uxoris eſſe dicebat. Plautum vel Terentium metro ſolutum legi credidi, quæ ſive uxoris ſunt, ut affirmat, ſive ipſius, ut negat: pari gloria dignus eſt, qui aut illa componat, aut uxorem, quam virginem accepit, tam doctam politamque reddiderit. Eſt ergo mecum per diem totum: eundem antequam ſcribam, eundem quum ſcripſi, eundem etiam quum [16] remittor, non tanquam eundem, lego. Quod te quoque ut facias & hortor & moneo. neque [17] enim' debet operibus ejus obeſſe quod vivit. [18] An ſi

1 Deeſt *Bod.* 1. 2. 2 Cautius *Bod.* 1. 2. 3 Erucio *Bod.* 1. 2. *Ald.* Septitio Ericino *Lin.* 4 Poſſidet. Audivi *Bod.* 1. 5 Acutæ *Bod.* 2. 6 Flumine pervehuntur *Bod.* 1. 2. *Ald. MS. Pal.* Rectius, ut putat *Gruter.* 7 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald. Vulg.* 8 Idem qui in orationibus ſuis eſt *Bod.* 1. *Marg. Bod.* 2. *Vulg.* 9 Tantum *Bod.* 1. *Lin.* 10 Catulus *Bod.* 1. 2. 11 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Ald.* Perperam, ut putat *Catan.* 12 Mollius leviuſque, duriuſculos *Bod.* 2. *Lin.* Præfert vulgatam *Catan.* 13 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin.* 14 Catulus *Bod.* 1. 2. *Lin.* 15 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald.* 16 Remitto *Bod.* 1. 17 Deeſt *Vulg.* 18 At *Bod.* 1. 2. *Vulg.*

inter

inter eos quos nunquam vidimus floruiſſet, non ſolum libros ejus verum etiam imagines conquireremus: ejuſdem nunc honor præſentis & 1 gratia quaſi ſatietate langueſcet? At hoc pravum malignumque eſt, non admirari hominem admiratione digniſſimum, quia videre, 2 alloqui, audire", complecti, nec laudare tantum, verum etiam amare contingit. Vale.

XVII. C. PLINIUS 3 CORN. TITIANO" SUO S.

ESt adhuc curæ hominibus fides & officium: ſunt qui defunctorum quoque amicos agant. 4 Titinius Capito ab imperatore noſtro impetravit, ut ſibi liceret ſtatuam L. Syllani in foro ponere. Pulcrum & magna laude dignum, amicitia principis in hoc uti; quantumque gratia valeas, aliorum honoribus experiri. Eſt omnino Capitoni in uſu claros 5 viros" colere. mirum eſt qua religione, quo ſtudio imagines Brutorum, Caſſiorum, Catonum, domi, ubi poteſt, habeat. Idem clariſſimi cujuſque vitam egregiis carminibus exornat. Scias ipſum 6 plurimis virtutibus abundare qui alienas ſic amat. Redditus eſt L. Syllano debitus honor, cujus immortalitati Capito proſpexit pariter & ſuæ. neque 7 enim" magis decorum & inſigne eſt, ſtatuam in foro populi Romani habere quam ponere. Vale.

XVIII. C. PLINIUS 8 SUETONIO TRANQUILLO SUO S.

SCribis te perterritum ſomnio, vereri ne quid adverſi in actione patiaris: rogas ut dilationem petam, & pauculos dies, certe proximum excuſem, 9 difficile eſt: ſed experiar.

——— χὴ γὰρ τ' ὄναρ ἐκ Διός ἐστιν.

Refert tamen, eventura ſoleas an contraria ſomniare. Mihi reputanti ſomnium meum, iſtud quod times tu, egregiam actionem portendere videtur. Suſceperam cauſam 10 Julii Paſtoris; quum mihi quieſcenti viſa eſt ſocrus mea, advoluta ge-

1 Gloria *Vulg.* 2 Deſunt *Bod.* 1. *Ald.* Pro *Audire* habetur *Adire* in *Vulg.* 3 Icciano *Lin.* Zitiano *Bod.* 1. Jociano *Bod.* 2. Alia quædam Exemplaria (notante *Catan.*) habent *Riciano* & *Cythiano.* Vera lectio videtur eſſe *Titiano*, ad quam Ep. 32. l. IX. Quin & hujus nominis crebra fit mentio à *Tacito* aliiſque Hiſtoricis. 4 Ticinius *Bod.* 1. 5 Deeſt *Bod.* 1. *Steph. Ald.* 6 Pluribus *Bod.* 1. 2. 7 Deeſt *Vulg.* 8 Septicio Claro *in Marg. Bod.* 2. 9 Hic punctum ponitur in *Bod.* 1. non poſt *dies.* 10 Junii *Bod.* 1, 2. *Lin. Ald.*

nibus, ne agerem obſecrare. Et eram acturus adoleſcentulus adhuc: eram in quadruplici judicio: eram contra potentiſſimos civitatis, atque etiam Cæſaris amicos. quæ ſingula excutere mentem mihi poſt tam triſte ſomnium poterant. Egi tamen, λογισμῷ illud,

Εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης.

Nam mihi 1 patria" (& ſi quid carius patria) fides videbatur. Proſpere ceſſit: atque adeo illa actio mihi aures hominum, illa januam famæ patefecit. Proinde diſpice, an tu quoque ſub hoc exemplo ſomnium iſtud in bonum vertas: 2 aut, ſi tutius putas illud cautiſſimi cujuſque præceptum, *Quod* 3 *dubitas ne feceris, id ipſum reſcribe.* Ego aliquam ſtropham inveniam: agamque cauſam tuam, ut ipſam agere, quum tu voles, poſſis. Eſt enim ſane alia ratio tua, alia mea fuit. nam judicium centumvirale differri nullo modo, iſtud ægre quidem, ſed tamen poteſt. Vale.

XIX. C. PLIN. 4 ROMANO 5 FIRMO SUO S.

MUniceps 6 tuus, & condiſcipulus, & ab ineunte ætate contubernalis: pater tuus & matri & avunculo meo, mihi etiam, quantum ætatis diverſitas paſſa eſt, familiaris: magnæ & graves cauſæ cur ſuſcipere 7 & augere dignitatem tuam debeam. Eſſe autem tibi centum millium cenſum ſatis indicat quod apud nos decurio es. Igitur, ut te non decurione ſolum, verum etiam equite Romano perfruamur, offero tibi ad implendas equeſtres facultates CCC millia nummûm. Te memorem hujus muneris amicitiæ noſtræ diuturnitas ſpondet. Ego ne illud quidem admoneo, quod admonere deberem, niſi te ſcirem ſponte facturum, ut dignitate à me data quam modeſtiſſime, 8 ut à me data", utare. Nam ſolicitius cuſtodiendus eſt honor, in quo etiam beneficium amici tuendum eſt Vale.

XX. PLIN. COR. TACITO SUO S.

FRequens mihi diſputatio eſt cum quodam docto homine & perito, cui nihil æque in cauſis agendis ut brevitas placet.

1 Deeſt *Bod.* 1. *Ald.* & vox *Patria* quæ mox ſequitur parentheſi non includitur. 2 An *Bod.* 2. 3 Dubites *Bod.* 2. *Lin, Ald.* 4 Romacio *Bod.* 1. *Ald.* 5 Firmio *Bod.* 1. Deeſt *Ald.* 6 Tu meus, & *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald. Vulg.* Sed hanc lectionem reſpuit nexus verborum. 7 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Ald.* 8 Deſunt *Lin.* nec abſurde. Eſt enim manifeſtum gloſſema, vel ex prioribus verbis repetitum.

placet. quam ego cuſtodiendam eſſe confiteor, ſi cauſa permittat; alioqui prævaricatio eſt, tranſire dicenda, prævaricatio etiam, curſim & breviter attingere quæ ſint inculcanda, infigenda, repetenda. nam pleriſque longiore 1 tractu vis quædam & pondus accedit. Utque corpori ferrum, ſic oratio animo non ictu magis quam mora imprimitur. Hic ille mecum auctoritatibus agit; ac mihi ex Græcis orationes Lyſiæ oſtentat; ex noſtris Gracchorum Catoniſque, quorum ſane plurimæ ſunt circumciſæ & breves: ego Lyſiæ Demoſthenem, Æſchinem, 2 Hyperidem, multoſque præterea; Gracchis, & Catoni, Pollionem, Cæſarem, Cœlium, in primis Marcum Tullium, oppono, cujus oratio optima fertur eſſe quæ maxima. Et hercule, ut aliæ bonæ res, ita bonus liber 3 melior" eſt quiſque quo major. Vides ut ſtatuas, ſigna, picturas, hominum 4 denique multorumque animalium formas, arborum etiam, ſi modo ſint decoræ, nihil magis quam amplitudo commendet. 5 idem orationibus evenit: quin etiam voluminibus ipſis auctoritatem quandam & pulcritudinem adjicit magnitudo. Hæc ille, multaque alia, quæ à me in eandem ſententiam ſolent dici, ut eſt in diſputando incomprehenſibilis & lubricus, ita eludit ut contendat, hos ipſos, quorum orationibus 6 nitar, pauciora dixiſſe quam ediderint. Ego contra puto. teſtes ſunt multæ multorum orationes, & Ciceronis pro Muræna, pro Vareno: in quibus brevis & 7 nuda quaſi ſubſcriptio quorundam criminum ſolis titulis indicatur. Ex his apparet, illum 8 permulta dixiſſe: quum ederet, omiſiſſe. Idem pro Cluentio ait, *ſe totam cauſam veteri inſtituto ſolum peroraſſe*, & pro 9 Cornelio *quadriduo egiſſe*: ne dubitare poſſimus, quæ per plures dies, ut neceſſe erat, latius 10 dixerit, poſtea reciſa ac 11 purgata, in unum librum, grandem quidem, unum tamen, coarctaſſe. At aliud eſt actio bona, aliud oratio. Scio nonnullis ita videri, ſed ego (forſitan 12 fallar) perſuaſum habeo, poſſe fieri ut ſit actio 13 bona, quæ non ſit bona oratio, 14 non poſſe non bonam actionem eſſe quæ ſit bona oratio." eſt enim oratio actionis exemplar, & quaſi ἀρχέτυπον. Ideo in optima quaque mille figuras extemporales invenimus: in his etiam, quas tantum editas ſcimus, ut in

1 Tractatu *Bod.* 2. *Ald. Vulg.* 2 Periclem *Vulg.* *Quintilianus* vero ſcribit lib. XII. *Periclis Eloquentia nulla ad nos monumenta veniſſe, &c.* Ex quibus patet *Hyperidem* veram lectionem eſſe. 3 Deeſt *Lin.* 4 Denique pictorum *Lin.* 5 Idem in *Bod.* 1. 6 Utar *Vulg.* 7 Cruda *Lin.* 8 Multa *Lin.* 9 C. Cornelio *Bod.* 2. *Lin.* 10 Dixerat *Vulg.* 11 Repurgata *Lin.* 12 Fallor *Bod* 2. 13 Non bona, quæ ſit *Vulg.* Sed male. 14 Deſunt hæc in pleriſque Exemplarib. Extant tamen in *Cod. Pal.* (ſi fides *Grutero*) Ut etiam in *Bod.* 1. 2. *Lin.*

Verrem, *Artificem* 1 *quemnam? recte admones. Polycletum esse dicebant.* Sequitur ergo ut actio sit absolutissima: quæ maxime orationis similitudinem expresserit, si modo justum & debitum tempus 2 accipiat: quod si negetur, nulla 3 orationis, maxima judicis culpa est. Adsunt huic opinioni meæ leges, quæ longissima tempora largiuntur, nec brevitatem dicentibus, sed copiam, hoc est, diligentiam, suadent: quem præstare nisi in angustissimis causis non potest brevitas. Adjiciam quod me docuit usus, magister egregius; frequenter egi, frequenter judicavi, frequenter in consilio fui. Aliud alios movet: ac plerunque parvæ res 4 maximas 5 trahunt. Varia sunt hominum judicia, variæ voluntates: inde qui eandem causam simul audierunt, sæpe diversum, interdum idem, sed ex diversis animi motibus, sentiunt. Præterea suæ quisque inventioni favet, & quasi fortissimum complectitur, quum ab alio dictum est quod ipse prævidit. Omnibus ergo dandum est aliquid quod teneant, quod agnoscant. 6 Dixit aliquando mihi Regulus, quum simul adessemus, *tu omnia quæ sunt in causa, putas exsequenda: ego jugulum statim video, hunc premo.* (premit sane quod 7 eligit, sed in eligendo frequenter errat.) Respondi, posse fieri ut genu esset, 8 aut tibia", aut talus, ubi 9 ille" jugulum putaret. At ego (inquam) qui jugulum perspicere non possum, omnia pertento, omnia experior, πάντα denique λίθον κινῶ. Utque in agricultura non vineas tantum, verum etiam 10 arbusta, nec arbusta tantum, verum etiam" campos curo & exerceo: utque in ipsis campis non far aut siliginem solam, sed hordeum, fabam, ceteraque legumina sero: sic in actione 11 plura quasi semina latius spargo, ut quæ provenerint colligam. Neque 12 enim" minus inperspicua, incerta fallaciaque sunt judicum ingenia, quam tempestatum terrarumque. Nec me præterit, summum oratorem 13 Periclem sic à comico Eupolide laudari,

—— πρὸς δέ γ' 14 αὖ τούτῳ τύχ' ἦν
15 Πειθώ τις ἐπικάθητο τοῖσι χείλεσιν,
Οὕτως ἐκήλει, κἠ μόνος τ' ῥητόρων
Τὸ κέντρον ἐγκατέλιπε τοῖς ἀκροωμένοις.

1 Quem? nam *Bod.* 1. *Lin.* Quem? quemnam? *Editt. Vulg. Ciceronis* (cujus hæc sunt verba.) Sed *quem* non comparuit in Exemplaribus *Cic.* quibus usus est in sua Edit. *Grut.* 2 Accepit *Lin.* Accipiet *Bod* 2. Acceperit *Cod. Vet.* notante *Cl. Min.* 3 Oratoris *Bod.* 2. *Lin.* 4 Maxime *Bod.* 1. *Ald. Vulg.* 5 Trahuntur *Ald.* 6 Dixit ergo al. *Lin.* 7 Elegit *Bod.* 2. *Lin.* 8 Desunt *Ald.* 9 Deest *Lin. Ald.* 10 Desunt *Lin.* 11 Plurima *Lin. Vulg.* 12 Deest *Vulg.* 13 Hyperidem *Bod.* 1. 14 Αὖ τῷ τύχῃ legit *Steph.* Et sic apud Scholiastem *Arist.* 15 Ετυχε πειθώ τις ἐπιπ κατηγόροις ῥήμασι *MS. Westm.* ἐπικάθηται apud *Aristophanem* pro ἐπικάθητο.

1 Verum"

1 Verum" huic ipſi 2 Pericli nec illa πειθὼ, nec illud ἰσχὺς brevitate, vel velocitate, vel utraque (differunt enim) ſine facultate ſumma contigiſſet. nam 3 delectare, perſuadere, copiam dicendi ſpatiumque deſiderant: relinquere vero aculeum in audientium animis is demum poteſt qui non pungit, ſed infigit. Adde quæ æque de eodem Pericle comicus alter,

Ἡρᾶπτ' ἐρόντα ξυνεκύκα τὴν Ἑλλάδα.

Non enim amputata oratio & abſciſſa, ſed lata, 4 &" magnifica, & excelſa tonat, fulgurat, omnia denique perturbat 5 ac miſcet. Optimus tamen modus eſt: quis negat? ſed non minus non ſervat modum qui infra rem quam qui ſupra: qui adſtrictius quam qui effuſius dicit. 6 Itaque quod" audis frequenter, ut illud immodice & redundanter, ita hoc jejune & infirme. Alius exceſſiſſe materiam, alius dicitur non impleſſe. æque uterque: ſed ille imbecillitate, hic viribus peccat. quod certe etſi non limatioris, majoris tamen ingenii 7 judicium eſt. Nec vero quum hæc dico, illum Homericum αἰμυξοπῆ probo, ſed hunc,

Καὶ ἕπτα νιφάδεσσιν ἐοικότα χειμερίοισιν.

non quia non & ille mihi validiſſime placeat, παῦρα μὲν ἀλλὰ μάλα λιγέως. Si tamen detur electio, 8 illam orationem ſimilem nivibus hybernis, id eſt, crebram, aſſiduam & largam, poſtremo divinam & cœleſtem, volo. At eſt gratior 9 multis actio brevis. Eſt 10 quidem", ſed inertibus, quorum delicias 11 deſidiamque, quaſi judicium reſpicere ridiculum eſt. Nam ſi hos in conſilio habeas, non ſolum ſatius eſt breviter 12 dicere," ſed omnino non dicere. Hæc eſt adhuc ſententia mea, quam mutabo, ſi diſſenſeris tu. ſed plane 13 cur diſſentias, explices rogo. Quamvis 14 enim" 15 cedere auctoritati tuæ debeam, rectius tamen arbitror in tanta re, ratione quam auctoritate ſuperari. Poinde, ſi non errare videor, id ipſum quam voles brevi epiſtola, 16 ſed tamen" ſcribe. 17 (confirmabis enim judicium meum) ſi 18 vero, longiſſimam para. 19 Num corrupi te, qui tibi, ſi mihi accederes, brevis epiſtolæ neceſſitatem: ſi diſſentires, longiſſimæ, impoſui? Vale.

1 Deeſt *Lin.* 2 Hyperidi *Bod.* 1. 3 Delicate perſuadere *MS. Weſtm.* 4 Deeſt *Lin.* 5 Admiſcet *Lin.* 6 Deeſt *Bod.* 2. *Lin. Ald.* Sed male ut vult *Caſaub.* 7 Vitium *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald.* Lectio vero vulgata præferenda. 8 Illam plenam or. *Bod.* 2. *Lin.* 9 Multo *Lin.* 10 Deeſt *Ald. Vulg.* 11 Inſidiaſque *Lin.* 12 Deeſt *Steph. Vulg.* 13 Quod *Lin.* 14 Deeſt *Lin.* 15 Credere *Lin.* 16 Deſunt *Lin.* 17 Confirmaveris *Bod.* 1. 2. *Ald. Pal.* Nec improbat *Grut.* 18 Erravero *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald. Vulg.* Quidam legunt *errare*, ſed lectio prior placet *Casan.* 19 Non *Lin.* Nam *Vulg.* Putat *Scheff.* ſcribend.: *Nunc corrupi te.*

XXI.

XXI. C. PLINIUS PLINIO [1] PATERNO SUO S.

UT animi tui judicio, ſic oculorum plurimum tribuo: non quia multum, ne tibi placeas; ſed quia tantum quantum ego ſapis: quanquam hoc quoque multum eſt. Omiſſis jocis, credo decentes eſſe ſervos qui ſunt empti mihi ex conſilio tuo: ſupereſt ut frugi ſint: quod de venalibus, melius auribus quam oculis [2] judicatur. Vale.

XXII. C. PLINIUS CATILIO SEVERO SUO S.

DIu jam in urbe hæreo, & quidem attonitus. Perturbat me longa & pertinax valetudo Titi Ariſtonis, quem ſingulariter & miror & diligo. nihil eſt enim illo gravius, ſanctius, doctius: ut mihi non unus homo, ſed literæ ipſæ omneſque bonæ artes in uno homine ſummum periculum adire videantur. Quam peritus ille & privati juris & publici; quantum rerum, quantum exemplorum, quantum antiquitatis tenet? nihil eſt quod [3] diſcere velis, quod ille docere non poſſit. mihi certe, quoties aliquid abditum quæro, ille theſaurus eſt. [4] Jam quanta ſermonibus eius fides; quanta auctoritas? quam preſſa & decora cunctatio? quid eſt quod non ſtatim [5] ſciat? & tamen plerumque hæſitat: dubitat, diverſitate rationum: quas acri magnoque judicio ab origine cauſiſque primis repetit, diſcernit, expendit. Ad [6] hæc quam parcus in victu? quam modicus in cultu? Soleo ipſum, cubiculum ejus, ipſumque lectum, ut imaginem quandam priſcæ frugalitatis, aſpicere. Ornat hæc magnitudo animi, quæ nihil ad oſtentationem, omnia ad conſcientiam refert: recteque facti, non ex populi ſermone, mercedem, ſed ex facto petit. In ſumma, non facile quis quenquam ex iſtis qui ſapientiæ ſtudium habitu corporis [7] præ ſe ferunt, huic viro compararit. Non quidem gymnaſia ſectatur aut porticus, nec diſputationibus longis aliorum otium ſuumque delectat: ſed in toga negotiiſque verſatur: multos advocatione, plures conſilio juvat. Nemini tamen iſtorum caſtitate, pietate, juſtitia, fortitudine, etiam [8] primo loco ceſſerit. Mirareris, ſi intereſſes, qua patientia hanc ipſam valetudinem toleret, ut dolori reſiſtat, ut ſitim differat, ut incredibilem febrium ardorem immotus

1 *Materno* in variis Exemplarib. teſte *Catan.* 2 Judicetur *Bod.* 2. *Lin.* 3 Doceri *Bod.* 1. 4 Nam *Lin.* 5 Fluat *Bod.* 1. 6 Hoc *Bod.* 2. *Lin. Ald. Steph.* 7 Præferunt *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald. Steph.* 8 E primo *Bod.* 1.

oper-

opertuſque [1] tranſmittat. Nuper me paucoſque mecum, quos maxime diligit, advocavit: rogavitque ut medicos conſuleremus de ſumma valetudinis, ut, ſi eſſet inſuperabilis, ſponte exiret è vita: [2] ſin tantum difficilis & longa, reſiſteret maneretque. Dandum enim precibus uxoris, dandum filiæ lacrymis, dandum etiam nobis amicis, ne ſpes noſtras, ſi modo non eſſent inanes, voluntaria morte deſereret. Id [3] ego" arduum in primis & præcipua laude dignum puto. Nam [4] impetu quodam & inſtinctu [5] procurrere ad mortem, commune cum multis: deliberare vero, & cauſas ejus expendere, [6] utque ſuaſerit ratio, vitæ mortiſque conſilium ſuſcipere vel ponere, ingentis eſt animi. Et medici quidem ſecunda nobis pollicentur: ſupereſt ut promiſſis deus adnuat, tandemque [7] me" hac ſolicitudine exſolvat. qua liberatus, Laurentinum meum, hoc eſt libellos & pugillares, ſtudioſumque otium repetam. Nunc enim nihil legere, nihil ſcribere aut aſſidenti vacat, aut anxio libet. Habes quid timeam, quid optem, quid etiam in poſterum deſtinem: tu quid egeris, quid agas, quid velis agere, invicem nobis, ſed [8] lætioribus epiſtolis, [9] ſcribe. Erit confuſioni meæ non mediocre ſolatium, ſi tu nihil quereris. Vale.

XXIII. C. PLINIUS POMPEJO FALCONI SUO S.

COnſulis an exiſtimem te in tribunatu cauſas agere [10] debere. Plurimum refert quid eſſe tribunatum putes: inanem umbram, & ſine honore nomen, an poteſtatem ſacroſanctam, & quam in ordinem cogi, ut à nullo, ita ne à ſe quidem [11] deceat. Ipſe quum tribunus eſſem, erraverim fortaſſe, qui me [12] eſſe" [13] aliquid putavi, ſed tanquam eſſem, abſtinui cauſis agendis: primum, quod deforme arbitrabar, cui aſſurgere, cui loco [14] cedere omnes oporteret, hunc omnibus ſedentibus ſtare: & qui jubere poſſet tacere quemcunque, huic ſilentium clepſydra indici: & quem interfari nefas eſſet, hunc etiam convicia audire: &, ſi inulta pateretur, inertem: ſi ulciſceretur, inſolentem videri. Erat hic quoque æſtus [15] ante oculos, ſi forte me appellaſſet vel [16] ille" cui adeſſem, vel ille

1 Reſiſtat ac tranſmittat *Lin.* 2 Si tamen *Lin.* 3 Ergo *Lin.* 4 Etiam ab imp. *Lin.* 5 Præcurrere *Lin.* Currere *Vulg.* 6 Et quod ſuaſ. *Bod.* 2. 7 Deeſt *Lin.* 8 Latioribus *Lin. Steph.* 9 Scripſeris *Bod.* 1. 10 Decere *Lin. Vulg.* Recte, ut putat *Cellarius.* 11 Delectat *Bod.* 1. Decet *Bod.* 2. 12 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin.* 13 Aliquem *Ald. Vulg.* 14 Excedere *Lin.* 15 Si ante oculos forte me appellaſſet *Bod.* 1. 2. *Lin.* 16 Deeſt *Lin.*

quem

quem contra: intercederem [1] &" auxilium ferrem? [2] an quieſcerem ſileremque, & quaſi [3] ejurato magiſtratu privatum ipſe me facerem? His rationibus motus, malui me tribunum omnibus exhibere quam paucis advocatum. Sed tu (iterum dicam) plurimum intereſt quid eſſe tribunatnm putes: [4] quam perſonam tibi imponas, quæ ſapienti viro ita aptanda eſt ut [5] perferatur. Vale.

XXIV. C. PLIN. [6]BEBIO HISPANO SUO S.

TRanquillus, contubernalis meus, vult emere agellum quem venditare amicus tuus dicitur. Rogo cures quanti æquum eſt [7] emat". ita enim delectabat emiſſe. Nam mala emptio ſemper ingrata eſt, eo [8] maxime quod exprobrare ſtultitiam domino videtur. In hoc autem agello (ſi modo arriſerit pretium.) Tranquilli mei ſtomachum multa ſolicitant, vicinitas urbis, opportunitas viæ, mediocritas villæ, modus ruris, qui [9] avocet magis quam diſtringat. Scholaſticis porro [10] ſtudioſis, ut hic eſt, ſufficit abunde tantum ſoli, ut relevare caput, reficere oculos, reptare per limitem, [11] unamque ſemitam terere, omneſque viticulas ſuas noſſe & numerare arbuſculas poſſint. Hæc tibi expoſui, quo magis ſcires, quantum ille eſſet mihi, quantum ego tibi debiturus, ſi prædiolum iſtud quod commendatur his dotibus, tam ſalubriter emerit, ut pœnitentiæ locum non relinquat. Vale.

1 Deeſt *Ald.* nec abſurde, prout cenſent *Scheff.* & *Cellarius*; niſi putemus ſcripſiſſe, *num & auxilium ferrem?* 2 Aut *Lin.* 3 Evitato *Bod.* 2. 4 Tuam *Bod.* 1. 2. *Ald. Vulg.* 5 Præferatur *Vulg.* 6 Melvo *Lin.* Belio *Bod.* 2. Fabio *Pal.* (teſte *Grut.*) Babio *Ald. Vulg.* 7 Non comparuit in *MS. Cl. Min.* Et quidem, ſi demas eſt magis conſentaneum modo *Plinii* conciſo loquendi. 8 Magis *Bod.* 1. *Vulg.* 9 Advocet *Bod.* 1. 10 Dominis *Bod.* 1. 2. *Ald.* Sed tam *ſtudioſis* quam *dominis* ex gloſſa videtur natum; ideoque delendum, cenſore *Caſaubono*, niſi putet quis in *hominibus* mutandum. *Jacobus Lectius*, ut idem *Caſaub.* moner, hunc locum ita legebat & diſtinguebat: *Scholaſtico porro, domus ut hic eſt ſufficit abunde: tantum ſoli, &c.* Aliam lectionem ex *Cod. Pal.* adfert *Grut.*; *Scholaſticu orto, ut hic eſt.* Sed quomodo tunc procedat argumentum non conſtat. 11 Una ſemita terras, omneſque *Vulg.*

LIBER II.

I. C. PLINIUS VOCONIO ROMANO SUO S.

POST aliquot annos inſigne atque etiam memorabile populi Romani oculis ſpectaculum exhibuit publicum funus Virginii Rufi, maximi & clariſſimi civis & perinde felicis. Triginta annis gloriæ ſuæ ſupervixit. Legit ſcripta de ſe carmina, legit hiſtorias, & poſteritati ſuæ interfuit. perfunctus eſt tertio conſulatu, ut ſummum faſtigium privati hominis impleret, quum principis noluiſſet. Cæſares quibus ſuſpectus, atque etiam inviſus [2] virtutibus fuerat, evaſit. reliquit incolumem optimum atque amiciſſimum, tanquam ad hunc ipſum honorem publici funeris [3] reſervatus. Annum tertium & octogeſimum exceſſit in altiſſima tranquillitate, pari veneratione. Uſus eſt firma valetudine: niſi quod ſolebant [4] manus tremere, citra dolorem tamen: aditus tantum mortis durior longiorque, ſed hic ipſe laudabilis. Nam quum vocem præpararet, acturus in conſulatu principi gratias, liber, quem forte exceperat grandiorem, ſeni & ſtanti ipſo pondere elapſus eſt. Hunc dum [5] conſequitur colligitque, per leve & lubricum pavimentum fallente veſtigio cecidit; coxamque fregit, quæ parum apte collocata, reluctante ætate, male coiit. Hujus viri exſequiæ magnum ornamentum principi, magnum ſeculo, magnum etiam foro & roſtris attulerunt. Laudatus eſt à conſule Cornelio Tacito. nam hic ſupremus [6] felicitati ejus [7] cumulus acceſſit, laudator eloquentiſſimus. Et ille quidem plenus annis obiit, plenus honoribus, illis etiam quos recuſavit. Nobis tamen quærendus ac deſiderandus eſt, ut exemplar ævi prioris: mihi vero præcipue, qui illum non ſolum publice, ſed etiam privatim quantum [8] admirabar, tantum diligebam.

1 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald.* 2 Deeſt *Bod.* 2. 3 Reſervatum *Vulg.* ut referatur ad Principem. *Cod. Pal.* annectit ſequentibus hoc modo: *publici funeris. Reſervatus annum tertium*, &c. Sed tunc (inquit *Grut.*) legendum fuerat, *anno tertio*, &c. *Schefferus* putat hanc lectionem bonam eſſe, ſi poſt *octogeſimum* ſcribatur comma. Nempe poteſt Elliptice intelligi *reſervatus annum*, pro *reſervatus ad annum*. Certe *reſervatus* ſcribendum eſt, cum dicat *Plutarchus Virginium* invidia *Junii* ad meliorem vitam reſervatum. 4 Solebant ei *Bod.* 1. 2. *Lin.* 5 Sequitur *Bod.* 1. 2. *Vulg.* 6 Felicitatis *Lin.* 7 *Calculus* quidam legunt teſte *Catan.* 8 *Adjuvabat* in quibuſdam Exemplarib. notante *Catan.*

primum quod 1 utrique eadem regio, municipia finitima, agri etiam poſſeſſioneſque conjunctæ. præterea quod ille tutor mihi relictus, 2 affectum parentis exhibuit. Sic candidatum me ſuffragio ornavit, ſic ad omnes honores meos ex ſeceſſibus accurrit, quum jampridem ejuſmodi officiis renuntiaſſet: ſic illo die quo ſacerdotes ſolent nominare, quos digniſſimos ſacerdotio judicant, me ſemper nominabat. Quinetiam in hac noviſſima valetudine veritus ne forte inter 3 quinqueviros crearetur, qui minuendis publicis ſumptibus judicio ſenatus conſtituebantur, quum illi tot amici ſenes conſulareſque ſupereſſent, me hujus ætatis, per quem excuſaretur, elegit, his quidem verbis, *etiamſi filium haberem, tibi mandarem.* Quibus ex cauſis neceſſe eſt tanquam immaturam mortem ejus in ſinu tuo defleam: ſi tamen fas eſt aut 4 flere, aut omnino mortem vocare, qua tanta viri mortalitas magis finita quam vita eſt. Vivit enim, vivetque ſemper, atque etiam latius in memoria hominum & ſermone verſabitur, poſtquam ab oculis receſſit. 5 Volui tibi multa alia ſcribere, ſed totus animus in hac 6 una contemplatione defixus eſt. Virginium cogito, Virginium video, Virginium jam 7 vanis imaginibus, recentibus tamen, audio, alloquor, teneo: cui fortaſſe cives 8 aliquos virtutibus pares & habemus & habebimus: gloria, neminem. Vale.

II. C. PLINIUS PAULINO SUO S.

IRaſcor: nec liquet mihi an debeam, ſed iraſcor. Scis quam ſit amor iniquus interdum, impotens ſæpe, 9 μιχραίπω ſemper. Hæc tamen cauſa magna eſt, neſcio an juſta: ſed ego tanquam non minus juſta quam magna ſit, graviter iraſcor quod à te tamdiu literæ nullæ. Exorare me potes uno modo, ſi nunc ſaltem plurimas & longiſſimas miſeris. hæc mihi ſola excuſatio vera, ceteræ falſæ videbuntur. Non ſum auditurus, *Non eram Romæ*, vel, *Occupatior eram.* illud enim nec dii ſinant, ut, *infirmior.* Ipſe ad villam partim ſtudiis, partim deſidia fruor: quorum utrumqne ex otio naſcitur. Vale.

1 *Scheffer.* putat hic deeſſe quidpiam. quia *eſt mihi hac regio*, pro *in hac patria natus ſum, eſt mihi patria hac regio*, non invenitur apud quemquam Auctorum probatorum. 2 Affectus *Bod.* 1. 3 Quinqueviros ipſe *Bod.* 2. *Lin.* 4 Fleri *Bod.* 1. *Ald* 5 Volo *Bod.* 1. 2. *Lin. Vulg.* 6 Deeſt *Bod.* 1. 7 Variis *Lin. Vulg. Veris* in *Cod.* uno, teſte *Cl. Min.* 8 Alios *Vulg.* 9 Φιλαίτιω *Vulg.*

III.

III. C. PLINIUS NEPOTI SUO S.

MAgna Iſæum fama præceſſerat, major inventa eſt. 1 ſumma eſt facultas, copia, ubertas. dicit ſemper ex tempore, ſed tanquam diu ſcripſerit. ſermo Græcus, immo Atticus. præfationes terſæ, graciles, dulces: graves interdum & erectæ. 2 Poſcit controverſias plures, electionem auditoribus permittit, ſæpe etiam 3 partes. 4 ſurgit, amicitur, incipit. ſtatim omnia, ac pene pariter, ad manum. ſenſus reconditi, occurſant verba: ſed qualia? quæſita & exculta. multa lectio in ſubitis, multa ſcriptio elucet. Procemiatur apte, narrat aperte, pugnat acrirer, colligit fortiter, ornat excelſe: poſtremo docet, delectat, 5 afficit, (quod maxime dubites) crebra 6 συνημμένα" 7 καὶ νοήματα": 8 ſyllogiſmi circumſcripti & effecti: quod ſtylo quoque aſſequi magnum eſt. Incredibilis memoria: repetit altius quæ dixit ex tempore, ne verbo quidem labitur. ad tantam ἕξιν ſtudio & exercitatione pervenit. nam diebus & noctibus nihil aliud agit, 9 nihil" audit, 10 nihil" loquitur. Annum ſexageſimum exceſſit, & adhuc ſcholaſticus tantum eſt. quo genere hominum nihil aut ſimplicius, aut ſincerius, aut melius. nos enim, qui in foro veriſque litibus 11 terimur, multum malitiæ, quamvis nolimus, addiſcimus. Schola & auditorium, 12 ut" ficta cauſa, 13 ita" res inermis, innoxia eſt: nec minus felix, ſenibus præſertim. Nam quid in ſenectute felicius quam quod dulciſſimum eſt in juventa? Quare ego Iſæum non diſertiſſimum tantum, verum etiam beatiſſimum judico; quem tu niſi cognoſcere concupiſcis, ſaxeus, ferreuſque es. Proinde ſi non ob alia, noſque ipſos, 14 at" certe ut hunc audias veni. Nunquamne legiſti, Gaditanum quendam, Titi Livii nomine gloriaque commotum, ad viſendum eum ab ultimo terrarum orbe

1 *Summa ei facultas* malit *Scheff.* Niſi fortè ſcribend. *Summa ei eſt facultas.* Sed *eſt* rectiùs aberit. 2 *Proponit* legit *Catan. Scheff.* verò *ponit*, eodem ſenſu. 3 Paratus *Vulg.* Multò emendatius, ut cenſet *Cl. Min.* Partis *Lin.* ut referatur ad *Electionem.* Imparatus *Ald.* 4 *Stephanus* ita diſtinguit: *ſurgit, amicitur, incipit: ſtatim omnia, ac pene pariter ad manum ſenſus reconditi: occurſant verba: &c.* Surgit, jam igitur &c. *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald. Vett. Codd.* teſte *Catan.* qui minus probat. 5 *Caſaub.* hoc modo diſtinguit: *Afficit. quod maxime dubites, crebra, &c. Cellarius quid* legit, & ſic diſtinguit: *Afficit; quid maxime dubites. Crebra &c.* 6 Omiſit *Cod. Vet. Catanæi.* 7 Deſunt *Bod.* 1. 2. *Ald.* 8 Crebri ſyll. *Lin.* 9 Deeſt *Lin.* 10 Deeſt *Lin.* 11 Terimus ætatem *Vulg.* 12 Et *Ald.* Deeſt *Bod* 1. 2. *Lin.* 13 Et *Ald.* Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin.* 14 Deeſt *Bod.* 1.

veniſſe, ſtatimque ut viderat abiiſſe? 1 ἀφιλόκαλον, illiteratum, iners, ac 2 pene' etiam turpe eſt, non putare tanti cognitionem, qua nulla eſt jucundior, nulla pulcrior, nulla denique humanior. Dices, Habeo hic quos legam, non minus diſertos. Etiam: ſed legendi ſemper occaſio eſt, audiendi non ſemper: 3 præterea'' multo magis, ut vulgo dicitur, viva vox afficit. Nam licet acriora ſint quæ legas, altius tamen 4 in'' animo ſedent quæ pronuntiatio, vultus, habitus, geſtus etiam dicentis affigit. Niſi vero falſum putamus illud Æſchinis: qui quum 5 legiſſet Rhodiis orationem Demoſthenis, admirantibus cunctis, adjeciſſe fertur, Τί δ' ἂν αὐτῶν ἔφη 6 τις αὐτοῦ ἠκηκόειτε; & erat Æſchines, ſi Demoſtheni credimus, 7 μεγαλοφωνότατος: fatebatur tamen longe melius eadem illa pronuntiaſſe ipſum qui pepererat. Quæ omnia huc tendunt ut audias Iſæum: vel ideo tantum, ut audieris. Vale.

IV. C. PLINIUS CALVINÆ S.

SI pluribus pater tuus vel unicuilibet alii 8 plus'' quam mihi debuiſſet, fuiſſet fortaſſe dubitandum an adires hæreditatem etiam viro gravem: quum vero ego 9 adductus affinitatis officio, dimiſſis omnibus, qui, non dico moleſtiores, ſed diligentiores erant, creditor ſolus exſtiterim: quumque vivente eo nubenti tibi in dotem centum millia contulerim, præter eam ſummam quam pater tuus quaſi de meo dixit (erat enim ſolvenda de meo) magnum habes facilitatis meæ pignus: cujus fiducia debes famam defuncti pudoremque ſuſcipere; ad quod ne te verbis magis quam rebus horter, quicquid mihi pater tuus debuit, acceptum tibi 10 ferre jubeo. Nec eſt quod verearis ne ſit mihi iſta onerosa donatio. ſunt quidem omnino nobis modicæ facultates, dignitas ſumptuoſa, reditus, propter conditionem agellorum, neſcio minor an incertior: ſed quod ceſſat ex reditu, frugalitate ſuppletur: ex qua velut 11 è'' fonte, liberalitas noſtra decurrit. quæ tamen ita temperanda eſt, ne nimia profuſione inareſcat: ſed tempe-

1 Quidam *Codd.* legunt ἀπιρόκαλον. Et ſic legendum cenſet *Latinius.* 2 Deeſt *Bod.* 1. 3 Deeſt *Ald.* Præterea jucundior: multo &c. *Bod.* 1. 2. *Lin.* 4 Deeſt *Bod.* 1. 5 *Legeretur* apud D. *Hieronymum*, qui (Ep. CIII. ad *Paulinum*,) iſtius hiſtoriæ diſerte meminit. Ex quo non *Æſchinem*, ſed alium legiſſe, fortaſſe aliquis probaverit. 6 Deſunt *Ald.* & aliis quibuſd. Exemplaribus (ut notat *Steph.*) Sed retineri debere ex *Hieronymo* patet, qui ea interpretatur. 7 Ἀκμεγοφωνότατος *Bod.* 1. Μεγαλοφωνότατος habent quid. *Codd.* ut obſervat *Catan.* Sed malè: nam *Æſchinem* ὑψόφωνον & μεγαλόφωνον fuiſſe, non ſolùm ex *Demoſthene*, verumetiam ex *Ulpiano Demoſthenis* Interprete conſtat. 8 Deeſt *Bod.* 2. *Ald.* 9 Ductus *Bod.* 1. *Ald.* 10 Fieri jubebo *Bod.* 1. *Lin.* 11 Deeſt *Ald.*

randa

randa in aliis, in te vere facile ratio conſtabit, etiamſi modum exceſſerit. Vale.

V. C. PLINIUS LUPERCO SUO S.

ACtionem 1 &" à te frequenter efflagitatam, & à me 2 ſæpe promiſſam exhibui tibi, 3 non tamen totam. adhuc enim pars ejus perpolitur. Interim quæ abſolutiora mihi videbantur, non fuit alienum judicio tuo 4 tradi. 5 His tu", rogo, intentionem ſcribentis accommodes. nihil enim adhuc inter manus habui, cui majorem ſolicitudinem præſtare deberem. Nam in ceteris actionibus exiſtimationi hominum diligentia tantum & fides noſtra, in hac etiam pietas 6 ſubjicietur. Inde & liber crevit, dum ornare patriam & amplificare gaudemus, 7 pariterque & defenſioni ejus 8 deſervimus & gloriæ. Tu tamen hæc ipſa, quantum ratio exegerit, reſeca. Quoties enim ad faſtidium legentium deliciaſque reſpicio, intelligo nobis commendationem 9 etiam" ex ipſa mediocritate libri petendam. Idem tamen qui à te hanc auſteritatem exigo, cogor id quod diverſum eſt poſtulare, ut in pleriſque frontem remittas. Sunt enim quædam adoleſcentium auribus danda, præſertim ſi materia non 10 refragetur. nam deſcriptiones locorum, quæ in 11 hoc" libro frequentiores erunt, non hiſtorice tantum, ſed prope poëtice 12 proſequi 13 fas" eſt. Quod tamen ſi quis exſtiterit qui putet nos 14 lautius feciſſe, quam orationis 15 ſeveritas exigat: hujus (ut ita dixerim) triſtitiam reliquæ partes actionis exorare 16 debebunt. Adnixi certe ſumus ut 17 quamlibet diverſa genera lectorum per plures dicendi ſpecies teneremus. Ac ſicut veremur ne quibuſdam pars aliqua ſecundum ſuam cujuſque naturam non probetur: ita videmur poſſe confidere ut univerſitatem omnibus varietas ipſa commendet. nam & in 18 ratione conviviorum, quamvis à pleriſque cibis ſinguli temperemus, totam tamen cœnam laudare omnes ſolemus: nec ea quæ ſtomachus noſter recuſat, adimunt gratiam illis 19 à" quibus capitur. Atque 20 hæc ego ſic accipi volo, non tanquam aſſequutum eſſe

1 Deeſt *Bod.* 1. 2 Semper *Lin.* 3 Nondum *Lin.* 4 Traditum iri *Bod.* 1. 2. *Lin. Vulg.* 5 Deſunt *Bod.* 1. *Lin.* 6 Subicietur *Bod.* 1. 7 Pariter & *Bod.* 1. 8 Servimus *Bod.* 1. *Ald.* 9 Et *Ald.* Deeſt *Bod.* 1. 2. 10 Refragatur *Lin.* 11 Deeſt *Bod.* 2. 12 Perſequi *Bod.* 2. 13 Deeſt *Lin.* 14 Latius *Bod.* 1. 2. *Steph.* Lætius *Lin.* Rectius ut videtur: ut quod triſtitiæ accommodatius opponatur. 15 Facultas *Lin.* 16 Debuerunt *Bod.* 1. 2. 17 Quælibet *Vulg.* 18 Ratione ipſa *Lin.* 19 Deeſt *Ald.* 20 Hoc *Bod.* 1. 2.

me

me credam, ſed tanquam aſſequi laboraverim. fortaſſe non fruſtra, ſi modo 1 tu" curam tuam 2 admoveris, interim iſtis, mox iis quæ ſequuntur. Dices te non poſſe ſatis diligenter id facere, niſi prius totam actionem cognoveris. Fateor: in præſentia tamen & iſta tibi familiariora fient, & quædam ex his talia erunt ut per partes emendari poſſint. Etenim ſi avulſum ſtatuæ caput aut membrum aliquod inſpiceres, non tu quidem ex illo poſſes congruentiam æqualitatemque deprehendere, poſſes tamen judicare an id ipſum ſatis elegans eſſet. Nec alia ex cauſa principia librorum circumferuntur, quam quia exiſtimatur pars aliqua 3 etiam" ſine ceteris eſſe perfecta. Longius me provexit dulcedo quædam tecum loquendi: ſed jam finem faciam, ne modum, quem etiam orationi adhibendum puto, in epiſtola excedam. Vale.

VI. C. PLINIUS AVITO SUO S.

LOngum eſt altius repetere, nec refert quemadmodum acciderit, ut 4 homo minime familiaris cœnarem apud quendam, ut ſibi 5 videbatur, lautum & diligentem: ut mihi, ſordidum ſimul & ſumptuoſum. nam ſibi & paucis opima quædam, ceteris vilia & minuta ponebat. vinum etiam parvulis lagunculis in tria genera deſcripſerat, non ut poteſtas eligendi, ſed ne jus eſſet recuſandi. & aliud ſibi & nobis, aliud minoribus amicis (nam gradatim amicos 6 habet) aliud ſuis noſtriſque libertis. Animadvertit qui 7 mihi" proximus recumbebat, & an probarem interrogavit. Negavi. Tu ergo, inquit, quam conſuetudinem ſequeris? Eadem omnibus pono. ad cœnam enim, non ad notam, invito: cunctiſque rebus exæquo quos menſa & toro æquavi. Etiamne libertos? Etiam. convictores enim tunc, non libertos, puto. 8 Et" ille, 9 Magno tibi conſtat. Minime. Qui fieri 10 poteſt? quia ſcilicet liberti mei non idem quod ego bibunt, ſed idem ego quod liberti. Et hercule, ſi gulæ temperes, non eſt oneroſum, quo 11 utaris ipſe, communicare cum pluribus. Illa ergo 12 reprimenda, illa quaſi in ordinem redigenda eſt, ſi ſumptibus parcas, quibus aliquanto rectius tua continentia quam aliena contumelia conſulas. Quorſum hæc? Ne tibi optimæ indolis

1 Deeſt *Bod* 1. *Lin.* 2 Aliqui pro commate, punctum poſt *admoveris* ponunt. Sed ſine aliqua diſtinctione (inquit *Scheff.*) optimè cohærent, ſi ita legas: *curam tuam admoveris iſtis.* 3 Deeſt *Lin.* 4 Homini *Bod.* 1. 2. 5 Videtur *Cod. Vet.* teſte *Cl. Min.* 6 Habebat *Vulg.* 7 Deeſt *Lin.* 8 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Ald.* 9 Magni *Lin.* 10 Poteſt? Poteſt. quia *Bod.* 1. *Steph. Ald.* Rectiùs autem ut nos edidimus. 11 Uteris *Bod.* 2. 12 Comprimenda *Lin.*

juveni

juveni quorundam 1 immenſa luxuria 2 ſpecie frugalitatis imponat. Convenit autem amori in te meo, quoties tale aliquid inciderit, ſub exemplo præmonere quid debeas fugere. Igitur memento, nihil magis eſſe vitandum quam iſtam luxuriæ & ſordium novam ſocietatem: quæ cum ſint turpiſſima diſcreta ac ſeparata, turpius junguntur. Vale.

VII. C. PLINIUS MACRINO SUO S.

HEri à Senatu 3 Veſtricio 4 Spurinnæ, principe auctore, triumphalis ſtatua decreta eſt: non ita ut multis qui nunquam in acie ſteterunt, nunquam caſtra viderunt, nunquam denique tubarum ſonum, niſi in ſpectaculis, audierunt: verum ut illis qui decus iſtud ſudore & ſanguine & factis aſſequebantur. Nam 5 Spurinna 6 Bructerum regem vi & armis induxit in regnum: oſtentatoque bello, ferociſſimam gentem (quod eſt pulcherrimum victoriæ genus) terrore perdomuit. & hoc quidem virtutis præmium, illud ſolatium doloris accepit, quod filio ejus 7 Cottio, quem amiſit abſens, habitus eſt honor ſtatuæ. Rarum id in juvene: ſed pater hoc quoque merebatur, cujus graviſſimo vulneri magno aliquo fomento medendum fuit. Præterea 8 Cottius ipſe tam clarum ſpecimen indolis dederat, ut vita ejus brevis & anguſta debuerit hac veluti immortalitate 9 proferri. Nam tanta ei ſanctitas, gravitas, auctoritas etiam, ut poſſet ſenes illos provocare virtute, quibus nunc honore adæquatus eſt. Quo quidem honore, quantum ego interpretor, non modo defuncti memoriæ 10 & dolori patris, verum etiam exemplo proſpectum eſt. 11 acuent ad bonas artes juventutem: adoleſcentibus quoque 12 (digni ſint modo) tanta præmia conſtituta acuent principes viros ad liberos ſuſcipiendos, & gaudia ex ſuperſtitibus, & ex amiſſis tam glorioſa ſolatia. His ex cauſis ſtatua Cottii publice lætor, nec privatim minus. Amavi conſummatiſſimum juvenem tam ardenter quam nunc impatienter re-

1 In menſa *Lin.* Recte, cenſente *Grutero.* 2 Speciem *Bod.* 1. *Lin.* 3 Neſtricio & Neſtoricio *Vulg.* 4 Spurinæ *Bod.* 1. 2. *Lin.* 5 Spurina *Bod.* 1. *Lin.* 6 Pro *Bructerorum.* Iſti populi à *Ptolemæo* vocantur Βυκτέρεοι, à *Strabone* autem Βόρκτεροι. Perperam quidem, atque (ut *Cluverius* adnotat) utrobique reponendum Βρύκτεροι. 7 Coctio *Bod.* 1. 2. *Lin.* Et ſic infra. 8 Cotticus *Ald.* 9 *Perfrui* in *Codd.* nonnullis, obſervante *Cl. Min.* 10 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald.* 11 *Steph. ita legit & diſtinguit*; acuent ad bonas artes juventutem, adoleſcentibus quoque (digni ſint) modo præmia conſtituta: acuent principes, *&c.* 12 Ut digni *Bod.* 1. 2. *Lin.*

quiro.

quiro. Erit ergo pergratum mihi hanc effigiem ejus ſubinde intueri, ſubinde reſpicere, ſub hac conſiſtere, 1 præter hanc commeare. Etenim ſi defunctorum imagines domi poſitæ dolorem noſtrum levant, quanto magis eæ quibus in celeberrimo loco non modo ſpecies & vultus illorum, ſed honor etiam & gloria refertur? Vale.

VIII. C. PLINIUS CANINIO SUO S.

STudes? an piſcaris? an venaris? an ſimul omnia? poſſunt enim omnia ſimul fieri ad Larium noſtrum. nam lacus 2 piſcem, feras ſilvæ, quibus lacus cingitur, ſtudia altiſſimus iſte ſeceſſus 3 affatim" ſuggerunt. Sed ſive omnia ſimul, ſive aliquid facias, non poſſum dicere, invideo: angor tamen non & mihi licere quæ ſic concupiſco ut 4 ægri vinum, 5 balinea, fontes. Nunquamne hos arctiſſimos laqueos, ſi ſolvere negatur, abrumpam? Nunquam, puto. nam 6 veteribus negotiis nova accreſcunt, nec tamen priora peraguntur: tot nexibus, tot quaſi catenis majus in dies occupationum agmen 7 extenditur. Vale.

IX. C. PLINIUS 8 APOLLINARI SUO S.

ANxium me & inquietum habet petitio Sexti 9 Euritii mei. afficior cura: & quam pro me ſolicitudinem non adii, 10 quaſi" pro me altero patior: & alioquin meus pudor, mea exiſtimatio, mea dignitas in diſcrimen adducitur. Ego Sexto latum clavum à Cæſare noſtro, ego quæſturam impetravi: meo ſuffragio pervenit ad jus tribunatus petendi, quem niſi obtinet in ſenatu, vereor 11 ut" decepiſſe Cæſarem videar. Proinde adnitendum eſt mihi ut talem eum judicent omnes, qualem 12 eſſe princeps mihi credidit. Quæ cauſa ſi ſtudium meum non incitaret, adjutum tamen cuperem juvenem probiſſimum, graviſſimum, eruditiſſimum, omni denique laude digniſſimum, & quidem cum tota domo. Nam pater ejus

1 *Juxta* vel *apud* malit *Cl. Min.* 2 Piſces *Bod.* 2. 3 Deeſt *MS. Cl. Min.* 4 Æger *Lin.* 5 Balnea *Bod.* 1. 2. *Lin.* 6 In veteribus *Bod.* 1. 2. *Lin.* 7 Oſtenditur *Bod.* 1. 2. *Lin. Vulg.* 8 Apolinari *Bod.* 1. 9 Erutii *vel* Erucii *Lin. Ald. Vulg. & ita in ſeqq.* Truci *Bod.* 1. Enitii *Bod.* 2. 10 Deeſt *Bod.* 1. 11 Deeſt *Bod.* 1. *Ald.* Ne *Bod.* 2. Rectiùs quidem. Sed utrumque abeſſe poteſt. 12 Eum *Lin.* Eum eſſe *Bod.* 2.

1 Euritiu

1 Euritius Clarus, vir ſanctus, antiquus, diſertus, 2 atque" in agendis cauſis exercitatus, quas ſumma fide, pari conſtantia, nec verecundia minore defendit. Habet avunculum C. Septitium, quo nihil verius, nihil ſimplicius, nihil candidius, nihil fidelius novi. Omnes me certatim, & tamen æqualiter amant: omnibus nunc ego 3 in uno" referre gratiam poſſum. Itaque 4 prendo amicos, ſupplico, ambio domos, 5 ſtationeſque circumeo: 6 quantumque vel auctoritate vel gratia valeam, precibus experior. 7 Te quoque obſecro ut aliquam oneris mei partem ſuſcipere tanti putes. Reddam vicem, ſi repoſces: reddam & ſi non repoſces. Diligeris, coleris, frequentaris: oſtende modo velle te, nec deerunt qui quod tu velis cupiant.

X. C. PLINIUS OCTAVIO SUO S.

8 HOminem te patientem, vel potius durum ac pene crudelem, qui tam inſignes libros tamdiu teneas! Quouſque 9 &" tibi & nobis invidebis? tibi, maximam laudem? nobis, voluptatem. Sine per ora hominum ferantur, 10 iiſdemque quibus 11 lingua Romana ſpatiis pervagentur. magna etiam 12 longaque exſpectatio eſt: quam fruſtrari adhuc & differre non debes. Enotuerunt 13 quidam tui verſus, & invito te clauſtra tua 14 fregerunt: hos niſi 15 retrahes in corpus quandoque, ut errones, aliquem cujus dicantur, 16 invenient. 17 Habe ante oculos mortalitatem: à qua aſſerere te hoc uno monimento potes. nam cætera, fragilia & caduca, non minus quam ipſi homines, occidunt deſinuntque. Dices ut ſoles, Amici mei viderint. Opto equidem amicos tibi tam fideles, tam eruditos, 18 tam laborioſos, ut tantum curæ intentioniſque ſuſcipere & poſſint & velint: ſed diſpice ne ſit parum providum, ſperare ex aliis quod tibi ipſe non præſtes. Et de editione quidem interim, ut voles: recita ſaltem, quo magis libeat emittere: utque tandem percipias gaudium quod ego

1 Quidam legunt, *Euricius, clarus vir*, &c. Alii *Clarus* expungunt. *Aulus Gellius Erucium Clarum* præfectum urbi laudat. 2 Deeſt *Vulg.* 3 Deſunt *Lin.* 4 *Prenſo* vel *Prehenſo Lin. Pal.* quod probat *Gruter.* 5 Stationes circumeo *Lin.* Stat. circueo *Bod.* 2. 6 Quantumcunque *Lin.* 7 Teque obſ. *Bod.* 1. *Ald.* 8 *Nominem* legi vult *Catanæus.* Sed contra fidem *Codd. MSS.* & *Vett. Edit.* Hoc modo frequenter loquitur *Tullius*, ut alibi (Ep. 21. l. IV.) Auctor noſter. 9 Deeſt *Bod.* 2. 10 Iiſque quibus *Bod.* 2. Iis denique quibus *Steph.* 11 Signa *Vulg.* 12 Longa Exp. *Ald.* 13 Quidem *Bod.* 2. 14 Refregerunt *Bod.* 1. 2. *Lin. Steph.* 15 Retrahas *Bod.* 2. 16 Inveniant *Lin. Ald.* 17 Hebetinte oculos mortalitate *Bod.* 1 2. *Lin.* approbante Vallâ. 18 Deſunt *Bod.* 1.

olim pro te non temere præſumo. Imaginor enim qui concurſus, quæ admiratio te, qui clamor, quod etiam ſilentium maneat. quo ego, quum dico vel recito, non minus quam clamore delector: ſit modo ſilentium acre [1] & intentum" & cupidum ulteriora [2] audiendi. Hoc fructu tanto, tam parato, deſine ſtudia tua infinita iſta cunctatione fraudare: quæ quum modum excedit, verendum eſt ne inertiæ & deſidiæ vel etiam timiditatis nomen accipiat. Vale.

XI. C. PLIN. [3] ARRIANO SUO S.

SOlet eſſe gaudio tibi ſi quid [4] actum eſt in ſenatu dignum ordine illo. Quamvis enim quietis amore ſeceſſeris, inſidet tamen animo tuo majeſtatis publicæ cura. Accipe ergo quod per hos dies actum eſt perſonæ claritate famoſum, ſeveritate exempli ſalubre, rei magnitudine æternum. Marius Priſcus, accuſantibus Afris, quibus [5] proconſul præfuit, omiſſa defenſione judices petit. Ego & Cornelius Tacitus adeſſe provincialibus juſſi, exiſtimavimus fidei noſtræ convenire, notum ſenatui facere, exceſſiſſe Priſcum, immanitate & ſævitia, crimina quibus dari judices poſſent: quum ob innocentes condemnandos, interficiendos etiam, pecunias accepiſſet. Reſpondit Fronto Catius, deprecatuſque eſt, nequid ultrare petundarum legem quæreretur, omniaque actionis ſuæ vela [6] vir movendarum lacrymarum [7] peritiſſimus, quodam velut vento miſerationis, implevit. Magna contentio, magni utrinque clamores: aliis cognitionem ſenatus lege concluſam, aliis liberam ſolutamque dicentibus: [8] quantumque admiſiſſet reus, tantum vindicandum. Noviſſime conſul deſignatus Julius Ferox, vir rectus & ſanctus, Mario quidem judices interim cenſuit dandos: evocandos autem quibus diceretur innocentium pœnas vendidiſſe. Quæ ſententia non prævaluit modo, ſed omnino poſt tantas diſſentiones fuit ſola frequens: adnotatumque [9] eſt" experimentis, quod favor & miſericordia acres & vehementes primos impetus habent, paulatim conſilio & ratione, quaſi [10] reſtincta", conſidunt. Unde evenit ut quod multi clamore permixto tuentur, nemo tacentibus cæteris dicere velit. pateſcit enim, quum ſepararis à turba, contemplatio rerum quæ turba teguntur. Venerunt qui adeſſe erant

1 Deſunt *Lin.* 2 Videndi *Lin.* 3 Arrinio *Lin.* 4 Acti *Bod.* 1. *Lin.* 5 Pro Conſule *Bod.* 1. *Vulg.* 6 Viro *Lin.* 7 Peritiſſimo *Lin.* 8 Quantum adm. *Bod.* 1. 9 Deeſt *Bod.* 2. *Lin. Steph.* 10 Relicta *Vulg.*

juſſi,

juſſi, [1] Vitellius Honoratus, & Flavius Martianus, ex quibus Honoratus trecentis millibus exſilium equitis Romani ſeptemque amicorum ejus ultimam pœnam: Martianus unius equitis Romani ſeptingentis millibus plura ſupplicia arguebatur emiſſe. erat enim [2] fuſtibus cæſus, damnatus in metallum, ſtrangulatus in carcere. Sed Honoratum cognitioni ſenatus mors opportuna ſubtraxit: Martianus [3] introductus eſt abſente Priſco. Itaque [4] Tutius Cerealis conſularis jure ſenatorio poſtulavit ut Priſcus certior fieret: ſive quia miſerabiliorem, [5] ſive quia invidioſiorem" fore arbitrabatur, ſi præſens fuiſſet: ſive (quod maxime credo) quia æquiſſimum erat commune crimen ab utroque defendi: & ſi dilui non potuiſſet, in utroque puniri. Dilata res eſt in proximum ſenatum, cujus ipſe conſpectus auguſtiſſimus fuit. Princeps præſidebat (erat enim conſul) ad hoc Januarius menſis cum [6] propter" cætera, tum præcipue ſenatorum frequentia celeberrimus: præterea cauſæ amplitudo, auctaque dilatione exſpectatio & fama, inſitumque mortalibus ſtudium magna & inuſitata noſcendi, omnes undique exciverat. Imaginare quæ ſolicitudo nobis, qui metus, quibus ſuper tanta re in illo cœtu, præſente Cæſare, dicendum erat. Equidem in ſenatu non ſemel egi: quinimo nuſquam audiri benignius ſoleo: tunc me tamen, ut nova omnia novo metu permovebant. [7] Obverſabatur, præter illa quæ ſupra dixi, cauſæ difficultas: ſtabat modo conſularis, modo ſeptemvir epulonum, jam neutrum. Erat igitur perquam oneroſum accuſare damnatum: quem ut premebat atrocitas criminis, ita quaſi peractæ damnationis miſeratio tuebatur. Utcunque tamen animum cogitationemque collegi. [8] Cœpi dicere non minore audientium [9] aſſenſu quam ſolicitudine mea. Dixi horis pene quinque. nam [10] decem clepſydris, quas [11] ſpatioſiſſimas acceperam, ſunt additæ quatuor. adeo illa ipſa, quæ dura & adverſa dicturo videbantur, ſecunda dicenti fuerunt. Cæſar quidem mihi tantum ſtudium, tantam etiam curam (nimium eſt enim dicere ſolicitudinem) præſtitit, ut libertum meum, poſt me ſtantem, ſæpius admoneret, voci laterique conſulerem; quum me vehementius putaret [12] intendi quam gracilitas mea perpeti poſſet. Reſpondit mihi

1 Vitellus Hon. *Bod.* 2. Fabius Hon. *Vulg.* 2 Faſcibus *Bod.* 1. *Lin. Ald.* Sed *fuſtibus* eſt in frequentiori uſu. 3 Inductus *Bod.* 1. 2. *Lin. Cod. Pal.* teſte *Grut.* Et repetitur ab Auctore noſtro lib. v. Ep. 4. 4 *Futius Lin. Codd.* quid. *Titius* habent. minus rectè, ut obſervat *Grut.* 5 Deſunt *Lin.* 6 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin. Steph. Ald.* 7 Obſervabatur *Vulg.* Obverſabaturque *Lin.* 8 Ut cæpi *Lin.* 9 Conſenſu *Lin.* 10 Duodecim *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald.* Viginti *Vulg.* 11 Spatioſiſſimè *Bod.* 1. 2. *Lin.* Rectè ut putat *Cl. Min.* 12 Incendi *Lip. Vulg.* Sed nequaquam admittendum, ut cenſet *Grut.*

pro Martiano Claudius Marcellinus. Miſſus deinde ſenatus, & revocatus in poſterum [1] diem"; neque enim [2] jam" inchoari poterat actio, niſi [3] ut noctis interventu ſcinderetur. Poſtero [4] die" dixit pro Mario Salvius Liberalis, vir ſubtilis, diſpoſitus, acer, diſertus: in [5] illa vero cauſa omnes artes ſuas protulit. Reſpondit Cornelius Tacitus eloquentiſſime, &, quod eximium orationi [6] ejus" ineſt, σεμνῶς. Dixit pro Mario rurſus Fronto Catius inſigniter: utque jam locus ille poſcebat, plus in precibus temporis quam in defenſione conſumpſit. Hujus actionem veſpera incluſit: non tamen ſic ut abrumperet. itaque in tertium diem probationes exierunt. Jam hoc ipſum pulcrum & antiquum, ſenatum nocte [7] dimitti, triduo vocari, triduo contineri. Cornutus Tertullus Cos. deſignatus, vir egregius, & [8] pro" veritate firmiſſimus, cenſuit ſeptinginta millia quæ acceperat Marius, ærario inferenda: Mario urbe Italiaque interdicendum: Martiano hoc amplius, Africa. In fine ſententiæ adjecit, quod ego & Tacitus injuncta advocatione diligenter [9] fortiterque [10] functi" eſſemus, arbitrari ſenatum, ita nos feciſſe ut dignum mandatis partibus fuerit. Aſſenſerunt conſules [11] deſignati", omnes etiam conſulares, uſque ad Pompejum [12] Collegam: ille & ſeptinginta millia [13] quæ acceperat Marius", ærario inferenda, & Martianum in quinquennium relegandum: Marium repetundarum pœnæ, [14] quam jam paſſus eſſet", cenſuit relinquendum. Erant in utraque ſententia multi, fortaſſe etiam plures in hac vel ſolutiore vel molliore. nam quidam ex illis quoque, qui Cornuto videbantur aſſenſi, hunc, qui poſt ipſos cenſuerat, ſequebantur. Sed quum fieret [15] diſceſſio, qui ſellis conſulum aſtiterant, in Cornuti ſententiam ire cœperunt. tum illi, qui ſe Collegæ adnumerari patiebantur, in diverſum tranſierunt: Collega cum paucis relictus. multum poſtea de impulſoribus ſuis, præcipue de Regulo, queſtus eſt, qui ſe in ſententia, quam ipſe dictaverat, deſeruiſſet. Eſt alioqui Regulo tam mobile ingenium, ut plurimum audeat, plurimum timeat. Hinc finis cognitionis ampliſſimæ: ſupereſt tamen [16] λειτούργιον non leve, Hoſtilius [17] Firminus, legatus Marii Priſci, qui permiſtus cauſæ, graviter vehementerque vexatus eſt. Nam & rationi-

1 Deeſt *Bod.* 1. 2 *Lin. Steph. Ald.* 2 Deeſt *Vulg.* 3 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald.* 4 Deeſt *Ald.* 5 Ipſa *Lin.* 6 Deeſt *Bod.* 1. *Ald.* 7 *Dirimi* à quibuſd. legitur, ut innuit *Cl. Min.* 8 Deeſt *Bod.* 1. 9 Et fortiter *Bod.* 1. 2. 10 Deeſt *Lin.* 11 Deeſt *Vulg.* 12 Ita ſcribend. hic, & in ſeqq. non *collegam*: *Collega* enim eſt proprium nomen, prout inſinuat *Caſaub.* 13 Deſunt *Bod.* 1. 2. *Lin.* 14 Delenda ſunt iſta, cenſente *Petro Fabro* (ſemeſtr. l. 2. p. 249;) de crimine enim Senatus nondum pronuntiaverat. 15 Diſſenſio *Lin.* 16 Διλύργιον *Steph.* 17 Firmius *Lin.*

bus

bus Martiani & ſermone quem ille habuerat in ordine Leptitanorum, operam ſuam Priſco ad turpiſſimum miniſterium commodaſſe, ſtipulatuſque de Martiano quinquaginta millia [1] denarium probabatur: ipſe præterea accepiſſe [2] ſeſtertium decem [3] millia", fœdiſſimo quidem [4] titulo, nomine unguentarii, qui titulus à vita hominis compti ſemper & pumicati non abhorrebat. Placuit, cenſente Cornuto, referri de eo proximo ſenatu. tunc enim, caſu [5] incertum", an conſcientia, abfuerat. Habes res urbanas: invicem ruſticas ſcribe: quid arbuſculæ tuæ, quid vineæ, quid ſegetes agunt, quid oves delicatiſſimæ? In ſumma, niſi æque longam epiſtolam reddes, non eſt quod poſtea, niſi breviſſimam exſpectes. Vale.

XII. C. PLINIUS [6] ARRIANO SUO S.

Λειτούργιον illud quod ſupereſſe Marii Priſci cauſæ proxime ſcripſeram, neſcio an ſatis circumciſum, tamen & [7] abraſum eſt. [8] Firminus inductus in ſenatum, reſpondit crimini noto; ſequutæ ſunt diverſæ ſententiæ conſulum deſignatorum. Cornutus Tertullus cenſuit ordine movendum. Acutius Nerva, in ſortitione provinciæ rationem ejus non habendam. quæ ſententia, tanquam mitior, vicit, cum ſit alioqui durior triſtiorque. Quid enim miſerius quam [9] exectum & exemptum honoribus ſenatoriis, labore & moleſtia non carere? quid gravius quam tanta ignominia affectum, non in ſolitudine latere, ſed in hac altiſſima ſpecula conſpiciendum ſe monſtrandumque præbere? Præterea, quid publice minus aut congruens aut decorum, [10] quam" notatum à ſenatu in ſenatu ſedere? ipſiſque illis, à quibus ſit notatus, æquari? [11] ſummotum à proconſulatu, quia ſe in legatione turpiter geſſerat, de proconſulibus judicare? damnatumque ſordium, vel damnare alios vel abſolvere? ſed hoc pluribus [12] levius" viſum eſt. numerantur enim ſententiæ, non ponderantur, nec aliud in publico conſilio poteſt fieri, in quo nihil eſt tam inæquale, quam æqualitas ipſa. nam cum ſit impar prudentia, par omnium jus eſt. Implevi promiſſum, priorique epiſtolæ fidem exſolvi,

1 Denariorum: probabatur ipſe præterea, &c. ut putat *Scheffer.* 2 Seſtertia *Bod.* 1. 2. *Lin.* 3 Hanc vocem tollendam eſſe opinatur *Catan.* 4 Inducenda vox *titulo* (monente *Grut.*) reſcribendumque, *fœdiſſimo quidem unguentarii nomine: qui titulus &c.* 5 Deeſt *Ald.* 6 Arrinio *Lin.* 7 Adraſum *Ald.* 8 Firmus *Lin.* 9 Exactum *Steph. Vulg.* quod probat *Scheffer.*: ſed *Exutum* legi vult *Pet. Faber* (ſemeſtr. l. 2. p. 266.) 10 Deeſt *Bod.* 2. *Steph. Ald.* 11 Et ſummotum *Lin.* 12 Deeſt *Bod.* 2. *Lin. Steph. Ald.*

quam

quam ex ſpatio temporis jam recepiſſe te colligo. nam 1 & feſtinanti & diligenti tabellario dedi: niſi quid impedimenti in via paſſus eſt. Tuæ nunc 2 partes ut primum illam, deinde hanc 3 remunereris literis; quales iſtinc redire uberrimæ poſſunt. Vale.

XIII. C. PLINIUS PRISCO SUO S.

ET tu occaſiones obligandi me avidiſſime amplecteris, & ego nemini libentius debeo. Duabus ergo de cauſis à te potiſſimum petere conſtitui quod impetratum maxime cupio. Regis exercitum ampliſſimum: hinc tibi beneficiorum larga materia, longum præterea tempus, quo amicos tuos exornare potuiſti. Convertere ad noſtros, nec hos 4 quidem" multos. 5 Malles tu quidem multos", ſed meæ verecundiæ ſufficit unus aut alter, 6 ac potius unus. Is erit Voconius Romanus: pater 7 ei" in equeſtri gradu clarus, clarior vitricus, imo pater alius, nam 8 huic quoque nomine & pietate ſucceſſit. Mater è primis 9 ipſa" citerioris Hiſpaniæ. Scis quod judicium provinciæ illius, 10 ſcis" quanta ſit gravitas, 11 ipſe" flamen proxime fuit. Hunc ego, quum ſimul ſtuderemus, arcte familiariterque dilexi: ille meus in urbe, ille in ſeceſſu contubernalis: cum hoc ſeria, cum hoc jocos miſcui. Quid enim aut illo fidelius amico, aut ſodale jucundius? mira in ſermone, mira etiam in ore ipſo vultuque ſuavitas. Ad hoc ingenium 12 excelſum, ſubtile, dulce, facile, eruditum in cauſis agendis. Epiſtolas quidem ſcribit, ut Muſas ipſas Latine loqui credas. Amatur à me plurimum, nec tamen vincitur. Equidem juvenis ſtatim juveni quantum potui per ætatem avidiſſime contuli, & nuper ab optimo principe trium liberorum 13 ei" jus impetravi. quod quanquam parce & cum delectu daret, mihi tamen, 14 tanquam 15 eligeret, indulſit. Hæc beneficia mea tueri nullo modo melius, quam ut augeam, poſſum; præſertim cum ipſe illa tam grate interpretetur, ut dum priora accipit, poſteriora mereatur. Habes qualis, quam probatus caruſque ſit no-

1 Deeſt *Lin.* 2 Partes ſunt *Bod.* 2. 3 Remuneres *Lin.* 4 Deeſt *Steph. Ald.* 5 Deſunt *Lin.* 6 Sed *Bod.* 2. 7 Plinii *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald.* 8 Hanc lectionem vulgo receptam primus intulit *Aldus.* Sed pro *huic* habet *hujus*, quomodo etiam legit *Bod.* 1. *Gruter.* ex *Cod. Pal.* emendat.: *Huic quoque nomini pietate &c.* Non deſunt qui legendum eſſe conjiciunt: *Huic quoque nomine matris pietate ſucceſſit.* 9 Deeſt *Steph. Vulg.* Ipſe *Ald.* & punctum ponit immediate poſt *mater*, non poſt *ſucceſſit.* 10 Deeſt *Bod.* 1. 2. 11 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald.* 12 Excuſſum *Vulg.* Sed non ita recte. 13 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald.* 14 Antequam *Lin.* 15 Liceret *Vulg.*

bis.

bis. Quem rogo pro ingenio, pro fortuna tua exornes. in primis ama hominem. nam licet tribuas ei quantum ampliſſimum potes, nihil tamen amplius potes amicitia tua: cujus eſſe eum uſque in intimam familiaritatem capacem, quo magis ſcires, breviter tibi ſtudia, mores, omnem denique vitam ejus expreſſi. Extenderem preces, niſi & tu rogari diu nolles, & ego tota hac epiſtola feciſſem. Rogat enim & quidem efficaciſſime, qui reddit cauſas rogandi. Vale.

XIV. C. PLINIUS MAXIMO SUO S.

VErum opinaris: diſtringor centumviralibus cauſis, quæ me exercent magis quam delectant. ſunt enim pleræque parvæ & [1] exiles. raro incidit vel perſonarum claritate vel negotii magnitudine inſignis. Ad hoc, perpauci cum quibus [2] juvet dicere: cæteri audaces, atque etiam magna ex parte adoleſcentuli obſcuri [3] ad declamandum huc tranſeunt, tam irreverenter & temere, ut mihi Attilius noſter expreſſe dixiſſe videatur, *ſic in foro pueros à centumviralibus cauſis auſpicari, ut ab Homero in ſcholis.* Nam hic quoque, ut illic, primum cœpit eſſe quod maximum eſt. At hercule ante memoriam meam, (majores natu ita [4] ſolebant dicere) ne nobiliſſimis quidem [5] adoleſcentibus locus erat, niſi aliquo conſulari producente: tanta veneratione pulcherrimum opus [6] colebatur. Nunc, refractis pudoris & reverentiæ clauſtris, omnia patent omnibus: nec inducuntur, ſed irrumpunt. ſequuntur auditores [7] actoribus ſimiles, conducti & redempti mancipes: [8] convenitur in media baſilica, ubi tam palam ſportulæ quam in triclinio dantur. Ex judicio in judicium pari mercede tranſitur. Inde jam non inurbane σοφοκλεῖς [9] vocantur: iiſdem Latinum nomen impoſitum eſt [10] *laudicæni*: & tamen creſcit in dies fœditas utraque lingua notata. Heri duo nomenclatores mei, (habent ſane ætatem eorum qui nuper togas ſumpſerunt,) ternis denariis ad laudandum trahebantur. tanti conſtat ut ſis [11] diſertiſſimus. Hoc pretio quam libet numeroſa ſubſellia implentur:

1 Haud deſunt qui legunt *ex illis*. 2 Juvat *Bod.* 1. 2. *Lin. Steph. Ald.* 3 *A Declamando* legendum eſſe hariolatur *Gronovius*. 4 Solent *Cod. Pal.* quod probat *Gruter.* 5 Adoleſcentulis *Cod. Vet.* teſte *Cl. Min.* 6 Celebrabatur *Lin. Ald. Steph.* 7 Auctoribus *Vulg.* 8 Vetus Editio omnis: *Convenitur à conductis & redemptis. In media Baſilica tam*, &c. primuſque *Aldus*, contra fidem Manuſcriptorum, adjecit *ubi*, aliterque diſtinxit. 9 Vocantur, ἀπὸ τῆ σοφὸς καλεῖσθαι *Bod.* 1. *Ald.* quæ ex Margine in Textum, ſcribæ ignorantiâ, irrepſiſſe videntur. 10 Aliter ſcribitur *Laudiceni*, quod *Voſſius* (in Etymolog. ad voc. *Lautumiæ*) pro *Laodiceni* dictum fuiſſe notat, ut alludatur ad *laudem*. 11 Diſertus *Bod.* 2.

implentur: hoc ingens corona colligitur: hoc infiniti clamores commoventur, quum 1 μισόχορος dedit 2 signum. Opus est enim signo apud non intelligentes, ne audientes quidem. nam plerique non audiunt, nec ulli magis laudant. Si quando 3 transibis per basilicam, & voles scire quomodo quisque dicat, nihil est quod tribunal ascendas, nihil quod præbeas aurem: facilis divinatio. Scito eum pessime dicere qui laudabitur maxime. Primus hunc audiendi morem induxit 4 Largius Licinius: hactenus tamen ut auditores corrogaret. Ita certe ex Quintiliano, præceptore meo, audisse memini. narrabat ille, Affectabar Domitium Afrum, quum apud centumviros diceret graviter & lente, (hoc 5 enim illi actionis genus erat,) audiit ex proximo immodicum insolitumque clamorem: admiratus reticuit. 6 ubi silentium factum est, 7 repetit, quod abruperat: iterum clamor, iterum reticuit: & post silentium, cœpit idem tertio. Noviſſime, quis diceret, quæsivit: responsum est, 8 Licinius. Tum intermissa causa, Centumviri, inquit, hoc artificium 9 periit. Quod alioqui perire incipiebat, quum periisse Afro videretur, nunc vero prope funditus exstinctum & eversum est. Pudet referre, quæ quam fracta pronuntiatione dicantur: quibus quam teneris clamoribus excipiantur. Plausus tantum, ac 10 potius sola cymbala: & tympana illis canticis desunt. 11 ululatus quidem (neque enim alio vocabulo potest exprimi) theatris quoque indecora laudatio, large supersunt. Nos tamen adhuc & utilitas amicorum & ratio ætatis moratur ac retinet. Verebamur enim ne forte non has indignitates reliquisse, sed laborem 12 refugisse videamur. Sumus tamen solito rariores: quod initium est gradatim desinendi. Vale.

1 Docti nonnulli hanc vocem suspiciunt; sed immeritò inquit *Steph.* 2 Hoc sign. *Lin.* 3 Transieris *Lin.* 4 *Lercius Bod.* 1. 2. *Ald.* Quidam legunt *Titus Lartius. Plinius* Major *Lartium Licinium* vocat; quæ procul dubio est vera lectio: convenit enim cum ista veteri quidem (sed suspectâ) inscriptione apud *Grut.* pag. 180.

LARTIVS. LICINIVS
CVM. GVBERNASSET. HISPAN.
HVNC. AQVÆDUCTVM.
IVSSIT. ÆDIFICARE.

5 Deest *Lin.* 6 Ubi sibi *Bod.* 1 7 Quidam legunt *repetiit.* 8 Licentius *Bod.* 1. *Lin.* 9 Perit *Bod.* 2 *Lin.* 10 Deest *Lin.* Et recte, opinante *Grut.* 11 *Gruterius* sic hunc locum distinguit: *Ululatus quidem (neque enim alio vocabulo potest exprimi, theatris quoque indecora laudatio) large supersunt.* 12 Fugisse *Bod.* 1. 2. *Lin. Steph. Ald.*

XV. C. PLINIUS VALERIANO SUO S.

QUo modo te veteres Marſi tui? quo modo emptio nova? placent agri, poſtquam tui facti ſunt? Rarum id quidem. [2] nihil enim æque gratum eſt adeptis quam concupiſcentibus. Me prædia [3] materna parum commode tractant: delectant tamen, ut materna. [4] alioqui longa patientia [5] occallui. Habent hunc finem aſſiduæ querelæ, quod queri pudet. Vale.

XVI. C. PLINIUS ANNIANO SUO S.

TU quidem pro cætera tua diligentia admones me, codicillos [7] Aciliani, qui me ex parte inſtituit hæredem, pro non ſcriptis habendos: quia non ſint confirmati teſtamento. Quod jus ne mihi quidem ignotum eſt, quum ſit [8] iis etiam notum qui nihil aliud ſciunt: ſed ego [9] propriam quandam legem mihi dixi, ut defunctorum voluntates, etiamſi [10] jure deficerentur, quaſi perfectas tuerer. Conſtat [11] autem, codicillos iſtos Aciliani manu ſcriptos. Licet ergo non ſint confirmati teſtamento, à me tamen ut confirmati obſervabuntur: præſertim quum delatori locus non ſit. Nam ſi verendum eſſet ne quod ego dediſſem populus eriperet, cunctatior fortaſſe & cautior eſſe deberem: cum vero liceat hæredi donare quod in hæreditate ſubſedit, nihil eſt quod obſtet illi meæ legi, cui publicæ leges non repugnant. Vale.

1 Valerio *Bod.* 1. 2. *Steph. Ald.* 2 Nihil tamen uſque ad me ademptis, quàm concupiſcentibus *Vulg. neſcio quo ſenſu.* Nihil æque gratum acceptis, quàm concupiſcentibus *Lin.* & *Cod. Vet.* Teſte *Cl. Min. Scheffero* legi vult: *Nihil tam gratum eſt, &c.* Putat enim irrepſiſſe vocabulum *aque* per gloſſam, qua quis illud *tam* expoſuerat. Ita factum eſſe *tam aque.* Quod cum alius ineptum videret, ſuſpicatus eſt, illud *tam* eſſe compendium *tñ tamen.* 3 Paterna *Vulg.* 4 Et Alioqui *Bod.* 1. 2. 5 Obcallui aliis *Lin.* Et ſic *Cod. MS.* alius, à *Grutero* memoratus. 6 Amrio *Bod.* 1. Ariano *Bod.* 2. Annio *Ald.* 7 Actilliani *Bod.* 2. Attilliani *Lin.* 8 His *Lin.* 9 Proximam *Vulg.* nec inconvenienter inquit *Catan.* 10 Jure deficerent *Bod.* 1. 2. *Lin. Pal.* Jura deficerent *Vulg.* 11 Enim *Bod.* 1.

XVII. C. PLINUS GALLO SUO S.

MIraris cur me Laurentinum, vel (ſi ita mavis) Laurens meum tantopere delectet? Deſines mirari quum cognoveris gratiam villæ, opportunitatem loci, littoris ſpatium. Decem & ſeptem millibus paſſuum ab urbe ſeceſſit: ut peractis quæ agenda fuerint, [1] ſalvo jam & compoſito die poſſis ibi manere. Aditur non una via. nam & Laurentina & [2] Oſtienſis eodem ferunt, ſed Laurentina à quartodecimo lapide, Oſtienſis ab undecimo relinquenda eſt. [3] Utrinque excipit iter aliqua ex parte arenoſum, [4] jumentis paulo gravius & longius, equo breve & molle. Varia hinc atque inde facies. nam modo occurrentibus ſilvis via coarctatur, modo latiſſimis pratis diffunditur & pateſcit. multi greges ovium, multa ibi equorum boumque armenta: quæ, montibus hyeme depulſa, herbis & [5] tepore verno nitescunt. Villa uſibus capax, non ſumptuoſa tutela. cujus in prima parte atrium frugi, nec tamen ſordidum: deinde porticus in [6] O literæ ſimilitudinem circumactæ: quibus parvula, ſed feſtiva, area includitur. egregium [7] hæ adverſum tempeſtates receptaculum. nam ſpecularibus ac multo magis imminentibus tectis muniuntur. Eſt contra [8] medias [9] cavædium hilare: mox triclinium ſatis pulcrum, quod in litus excurrit: ac ſi quando Africo mare impulſum eſt, fractis jam, & noviſſimis fluctibus leviter alluitur. Undique valvas, [10] aut feneſtras non minores valvis habet: atque [11] ita" à lateribus [12] &" à fronte quaſi tria maria proſpectat. à tergo cavædium, porticum, aream: porticum rurſus, mox atrium, ſilvas & longinquos reſpicit montes. Hujus à læva retractius paulo cubiculum eſt amplum: deinde aliud [13] non" minus, quod altera feneſtra [14] admittit orientem, occidentem altera retinet. Hæc & ſubjacens mare longius quidem, ſed ſecurius intuetur. Hujus cubiculi & triclinii illius objectu [15] includitur angulus, qui puriſſimum ſolem continet

1 Ex conjecturâ *Buchneri* legend. *ſoluto* vel *abſoluto jam & compoſito*. Vel ſi *ſalvo* retineatur, ita corrigend. *Ut peractis quæ peragenda ſalvo; jam compoſito die poſſis ibi manere*. Sed fruſtra ſudat his *Buchnerus*, cum *ſalvo & compoſito die* nihil ſit aliud, quàm omni penſo diei confecto. 2 Hoſtienſis *Bod.* 1. 2. *Lin.* 3 Utramque *Bod.* 2. 4 Junctis *Bod.* 1. *Lin. Pal.* Rectiùs forſan. 5 Tempore *Bod.* 1. *Lin.* 6 Δ *Bod.* 1. (ſed in margine *S* legitur) *Vulg.* 7 Hæc *Bod.* 2. *Steph. Ald.* Deeſt *Lin.*. 8 Meſaulas *Vulg.* Et quidem pro mente *Vitruvii*. Vid. *Vitruv.* l. VI. c. 10. 9 *Vitruvius* & *Varro* disjunctim protulere, *cavædium* appellantes. 10 Atque *Lin.* 11 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Ald.* 12 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin. Steph. Ald.* 13 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald. Steph.* 14 *Amittit.* legit *Schoff.* 15 Intercluditur *Bod.* 1.

&

& accendit. Hoc hybernaculum, hoc etiam gymnaſium meorum eſt. Ibi omnes ſilent venti, exceptis qui nubilum inducunt, & ſerenum antequam uſum loci eripiunt. Adnectitur angulo cubiculum in 1 apſida curvatum, quod ambitum ſolis feneſtris omnibus ſequitur. Parieti ejus in bibliothecæ ſpeciem armarium inſertum eſt, quod non legendos libros, ſed lectitandos capit. Adhæret dormitorium membrum, tranſitu interjacente, 2 qui ſuſpenſus & tabulatus conceptum vaporem ſalubri temperamento huc 3 illucque digerit & miniſtrat. Reliqua pars lateris hujus ſervorum libertorumque 4 uſibus detinetur, pleriſque tam mundis ut accipere hoſpites poſſint. 5 Ex alio latere cubiculum eſt politiſſimum, deinde vel cubiculum grande, vel modica cœnatio, quæ plurimo ſole, plurimo mari lucet. Poſt hanc cubiculum cum 6 procœtone, altitudine æſtivum, 7 munimentis hybernum. eſt enim ſubductum omnibus ventis. huic cubiculo aliud & 8 procœton communi pariete junguntur. Inde balinei cella frigidaria ſpatioſa & effuſa, cujus in contrariis parietibus duo baptiſteria velut ejecta ſinuantur 9 abunde capacia, ſi innare in proximo cogites. Adjacet unctuarium 10 hypocauſton : adjacet 11 propnigeon balinei : mox duæ cellæ magis elegantes quam ſumptuoſæ. cohæret calida piſcina mirifice, ex qua natantes mare aſpiciunt. Nec procul ſphæriſterium, quod calidiſſimo ſoli inclinato jam die occurrit. 12 Hinc turris erigitur, ſub qua 13 diætæ duæ. totidem in ipſa. præterea cœnatio quæ latiſſimum mare, longiſſimum littus, amœniſſimas villas proſpicit. Eſt & alia turris : in hac cubiculum, in quo ſol naſcitur conditurque : lata poſt apotheca & horreum. Sub hoc triclinium, quod turbati maris non niſi fragorem & ſonum patitur, eumque jam languidum 14 ac deſinentem. hortum & geſtationem videt

1 Aſpida *Bod.* 1. 2. *Lin.* 2 Quod ſuſpenſum & tabulatum *Vulg.* Qui ſuſpenſus & ſublatus *Lin.* Qui ſuſp. & ſubulatus *Bod.* 1. *Weſtm.* Quomodo item legit *Jac. à Cruce Bononienſis.* Per *tranſitum* autem *ſubulatum* locum putat ſignari, qui quaſi per tubos ac fiſtulas veluti tibicen ſufflabat, & ita vaporem diffundebat. Hinc *Scheffer.* legit *tubulatus.* Et *Modius ſublicis*, quia in quod. MS. *ſuſpenſus ſubditis* viderat. 3 Illuc digerit *Ald. Steph.* 4 *Buchner. Manſibus* aut *manſionibus* legi vult. Vel ſi lectio vulgata ſervetur, tum hunc locum ita legend. putat : *ſervor. libertorumque uſibus detinetur pleriſque ætis, (vel membris) tam mundis, ut accipere hoſpites poſſint.* Sed inanis hæc conjectura ut opinatur *Gronovius.* Subaudi enim *exiſtentibus* poſt *mundis*, & nihil erit difficultatis. 5 Et ex *Bod.* 1. 2. 6 Proceriore *Bod.* 1. 2. *Pal.* Poceſtrio *Vulg.* *Varro* voce *procœton* utitur. 7 Munimento *Bod.* 2. 8 Proceriori *Bod.* 2. *Vulg. Pal.* Proceriori & communi *Lin.* 9 *Cod. Pal.* Teſte *Grut.* ita diſtinguit : *abunde capacia. Si innare in proximo cogites, adjacet.* 10 Immo hypocauſton *Vulg.* 11 Propigneon *Bod.* 1. 2. Et ita etiam in quibuſd. Editionibus *Vitruvii* legitur. Sed vox *propnigeon Suida* eſt magis conſentanea. 12 Hic *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald.* 13 Zetæ *Bod.* 2. *Lin. Weſtm. Pal. Vulg.* 14 Et *Bod.* 1.

qua hortus includitur. geſtatio buxo aut rore marino, ubi deficit buxus, ambitur. nam buxus qua parte defenditur tectis, abunde viret, aperto cœlo apertoque vento, &, quanquam longinqua aſpergine maris, inareſcit. Adjacet geſtationi interiore circuitu 1 vinea tenera & umbroſa, nudiſque etiam pedibus mollis & cedens. Hortum morus & ficus frequens veſtit: quarum arborum illa vel maxime ferax eſt terra, malignior cæteris. hac non deteriore quam maris facie cœnatio remota à mari fruitur. Cingitur 2 diætis duabus à tergo, quarum feneſtris ſubjacet veſtibulum villæ, & hortus alius, 3 pinguis & ruſticus. Hinc cryptoporticus prope publici operis 4 inſtar" extenditur, utrinque feneſtræ, à mari plures, ab horto ſingulæ, & 5 altius pauciores, hæ, quum ſerenus dies & immotus, omnes, quum hinc vel inde ventus inquietus, qua venti quieſcunt, ſine injuria patent. Ante cryptoporticum xyſtus violis odoratus. teporem ſolis infuſi repercuſſu cryptoporticus auget, quæ ut tenet ſolem, ſic aquilonem inhibet ſubmovetque: quantumque caloris ante, tantum retro frigoris. ſimiliter Africum ſiſtit, atque ita diverſiſſimos ventos alium alio 6 à" latere frangit & finit. Hæc jucunditas ejus hyeme 7 minor", major æſtate. nam ante meridiem, xyſtum; poſt meridiem, geſtationes hortique proximam partem umbra 8 ſua" temperat: quæ, ut dies crevit decrevitque, modo brevior, modo longior hac vel illac cadit. Ipſa vero cryptoporticus tunc maxime caret ſole, quum ardentiſſimus culmini ejus inſiſtit. Ad hoc patentibus feneſtris 9 favonios accipit tranſmittitque: nec unquam aëre pigro & manente ingraveſcit. In capite xyſti deinceps cryptoporticus, horti 10 diæta eſt, amores mei, re vera amores; ipſe poſui. In hac heliocaminus quidem, alia xyſtum, alia mare, utraque 11 ſolem, cubiculum autem valvis, cryptoporticum feneſtra 12 proſpicit. Qua mare contra parietem medium, 13 diæta perquam elegantèr recedit: quæ ſpecularibus & velis obductis 14 reductiſque modo 15 adjicitur cubiculo 16 meo", modo aufertur. Lectum & 17 duas cathedras capit: à pedibus mare, à tergo vil-

1 *Vinca* in prima *Aldi* Edit. & ſatis convenienter. 2 Zetis *Lin. Pal.* 3 Pinguior *Bod.* 1. 2. *Pal.* 4 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin. Pal. Weſtm.* 5 Alterius *Vulg.* 6 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin.* 7 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald. Steph.* 8 Deeſt *Bod.* 1. 2. 9 Favonium *Bod.* 1. 2. 10 Zeta *Lin. Pal. Vulg.* 11 Soles *Lin. MS. Cl. Min* 12 Recipit *Bod.* 1. *Vulg.* 13 Zeta *Lin. Vulg.* Ypotheca *Bod.* 2. Zotheca *Bod.* 1. *Weſtm.* Et *Zotheca* utitur (eodem ſenſu quo *Plinius,*) *Apol. Sodonius* Lib VIII. Ep. 16. & L. IX. Ep. 11. qui procul dubio ab Auctore noſtro mutuatus eſt. Extatque præterea in Inſcriptione quadam *Reatinâ*, (præter illam *Tiburtinam* quam *Savaro* protulit) à *Sirmondo* editâ. 14 Deductiſve *Bod.* 2. *Steph.* 15 Adicitur *Bod.* 1. *Lin.* 16 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald. Steph.* 17 In *Cod. Pal.* (teſte *Grut.*) in contextu *denas* habetur, *duas* verò intra lineas adjicitur.

læ,

læ, à capite ſilvæ: [1] tot facies locorum totidem feneſtris & diſtinguit & [2] miſcet. Junctum eſt cubiculum noctis & [3] ſomni. non illud voces ſervulorum, non maris [4] murmur, non tempeſtatum motus, non fulgurum lumen, ac ne diem quidem ſentit, niſi feneſtris apertis. Tam alti abditique ſecreti illa ratio, quod interjacens andron parietem cubiculi hortique diſtinguit, atque ita omnem ſonum media inanitate conſumit. Applicitum eſt cubiculo hypocauſtum perexiguum, [5] quod anguſta feneſtra ſuppoſitum calorem, ut ratio exigit, aut effundit aut retinet. [6] Procœton inde & cubiculum porrigitur in ſolem: quem orientem ſtatim, exceptum ultra meridiem, obliquum quidem, ſed tamen ſervat. In hanc [7] ego diætam quum me recipio, abeſſe [8] mihi etiam à villa mea videor. magnamque ejus voluptatem [9] præcipue Saturnalibus capio, quum reliqua pars tecti licentia dierum feſtiſque clamoribus perſonat. nam nec ipſe meorum luſibus, nec [10] illi ſtudiis meis obſtrepunt. [11] Hæc utilitas, hæc amœnitas [12] deficitur aqua ſalienti; ſed puteos, ac potius fontes, habet: ſunt enim in ſummo: & omnino littoris illius mira natura: quocunque loco moveris humum, obvius & paratus humor occurrit, iſque ſincerus, ac ne leviter quidem tanta maris vicinitate [13] ſalſus. Suggerunt affatim ligna proximæ ſilvæ: cæteras copias Oſtienſis colonia miniſtrat. [14] Frugi quidem homini ſufficit etiam vicus, quem una villa diſcernit: in hoc balinea [15] meritoria tria. Magna commoditas, ſi forte balineum [16] domi vel ſubitus adventus, vel brevior mora calefacere [17] diſſuadeat. Littus ornant varietate gratiſſima, nunc continua, nunc intermiſſa tecta villarum, quæ præſtant multarum urbium faciem, ſive ipſo mari, ſive ipſo littore utare, quod nonnunquam longa tranquillitas mollit, ſæpius frequens & contrarius fluctus indurat. Mare non ſane pretioſis piſcibus abundat: ſoleas tamen & ſquillas optimas [18] ſuggerit. Villa vero noſtra etiam mediterraneas copias præſtat, lac in primis. nam illic è paſcuis pecora conveniunt, ſi quando aquam [19] umbramque ſectantur. Juſtiſne de cauſis eum tibi videor incolere, inhabitare, diligere ſeceſſum? quem tu nimis urbanus es niſi concupiſcis: atque [20] utinam concupiſcas, ut tot

1 Quot *Bod.* 2. 2 Emiſcet *Lin.* 3 Somnii *Bod.* 2. 4 Fremitum *Vulg.* 5 Et quod *Bod.* 2. 6 Procerum *Lin.* Proceſtrium *Vulg.* 7 Ergo zetam *Lin.* Ego zetam *Vulg.* 8 Me *Lin.* 9 Ecce Saturnalibus præcipue capio *Bod.* 1. 2. *Pal. Ald.* 10 Ulli *Lin.* 11 Nec ut. nec am. *Vulg.* 12 Deficit *Bod.* 1. *Lin. Vulg.* 13 Corruptus *Bod.* 1. 2. *Lin. Vulg.* 14 *Schef.* ſic diſtinguit: *Frugi quidem homini ſufficit. Etiam vicus, quem una villa diſcernit. In hoc &c.* 15 Vet habet *interiora* inquit *Cl. Min.* 16 Domini *Bod.* 2. 17 Diſſuadet *Bod.* 2. 18 Egerit *Bod.* 2. *Lin. Ald. Vulg.* 19 Umbramve *Bod.* 2. *Lin. Ald. Steph.* 20 Utinam etiam *Lin.*

tantiſque

tantiſque dotibus villulæ noſtræ maxima commendatio ex tuo contubernio accedat. Vale.

XVIII. C. PLINIUS [1]MAURICO SUO S.

QUid à te jucundius mihi potuit injungi, quam ut præceptorem fratris tui liberis quærerem? [2] Nam beneficio tuo in ſchola redeo: [3] illam dulciſſimam ætatem quaſi reſumo. ſedeo inter juvenes, ut ſolebam: atque etiam experior quantum apud illos auctoritatis [4] ex ſtudiis habeam. Nam proxime frequenti auditorio inter ſe coram [5] multi ordinis noſtri clare [6] loquebantur: intravi, conticuerunt. Quod non referrem niſi ad illorum magis laudem quam [7] ad meam pertineret: ac niſi [8] ſperare te vellem, poſſe fratris tui filios probe diſcere. Quod ſupereſt, quum omnes qui profitentur audiero, quid de [9] illis quoque ſentiam, ſcribam: efficiamque, quantum [10] tamen epiſtola conſequi potero, ut ipſe omnes audiſſe videaris. Debeo enim tibi, debeo memoriæ fratris tui hanc fidem, hoc ſtudium, præſertim ſuper tanta re. Nam quid magis intereſt veſtra, quam ut liberi ([11] dicerem tui, niſi nunc illos magis amares) [12] digni illo patre, [13] te patruo reperiantur? Quam curam [14] mihi etiam ſi non mandaſſes, vindicaſſem. Nec ignoro ſuſcipiendas offenſas in eligendo præceptore: ſed oportet me non modo offenſas, verum etiam ſimultates pro fratris tui filiis tam æquo animo ſubire quam parentes pro ſuis. Vale.

XIX. C. PLINIUS CEREALI SUO S.

HOrtaris ut orationem amicis pluribus recitem. faciam, [15] quia hortaris: quamvis vehementer addubitem. neque enim me præterit, actiones quæ [16] recitantur, impetum omnem [17] caloremque ac prope nomen ſuum perdere, ut quas [18] ſoleant commendare ſimul & accendere judicum conſeſſus, celebritas advocatorum, exſpectatio eventus, fama non unius actoris, deductumque in partes audientium ſtudium: ad hoc,

1 Marcio *Bod.* 1. 2. Murcio *Ald. Mario* item legitur teſte *Catan.* 2 Nam & *Lin.* 3 Et illam *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald. Steph.* 4 E *Bod.* 2. 5 Multis *Bod.* 2. *Vulg.* 6 Jocabantur *Bod.* 1. 2. *Lin. Weſtm. Pal. Vulg.* 7 Deeſt *Bod.* 2. 8 Sperari vellem *Bod.* 1. 9 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin. Pal. Ald.* 10 Deeſt *Lin.* 11 Dicerentur *Bod.* 1. Qui dicerentur *Bod.* 2. 12 Et digni *Bod.* 1. 2. *Lin.* 13 Et te *Bod.* 2. 14 Etſi mihi non *Lin.* 15 Quod *Vulg.* 16 Recitentur *Lin. Ald.* 17 Calorem ac *Lin.* 18 Solet *Bod.* 1. 2.

dicentis

dicentis geſtus, inceſſus, diſcurſus etiam, omnibuſque motibus animi conſentaneus vigor corporis. unde accidit, ut 1 hi qui ſedentes agunt, quamvis illis maxima ex parte ſuperſint eadem illa quæ ſtantibus, tamen hoc quod ſedent, quaſi debilitentur & deprimantur. Recitantium vero præcipua pronuntiationis adjumenta, oculi, manus præpediuntur: quo minus mirum eſt ſi auditorum 2 intentio langueſcit, nullis extrinſecus aut 3 blandimentis capta aut aculeis excitata. His accedit quod oratio de qua loquor, pugnax & contentioſa eſt. Porro ita natura comparatum eſt, ut ea quæ ſcripſimus cum labore, etiam cum labore audiri putemus. Et ſane quotuſquiſque tam rectus auditor, quem non potius dulcia hæc & ſonantia, quam auſtera & preſſa, delectent? Eſt quidem omnino turpis iſta diſcordia; eſt tamen, 4 quod plerunque evenit, ut 5 aliud auditores", aliud judices exigant: 6 quum alioqui præcipue auditor iis affici debeat, quibus idem, ſi foret judex, maxime permoveretur. Poteſt tamen fieri, ut quanquam in his difficultatibus libro iſti novitas lenocinetur, novitas apud noſtros: apud Græcos enim eſt quiddam 7 quamvis" ex diverſo, non tamen omnino diſſimile. Nam ut illis erat moris, leges, quas ut contrarias prioribus legibus arguebant, aliarum collatione convincere, ita nobis 8 meſſe repetundarum 9 lege quod poſtularemus, cum hac ipſa lege, tum aliis colligendum fuit. quod nequaquam blandum auribus imperatorum, tanto majorem apud doctos habere gratiam debet, quanto minorem apud indoctos habet. Nos autem, ſi placuerit recitare, adhibituri ſumus eruditiſſimum quemque; ſed plane adhuc an ſit recitandum, examina tecum, omneſque quos ego 10 novi in 11 utraque parte calculos pone: idque elige in quo vicerit ratio; à te enim ratio exigetur, nos excuſabit obſequium. Vale.

1 Ii *Bod. 1. Lin.* 2 Attentio relangueſcit *Bod. 2.* Int. relangueſcit *Bod. 1. Lin.* 3 Blandiciis *Bod. 1.* 4 Quia *Vulg.* Quæ *Ald.* 5 Deſunt *Bod. 1.* 6 Aliuſque aliis præcipue auditor affici debeat *Bod. 2.* Quum a. p. 2. affici debeat *Bod. 1. Lin. Ald.* 7 Deeſt *Lin.* 8 Eſſe *Bod. 1. 2. Lin. Ald.* Omnino recte, ut vult *Scheff.* 9 Legi *Bod. 1. 2. Lin. Ald.* 10 Movi *Bod. 1. 2. Pal. Ald.* Et ſic legit *Caſaub.* 11 Utramque partem *Bod. 1.*

XX. C. PLINIUS [1]CALVISIO SUO S.

ASsem para, [2] &" accipe auream fabulam: fabulas immo, nam [3] me" priorum nova admonuit: nec refert à [4] qua potiſſimum incipiam. Verania Piſonis graviter jacebat. (hujus dico Piſonis quem Galba adoptavit) ad hanc Regulus venit. Primum impudentiam hominis, qui venerit ad ægram, cujus marito inimiciſſimus, ipſi inviſiſſimus fuerat. Eſto, ſi venit tantum: at ille etiam proximus thoro ſedit: quo die, qua hora nata eſſet, interrogavit. ubi audivit, componit vultum, intendit oculos, movet labra, agitat digitos, computat [5] nihil", [6] niſi ut" diu miſeram exſpectatione [7] ſuſpendat. *Habes* (inquit) *climactericum tempus, ſed evades. quod ut tibi magis liqueat, aruſpicem conſulam, quem ſum* [8] *frequenter expertus.* Nec mora: ſacrificium facit, affirmat exta cum ſignificatione congruere. Illa, ut in periculo credula, poſcit codicillos. legatum Regulo ſcribit, [9] mox ingraveſcit, clamat moriens, O *hominem nequam, perfidum, ac plus etiam quam perjurum: qui ſibi per ſalutem filii pejeraſſet.* Facit hoc Regulus non minus ſcelerate quam frequenter, quod iram deorum, quos ipſe quotidie fallit, in caput infelicis pueri deteſtatur. Vellejus Blæſus, ille locuples conſularis, noviſſima valetudine conflictabatur: cupiebat mutare teſtamentum. Regulus, qui ſperaret aliquid ex novis tabulis, quia nuper captare eum cœperat, medicos hortari, rogare quoquo modo ſpiritum homini prorogarent. Poſtquam ſignatum eſt teſtamentum, mutat perſonam, vertit alloquutionem, iiſdemque medicis, *Quouſque miſerum cruciatis? quid invidetis* [10] *bonam mortem, cui dare vitam non poteſtis?* Moritur Blæſus: &, tanquam omnia audiſſet, Regulo ne tantulum quidem. Sufficiunt duæ fabulæ. an ſcholaſtica lege tertiam poſcis? eſt unde fiat. Aurelia, ornata fœmina, ſignatura teſtamentum, ſumpſerat pulcerrimas tunicas: Regulus quum veniſſet ad ſignandum, *Rogo* (inquit) *has mihi leges.* Aurelia ludere hominem putabat, ille ſerio inſtabat. nec multa: coëgit mulierem aperire tabulas, ac ſibi tunicas quas [11] erat" induta, legare: obſervavit ſcribentem, inſpexit an ſcripſiſſet. Et Au-

1 Aluxio *Bod.* 1. 2 Deeſt *Lin.* 3 Deeſt *Lin.* 4 Quo *Bod.* 1. 5 Deeſt *Lin.* 6 Deſunt *Bod.* 1. 2. *Ald. Vulg.* 7 Suſpendit *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald. Vulg.* 8 Vehementer *Lin.* 9 *Mox* delendum eſſe monuit *Scheff.* & *ingraveſcit* abſolute ponendum, niſi ſuſpicetur aliquis, fuiſſe olim, *morbus ingraveſcit.* Poſt per compendium factum eſſe *mos*, quod *mox* pepererit. 10 Bona mortis *Vulg.* 11 Deeſt *Cod. MS. Cl. Min.*

relia

relia quidem vivit, ille tamen iſtud tanquam morituram coegit. & hic 1 hæreditates, hic legata, quaſi mereatur, 2 accipit. Ἀλλὰ 3 τί διατείνομαι in ea civitate, in qua jampridem non minora præmia, immo majora, nequitia & improbitas quam pudor & virtus habent? Aſpice Regulum, qui ex paupere & tenui ad tantas opes per flagitia proceſſit, ut ipſe mihi dixerit quum conſuleret quam cito ſeſtertium ſexcenties impleturus eſſet, inveniſſe 4 ſe exta duplicata, quibus portendi, millies & ducenties habiturum. Et habebit, ſi modo, ut cœpit, aliena teſtamenta (quod eſt improbiſſimum genus falſi) ipſis, quorum ſunt illa, dictaverit. Vale.

1 Hæreditatem *Lin.* 2 Accepit *Lin.* 3 Deeſt *Ald.* Et ita etiam *Vallam* legiſſe ex Gloſsâ ad oram *Cod. Bod.* 2. patet. 4 Quidam legunt *ſexta dupl.* pudendo ſphalmate inquit *Grut.* *Boxhornius* in Lect. Var. notat quoſdam legere *ſeſtertia duplicia*. Sanè abſque ſenſu.

LIBER III.

I. C. PLINIUS CALVISIO SUO S.

NEſcio an ullum jucundius tempus exegerim quam quo nuper apud [1] Spurinnam fui; adeo quidem, ut neminem magis in ſenectute (ſi modo ſeneſcere datum eſt) æmulari velim. nihil eſt [2] enim [3] illo vitæ genere diſtinctius. me autem ut certus [4] ſyderum curſus, ita vitæ hominum diſpoſita delectat, ſenum præſertim. Nam juvenes adhuc confuſa quædam & quaſi turbata non indecent: ſenibus placida omnia & ordinata conveniunt, quibus induſtria ſera, turpis ambitio eſt. Hanc regulam Spurinna conſtantiſſime ſervat. [5] quin etiam parva hæc, parva, ſi non quotidie fiant, ordine quodam & velut orbe circumagit. Mane lectulo continetur: hora ſecunda calceos poſcit: ambulat millia paſſuum tria: nec minus animum quam corpus exercet. Si adſunt amici, honeſtiſſimi ſermones [6] explicantur: ſi non, liber legitur: interdum etiam præſentibus amicis, ſi tamen illi non [7] gravantur. Deinde conſidet, & liber rurſus, aut ſermo libro potior: mox vehiculum aſcendit: aſſumit uxorem ſingularis exempli, vel aliquem amicorum, [8] ut me proxime. Quam pulcrum illud, quam dulce ſecretum: quantum ibi antiquitatis, quæ facta, quos viros audias, quibus præceptis imbuare: quamvis ille hoc temperamentum modeſtiæ ſuæ indixerit, ne præcipere videatur. Peractis ſeptem millibus paſſuum, iterum ambulat mille, iterum reſidet, vel ſe cubiculo [9] ac ſtylo reddit. Scribit enim, & quidem utraque lingua, lyrica [10] doctiſſime. mira illis dulcedo, mira ſuavitas, mira hilaritas: cujus gratiam cumulat ſanctitas ſcribentis. Ubi hora balinei nuntiata eſt, (eſt autem hyeme nona, æſtate octava) in ſole, ſi caret vento, ambulat nudus. Deinde movetur pila vehementer & diu. nam hoc quoque exercitationis genere pugnat cum ſenectute. Lotus accubat, & pauliſper cibum differt: interim audit legentem remiſſius aliquid & dulcius. per hoc omne tempus liberum eſt amicis vel eadem [11] agere, vel alia, ſi malint. Apponitur cœ-

1 Spurinam *Bod.* 1. *Lin.* Et ſic infra. 2 Etenim *Bod.* 2. 3 Illo & ejus vitæ *Bod.* 2. 4 Dierum *Bod.* 1. *Vulg.* 5 Qui etiam *MS. Cl. Min.* 6 Conferuntur *Vulg.* 7 Graventur *Lin.* 8 Uti *Bod.* 2. 9 Vel ſtylo *Lin.* 10 Doctiſſima *Bod.* 1. 2. *Lin.* 11 Facere *Bod.* 1. *Lin.*

na

na non minus nitida quam frugi, in argento puro & antiquo. ſunt in uſu & Corinthia, quibus delectatur, [1] nec afficitur. Frequenter comœdis cœna diſtinguitur, ut [2] voluptates quoque ſtudiis condiantur. Sumit aliquid de nocte & æſtate. nemini hoc longum eſt; tanta comitate convivium trahitur. Inde illi poſt ſeptimum & ſeptuageſimum annum aurium oculorumque vigor integer, inde agile & vividum corpus, ſolaque ex ſenectute prudentia. Hanc ego vitam [3] voto & cogitatione præſumo, ingreſſurus avidiſſime, ut primum ratio ætatis receptui canere permiſerit. Interim mille laboribus conteror, quorum mihi & ſolatium & exemplum eſt idem Spurinna. nam ille quoque, quoad honeſtum fuit, obiit officia, geſſit magiſtratus, provincias rexit, multoque labore hoc otium meruit. Igitur [4] eundem mihi curſum, [5] eundem terminum ſtatuo: idque jam nunc apud te ſubſigno: ut ſi me longius evehi videris, in jus voces ad hanc epiſtolam meam, & quieſcere jubeas quum inertiæ crimen effugero. Vale.

II. C. PLINIUS [6] MAXIMO SUO S.

QUod ipſe amicis tuis obtuliſſem ſi mihi eadem materia peteret, id nunc jure videor à te meis petiturus. [7] Arrianus Maturius Altinatium eſt princeps. quum dico princeps, non de facultatibus loquor, quæ illi large [8] ſuperſunt: ſed de caſtitate, juſtitia, gravitate, prudentia. Hujus ego conſilio, in negotiis: judicio, in ſtudiis utor. nam plurimum fide, plurimum veritate, plurimum intelligentia præſtat. Amat me (nihil poſſum ardentius dicere) ut tu. Caret ambitu: ideo ſe in equeſtri gradu tenuit, quum facile poſſet aſcendere altiſſimum. Mihi tamen ornandus [9] excolenduſque eſt. itaque magni æſtimo, dignitati ejus aliquid adſtruere, inopinantis, [10] neſcientis, immo [11] etiam fortaſſe nolentis. Adſtruere autem quod ſit ſplendidum nec moleſtum cujus generis, quæ prima occaſio tibi, conferas in eum, rogo; habebis me, habebis ipſum gratiſſimum debitorem. quamvis enim iſta non appetat, tam grate tamen excipit quam ſi concupiſcat. Vale.

1 Et aff. *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald. Vulg.* quod diſſolutius eſt poſt verbum *delectatur*, quàm pro preſſo ſtilo *Plinii*. 2 Voluptatibus quoque ſtudia *Bod.* 2. 3 Noto *Lin.* Voco *Vulg.* 4 Et hunc mihi *Bod.* 2. 5 Et eundem *Bod.* 2. *Lin.* 6 *Catanaus* habet *Gavio Maximo*. 7 Arianus Maturus. *Bod.* 1. 2. *Lin.* 8 *Superſtant* malit *Cl. Min.* 9 Extollenduſque *Lin.* 10 Inſcientis *Cod. Vet.* ut notat *Cl. Min.* 11 Et fort. *Lin.*

III. C. PLINIUS [1] CORELLIÆ HISPULLÆ S.

QUum patrem tuum, graviſſimum & ſanctiſſimum virum, ſuſpexerim magis an amaverim, dubitem: [2] teque in memoriam ejus & [3] in" honorem tuum [4] unice" diligam, cupiam neceſſe eſt (atque etiam, quantum in me fuerit, enitar) ut filius tuus avo ſimilis exiſtat. equidem malo materno: quanquam illi paternus etiam clarus ſpectatuſque contigerit: pater quoque & patruus illuſtri laude [5] conſpicui. Quibus omnibus ita demum ſimilis adoleſcet, ſi imbutus honeſtis artibus fuerit, quas plurimum refert à quo potiſſimum accipiat. Adhuc illum pueritiæ ratio intra contubernium tuum tenuit, præceptores domi habuit, ubi eſt [6] vel" erroribus modica vel etiam nulla materia: jam ſtudia ejus extra limen [7] proferenda ſunt, jam circumſpiciendus rhetor Latinus, cujus ſcholæ ſeveritas, pudor [8] inprimis, caſtitas, conſtet. Adeſt enim adoleſcenti noſtro, cum cæteris naturæ fortunæque dotibus, eximia corporis pulcritudo: cui in hoc lubrico ætatis non præceptor modo, ſed cuſtos etiam rectorque quærendus eſt. Videor [9] ego demonſtrare tibi poſſe Julium Genitorem. amatur à me: judicio tamen meo non obſtat caritas hominis, quæ ex judicio nata eſt. vir eſt [10] emendatus & gravis: paulo [11] etiam horridior & durior, ut in hac licentia temporum. Quantum eloquentia valeat, pluribus credere potes. nam dicendi facultas aperta & expoſita ſtatim cernitur. Vita hominum altos receſſus magnaſque latebras habet, cujus pro Genitore me ſponſorem accipe. Nihil ex hoc viro filius tuus audiet, niſi profuturum: nihil diſcet quod neſciſſe rectius fuerit. Nec minus ſæpe ab illo quam à te meque admonebitur, quibus imaginibus [12] oneretur, quæ nomina & quanta ſuſtineat. Proinde, faventibus diis, trade eum præceptori, à quo mores primum, mox eloquentiam diſcat: quæ male ſine moribus diſcitur. Vale.

1 Corneliæ ſuæ *Lin.* Coreliæ Hiſpuæ *Bod.* 2. *Corellia* vero legend. paſſim quippe occurrit apud Hiſtoricos. 2 Teque & in *Lin.* 3 Deeſt apud quoſdam notante *Catan.* 4 Deeſt *Lin.* 5 Perſpicui *Bod.* 1. 6 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald.* 7 Conferenda *Bod.* 1. 8 Omnes diſtinguunt ut edidimus *Scheff.* verò putat *inprimis* hoc cum *caſtitatis* vocabulo jungendum. 9 Ergo *Bod.* 1. 2. *Lin.* 10 Elatus *MS. Weſtm.* 11 Et *Bod.* 2. 12 Ornetur *Lin.*

IV. C. PLINIUS MACRINO SUO S.

QUamvis & amici quos præſentes habebam, & ſermones hominum factum meum comprobaſſe videantur, magni tamen [1] æſtimo ſcire quid ſentias tu. Nam cujus integra re conſilium exquirere optaſſem, hujus etiam peracta judicium noſſe mire concupiſco. Quum publicum opus mea pecunia inchoaturus in Thuſcos excurriſſem, accepto, ut præfectus ærarii, commeatu, legati provinciæ Bæticæ queſturi de proconſulatu Cæcilii Claſſici, advocatum me à ſenatu petierunt. Collegæ optimi, meique amantiſſimi, de communis officii neceſſitatibus prælocuti, excuſare me & eximere tentarunt. Factum eſt ſenatuſconſultum perquam honorificum, *ut darer provincialibus patronus, ſi ab ipſo me impetraſſent.* Legati rurſus [2] inducti, iterum me jam præſentem poſtulaverunt advocatum: implorantes fidem meam, quam eſſent contra Maſſam Bæbium experti: allegantes patrocinii fœdus. Secuta eſt clariſſima [3] ſenatus" aſſenſio, quæ ſolet decreta præcurrere. Tum ego, *Deſino* (inquam) [4] *P. C.*" [5] *putare me juſtas excuſationis cauſas attuliſſe.* Placuit & modeſtia ſermonis & ratio. Compulit autem me ad hoc conſilium non ſolum conſenſus ſenatus, (quanquam hic maxime) [6] verum etiam alii quidem minoris, ſed tamen numeri. Veniebat in mentem, priores noſtros, etiam ſingulorum hoſpitum injurias accuſationibus voluntariis [7] exſecutos, quo deformius arbitrabar publici hoſpitii jura negligere. Præterea quum recordarer quanta pro iiſdem Bæticis priore advocatione etiam pericula ſubiiſſem, conſervandum veteris officii meritum novo videbatur. Eſt enim ita [8] natura" comparatum, ut antiquiora beneficia ſubvertas, niſi illa poſterioribus cumules. nam quamlibet ſæpe obligati, ſi quid unum neges, hoc ſolum meminerunt quod negatum eſt. Ducebar etiam quod deceſſerat Claſſicus, amotumque erat, quod in ejuſmodi cauſis ſolet eſſe triſtiſſimum, periculum ſenatoris. Videbam ergo, advocationi meæ non minorem gratiam quam ſi viveret ille, propoſitam, invidiam nullam. In ſumma, computabam, ſi mu-

1 Exiſtimo *Bod. 2. Lin. Vulg.* 2 Introducti *Bod. 2.* 3 Deeſt *Lin.* 4 Deſunt *Bod. 1.* 5 Reputare *Bod. 1.* 6 Verum & alii &c. *Bod. 1.* Verum & alii quidem minores, ſ. t. n. *Lin Ald.* Verumetiam a. q minores, ſ. t. innumeri *Vulg.* V. a. quidam minores, &c. *Pal. Caſaubonus* verò ita potius legit: *verum & alia minoris quidem, ſed tamen numeri.* 7 Perſecutos *Bod. 2.* 8 Deeſt *Bod. 1. 2. Lin Steph. Ald.* Et ſic *Modius* contendit reſtituendum fide *MS. Neuſtetteri.*

nere

nere hoc [1] jam" tertio fungerer, faciliorem mihi excuſationem fore, ſi quis incidiſſet quem non deberem accuſare. Nam quum eſt omnium officiorum finis aliquis, tum optime libertati venia obſequio præparatur. Audiſti conſilii mei motus, ſupereſt alterutra ex parte judicium tuum: in quo mihi æque jucunda erit ſimplicitas diſſentientis quam comprobantis auctoritas. Vale.

V. C. PLINIUS [2] MARCO SUO S.

PErgratum eſt mihi quod tam diligenter libros avunculi mei lectitas, ut habere omnes velis, quæraſque qui ſint omnes. Fungar [3] indicis partibus: atque etiam quo ſint ordine ſcripti, notum tibi faciam. eſt enim hæc quoque ſtudioſis non injucunda cognitio. De jaculatione equeſtri unus: hunc, quum præfectus alæ militaret, pari ingenio curaque compoſuit. De vita [4] Pomponii Secundi duo, à quo ſingulariter amatus, hoc memoriæ amici, quaſi debitum munus exſolvit. Bellorum Germaniæ viginti, quibus omnia quæ cum Germanis geſſimus bella collegit. Inchoavit, quum in Germania militaret, ſomnio monitus. [5] Aſtitit enim quieſcenti Druſi Neronis [6] effigies, qui Germaniæ [7] latiſſime victor ibi periit: commendabat memoriam ſui, orabatque ut ſe ab injuria oblivionis aſſereret. Studioſi tres, in ſex volumina propter amplitudinem diviſi: quibus oratorem ab incunabulis inſtituit [8] & perfecit. Dubii ſermonis octo ſcripſit ſub Nerone noviſſimis annis, quum omne ſtudiorum genus paulo liberius & erectius periculoſum ſervitus feciſſet. A fine Aufidii Baſſi triginta [9] unus. [10] Naturæ hiſtoriarum triginta ſeptem: opus diffuſum, eruditum, nec minus varium quam ipſa natura. Miraris: quod tot volumina, multaque in his tam ſcrupuloſa, homo occupatus abſolverit: magis miraberis, ſi [11] ſcieris illum aliquamdiu cauſſas actitaſſe; deceſſiſſe anno ſexto & quinquageſimo. medium tempus [12] diſtentum impeditumque, [13] qua officiis maximis, [14] qua amicitia principum egiſſe [15] pernoſcitur". Sed erat acre ingenium, incredibile ſtudium,

1 Deeſt *Bod. 1. Ald.* 2 Macro *Bod. 1. 2 Lin. Ald. Pal.* Rectius ex conjectura *Gruteri.* 3 Judicis *MS. Cl. Min* Sed perperam. 4 *Tacitus* hunc *Publium*, interdum *Lucium* vocat. 5 Aſtitit enim ei q. *Bod. 2. Steph.* Aſt ei q. *Ald.* 6 *Mors* Aliter legitur, ut ex notatiunculis quibuſd. MSS. ad oram Exemplaris Editionis *Aldinæ*, in Bibliothecâ *Bodl.* colligitur. 7 Latiſſimæ *Bod. 1. Lin.* 8 Atque *Bod. 2.* 9 Unum *Bod. 2.* 10 Naturalium *Vulg.* 11 Scies *Lin.* 12 Diſtrictum *Bod. 1. 2. Pal. Vulg* 13 Tam *Bod. 2.* 14 Quam *Bod. 2.* 15 Deeſt *Bod. 1. 2. Lin. Ald.*

ſumma

ſumma vigilantia. lucubrare [1] à" Vulcanalibus incipiebat, non auſpicandi cauſa, ſed ſtudendi, [2] æſtate", ſtatim à nocte multa: hyeme vero, ab hora ſeptima, vel quum tardiſſime, octava, ſæpe ſexta. Erat ſane ſomni [3] parciſſimi: nonnunquam etiam [4] inter ſtudia inſtantis & [5] deſerentis. Ante lucem ibat ad Veſpaſianum imperatorem: nam ille quoque noctibus utebatur: inde ad [6] delegatum ſibi officium reverſus domum, quod reliquum [7] erat" temporis, ſtudiis reddebat. Poſt cibum ſæpe (quem interdiu levem & facilem, veterum more, ſumebat) [8] æſtate, ſi quid otii, jacebat in ſole: liber legebatur: adnotabat excerpebatque. [9] nihil enim legit quod non excerperet. Dicere etiam ſolebat, *Nullum eſſe librum tam malum*, [10] *ut non aliqua* [11] *parte prodeſſet*. Poſt [12] ſolem plerumque frigida [13] lavabatur, deinde guſtabat: dormiebatque [14] minimum. Mox, quaſi alio die, ſtudebat in cœnæ tempus: ſuper hanc liber legebatur, adnotabatur, & quidem curſim. Memini quendam ex amicis, quum lector quædam perperam pronuntiaſſet, revocaſſe & repeti coegiſſe, huic avunculum meum dixiſſe, *Intellexeras nempe?* quum ille annuiſſet, *Cur ergo revocabas?* [15] *decem amplius verſus hac tua interpellatione perdidimus*. tanta erat parſimonia temporis. Surgebat æſtate [16] à cœna, luce: hyeme, intra primam noctis. & tanquam aliqua [17] lege cogente [18] hæc inter medios labores urbiſque fremitum. In ſeceſſu ſolum balinei tempus ſtudiis eximebatur. quum dico balinei, de interioribus loquor. Nam [19] dum diſtringitur tergiturque, audiebat aliquid aut dictabat. In itinere, quaſi ſolutus cæteris curis, huic uni vacabat. ad latus notarius cum libro & pugillaribus, cujus manus hyeme manicis muniebantur, ut ne cœli quidem aſperitas ullum ſtudii tempus eriperet: qua ex cauſa Romæ quoque ſella vehe-

batur.

1 Deeſt *Bod.* 1. [illegible] *Lin.* 2 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin. Steph. Ald.* 3 Paratiſſimi *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald.* Quod probarim magis; paulo poſt quippe, *dormiebatque minimum*. 4 Inter ipſa ſtudia *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald.* 5 Differentis *Bod.* 1. 2. *Lin.* Deferentis *Ald.* 6 Legatum *Lin. Gruterus* hoc modo diſtinguit: *delegatum ſibi officium. Reverſus domum.* 7 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Ald.* 8 Poſt hanc vocem *Caſaub.* putat parentheſin eſſe finiendam. 9 Nihil legebat *Lin.* 10 Qui non *Vulg.* 11 Ex parte *Lin.* Ex ſui parte *Bod.* 1. 12 Solem verò *Lin.* 13 Lavabatur aquâ *Lin.* 14 Non minimum *Lin.* Perperam. 15 Decem aut *Bod.* 1. 16 A luce, cœna *Bod.* 1. 2. *Lin.* 17 *Caſaub.* ita vult diſtingui: *lege cogente. Hac inter, &c.* Nec aliter in *Cod. Pal.* ut dicit *Grut.* 18 *Scheffernus* hanc lectionem genuinam eſſe exiſtimat: *Hic inter medios labores nobiſque fremitum ſeceſſus, Solum balinei tempus ſtudiis eximebatur.* Nam ſi *ſeceſſu* vel *in ſeceſſu* legatur, nullo modo cohærent ſequentia. 19 Diu diſtringitur *Cod. Vet. Cl. Min.* Malè. Dum deſtringitur *Ald.* Et ſic legi debet, ut recte obſervat *Cuperus* (Obſervat. lib. 4.) *Diſtringere* quippe in diverſas partes trahere, deſtringere vero nudare aliquid aliqua re ſignificat.

batur. 1 Repeto, me correptum ab eo, 2 cur ambularem. *Poteras* (inquit) *has horas non perdere.* Nam perire omne tempus arbitrabatur quod ſtudiis non impertiretur. Hac intentione 3 tot iſta volumina peregit, electorumque commentarios centum 4 ſexaginta mihi reliquit, opiſthographos quidem & 5 minutiſſimis ſcriptos, qua ratione multiplicatur hic numerus. Referebat ipſe, potuiſſe ſe, quum 6 procuraret in Hiſpania, vendere hos commentarios 7 Lartio Licinio, quadringentis millibus nummûm: & tunc aliquanto pauciores erant. Nonne videtur tibi, recordanti quantum legerit, quantum ſcripſerit, nec in officiis ullis, nec in amicitia 8 principum fuiſſe? rurſus quum audis 9 quid ſtudiis laboris impenderit, nec ſcripſiſſe ſatis nec legiſſe? Quid eſt enim quod non 10 aut" illæ occupationes impedire, aut 11 hæc" inſtantia non poſſit efficere? Itaque ſoleo ridere quum me quidam ſtudioſum vocant. 12 qui ſi comparer illi, ſum deſidioſiſſimus. 13 ego autem tantum? quem partim publica, partim amicorum officia diſtringunt? Quis ex iſtis, qui tota vita literis aſſident, collatus illi, non quaſi ſomno & inertiæ deditus erubeſcat? Extendi epiſtolam, 14 quamvis hoc ſolum quod requirebas, ſcribere deſtinaſſem, quos libros reliquiſſet. Confido tamen hæc quoque tibi non minus grata quam 15 ipſos libros futura: quæ te non tantum ad legendos eos, verum etiam ad ſimile aliquid 16 elaborandum, poſſunt æmulationis 17 ſtimulis" excitare. Vale.

VI. C. PLINIUS SEVERO SUO S.

EX hæreditate, quæ mihi obvenit, emi proxime Corinthium ſignum, modicum 18 quidem", ſed feſtivum 19 & expreſſum, quantum ego ſapio: qui fortaſſe in omni re, in

1 Reperto *MS. Cl. Min.* Mendoſe. 2 Cum *Bod.* 2. *Lin.* 3 Tota *Bod.* 1. 4 Et ſexaginta *Lin.* 5 Minutiſſimè *Ald.* 6 Procuraſſet *Bod.* 2. 7 Vide Not. ad Lib. II. Ep. 14. 8 Principis *Bod.* 1. 2. 9 Quid officiorum ſtudiis *Ald. Schefferus* legit: *quid iis laboris.* Quia nimirum *quid ſtudiis impenderit laboris*, eſt idem ac *recordanti, quantum legerit, quantum ſcripſerit.* Atqui oppoſitum debet dici hoc loco, quia præcedit, *rurſus cum audis.* Illud *iis* proinde in lectione *Scheff.* de officiis & amicitia principum accipiendum. 10 Deeſt *Bod.* 1. 11 Deeſt *Lin.* 12 Quaſi comparer illi. Sum deſ. *Bod.* 1. 13 Interrogationis nota eſt à *Grutero.* Verba & literæ *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald. Steph. Pal.* Editt. recentiores legunt: *Ego autem tantum, quantum partim publica, partim amicorum officia non diſtringunt, tantus vaco. Quis, &c.* Lectio ſine ſenſu, & diverſa à mente auctoris. 14 Cum hoc *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald. Vulg.* 15 Illos *Lin.* 16 Laborandum *Lin.* 17 Studiis *Lin.* 18 Deeſt *Lin.* 19 Deeſt *Lin.*

hac

hac certe perquam exiguum ſapio: hoc tamen ſignum ego quoque intelligo. eſt [1] enim nudum, nec aut vitia, ſi qua ſunt, celat: aut [2] laudes parum oſtentat. Effingit ſenem ſtantem: oſſa, muſculi, [3] nervi", venæ, rugæ etiam ut ſpirantis apparent: rari & [4] ſedentes capilli, lata frons, contracta facies, exile collum: pendent lacerti, papillæ jacent, receſſit venter. A tergo quoque eadem ætas, [5] ut à tergo". æs ipſum, quantum [6] verus color indicat, vetus & antiquum. talia denique omnia, ut poſſint artificum [7] etiam" oculos tenere, delectare imperitorum. Quod me, [8] quanquam tirunculum, ſollicitavit ad emendum. Emi autem, non ut haberem domi, (neque enim ullum adhuc Corinthium domi habeo) verum ut in patria noſtra celebri loco ponerem, ac potiſſimum in Jovis templo. videtur enim dignum templo, dignum deo donum. Tu ergo, ut ſoles omnia quæ à me tibi injunguntur, ſuſcipe hanc curam, & jam nunc jube baſim fieri, ex quo voles marmore, quæ nomen meum honoreſque capiat: ſi hos quoque putabis addendos. ego ſignum ipſum, ut primum invenero aliquem qui non gravetur, mittam tibi: vel ipſe, quod mavis, adferam mecum. deſtino enim (ſi tamen [9] officii ratio permiſerit) excurrere iſto. Gaudes, quod me venturum eſſe polliceor: ſed contrahes frontem, quum [10] adjecero, ad paucos dies. neque enim diutius abeſſe me [11] ſinunt" eadem [12] hæc" quæ nondum exire patiuntur. Vale.

VII. C. PLINIUS [13] CANINIO SUO S.

MOdo nunciatus eſt [14] Silius Italicus in Neapolitano ſuo inedia vitam finiſſe. cauſa mortis, valetudo. erat illi natus inſanabilis clavus, cujus tædio ad mortem irrevocabili conſtantia [15] decurrit: uſque ad [16] ſupremum diem beatus & felix, niſi quod minorem è liberis duobus amiſit, ſed [17] majorem melioremque, florentem, atque etiam conſularem, reliquit. Læſerat famam ſuam ſub Nerone, credebatur ſponte

1 Autem *Bod.* 1. 2 Laudes, ſi quæ ſunt, parum *Lin.* 3 Deeſt *Lin.* 4 Cedentes *Bod.* 1. *Lin. Ald.* 5 Hæc *Barthius* delenda cenſet, ex gloſſemate forſan nata. *Gruterus* retinet quidem, ſed puncto (ut nos edidimus) à ſequentibus diſtinguit. Interpunctio enim vulgata eſt: *eadem ætas, ut à tergo as ipſam, &c. Bod.* 2. legit: *ut ante; as &c.* 6 *Buchnerus* legit *virida.* Sed etiam *verus* bonum eſt, quia nativus & genuinus color ſignificatur. 7 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald. Steph.* 8 Tanquam *Bod.* 2. *Lin.* 9 Officii mei *Lin.* 10 Adicero *MS. Cl. Min.* 11 Deeſt *Bod.* 1. *Lin. Ald.* 12 Deeſt *Lin.* 13 Caninio Rufo *Bod.* 1. 2. 14 Silvius *Bod.* 1. Silus *Bod.* 2. *Lin.* 15 Decucurrit *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald.* 16 Summum *Bod.* 1. 17 Majorem, meliorem, florentemque, etiam conſularem *Bod.* 1. *Ald.*

accuſaſſe: ſed in [1] Vitellii amicitia ſapienter ſe & comiter geſſerat: ex proconſulatu Aſiæ gloriam reportaverat: maculam veteris induſtriæ laudabili otio abluerat. Fuit inter principes civitatis ſine potentia, ſine invidia. Salutabatur, colebatur, multumque in lectulo jacens, cubiculo [2] ſemper, non ex fortuna, [3] frequenti. Doctiſſimis ſermonibus [4] dies tranſigebat, [5] quum à ſcribendo vacaret. ſcribebat carmina majore cura quam ingenio, nonnunquam judicia hominum recitationibus experiebatur. Noviſſime, ita ſuadentibus annis, ab urbe receſſit, ſeque in Campania tenuit: ac ne adventu quidem novi principis inde [6] commotus eſt. Magna Cæſaris laus, ſub quo hoc liberum fuit: magna illius qui hac libertate [7] auſus uti erat [8] φιλόκαλος uſque ad emacitatis reprehenſionem. plures iiſdem [9] in" locis villas poſſidebat; adamatiſque novis, priores negligebat. multum ubique librorum, multum ſtatuarum, multum imaginum, quas non habebat modo, verum etiam venerabatur: Virgilii ante omnes, cujus natalem religioſius quam ſuum [10] celebrabat; Neapoli maxime, ubi monumentum ejus adire, ut templum, ſolebat. In hac tranquillitate annum quintum & ſeptuageſimum exceſſit, delicato magis corpore quam infirmo. Utque noviſſimus à Nerone factus eſt conſul, ita poſtremus ex omnibus quos Nero conſules fecerat, deceſſit. [11] Illud etiam notabile, ultimus ex Neronianis conſularibus obiit, quo conſule Nero periit. Quod me recordantem, fragilitatis humanæ miſeratio ſubit. quid enim tam circumciſum, tam breve, quam hominis vita longiſſima? annon videtur tibi [12] Nero modo fuiſſe, quum interim ex [13] iis qui ſub illo [14] geſſerant conſulatum, nemo jam ſupereſt? Quanquam quid [15] hoc miror? nuper Lucius Piſo, pater Piſonis illius qui à Valerio [16] Feſto per ſummum facinus in Africa occiſus eſt, dicere ſolebat; *Neminem ſe videre in ſenatu, quem conſul ipſe ſententiam rogaviſſet.* Tam anguſtis terminis tantæ multitudinis vivacitas ipſa concluditur: ut mihi non venia ſolum dignæ, verum etiam laude videantur illæ regiæ lacrymæ. Nam ferunt, Xerxem, quum immenſum exercitum oculis obiſſet, illacrymaſſe, quod tot millibus tam brevis immineret occaſus. Sed tanto magis hoc quicquid eſt temporis futilis & caduci, ſi non datur factis,

1 Vitelii *Lin. Ald.* 2 Semper, ejus ex fortuna *Vulg.* 3 *Præſenti* aliter legitur ut docet *Catan.* Sed tum comma poſt *fortuna* delendum. 4 Diem *Bod.* 2. 5 Quum adſcribendo *Ald. Vulg.* Quomodo ſi legatur, connecti debet cum ſequentibus. 6 Ammotus *Bod.* 2. 7 Auſus eſt uti *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald.* 8 Καλοφιλος *Vulg.* 9 Deeſt *Lin.* 10 Colebat *Vulg.* 11 Illud & not. *Bod.* 1. 12 Neronem *Vulg.* 13 Illis *Lin.* 14 Geſſerunt *Bod* 1. 2. *Lin.* 15 Hæc *Lin.* 16 Sextio *Lin.*

(nam

(nam horum materia in aliena manu) [1] certe ſtudiis proferamus: & quatenus nobis denegatur diu vivere, relinquamus aliquid quo nos vixiſſe teſtemur. Scio te ſtimulis non egere: [2] me tamen tui caritas evocat, ut currentem quoque inſtigem, ſicut tu ſoles me. Ἀλλήλους δ' ἔρις, quum invicem ſe mutuis exhortationibus amici ad amorem immortalitatis exacuunt. Vale.

VIII. C. PLINIUS [3] TRANQUILLO SUO S.

FAcis pro [4] cætera reverentia quam mihi præſtas, quod tam ſolicite petis ut tribunatum quem à Neratio Marcello, clariſſimo viro, impetravi tibi, in [5] Cæſennium Silvanum propinquum tuum transferam. Mihi autem [6] ſicut jucundiſſimum, ipſum te tribunum, ita non minus gratum, alium per te videre. neque enim eſſe [7] congruens arbitror, quem augere honoribus cupias, huic pietatis [8] titulos invidere, qui ſunt omnibus honoribus pulcriores. Video etiam, quum ſit egregium & mereri beneficia & dare, utramque te laudem ſimul aſſequuturum, ſi, [9] quod ipſe meruiſti, [10] aliis tribuas. Præterea intelligo mihi quoque gloriæ fore, ſi ex hoc tuo facto non fuerit ignotum, amicos meos non gerere tantum [11] tribunatus poſſe, verum etiam dare. Quare ego [12] vero [13] honeſtiſſimæ voluntati tuæ pareo. neque enim adhuc [14] nomen in numeros relatum eſt: ideoque liberum eſt nobis Silvanum in locum tuum ſubdere: cui cupio tam gratum eſſe munus tuum quam tibi meum eſt. Vale.

IX. C. PLINIUS [15] MINUTIANO SUO S.

POſſum jam perſcribere tibi quantum in [16] publica provinciæ Bæticæ cauſa laboris exhauſerim. nam fuit multiplex, actaque eſt ſæpius cum magna varietate. Unde varietas? unde plures [17] actiones? Cæcilius Claſſicus, homo fœdus &

1 Nos certe *Steph.* 2 Deeſt *Bod* 1. 3 Suetonio Tranq. *Bod.* 1. *Lin.* 4 Certi *Vulg.* 5 Cæſenium *Bod* 1. 6 Sicut eſt *Bod.* 2. *Lin.* 7 Conveniens *Lin.* 8 Titulis *Bod.* 1. *Lin. Ald.* 9 Quæ *Bod.* 2. 10 Alii *Bod.* 1. 2. *Lin.* 11 Tribunatum. 12 *Vere* quidam malunt. & in his *Barthius. Quare ego verò* eſt compoſitio *Plinio* ſolùm peculiaris, & apud eum non ſemel tantum occurrit. *H. Steph.* in Præf. cum *ſed enim* comparavit. 13 Honeſtiſſime *Steph.* non ita recte. 14 Nomen tuum *Bod.* 2. 15 Cornelio Minutiano *Bod.* 2. Cornelio Minitiano *Bod.* 1. *Lin.* 16 Republica *MS. Cl. Min.* 17 Poſterior iſta interrogationis nota tollenda eſt, cenſente *Caſaub.*

aperte malus, proconſulatum in ea non minus violenter quam ſordide geſſerat, eodem anno quo in Africa Marius Priſcus. 1 Erat autem Priſcus ex Bætica, ex Africa Claſſicus. Inde dictum Bæticorum (ut plerunque dolor etiam venuſtos facit) non illepidum ferebatur. *Dedi malum, & accepi:* ſed Marium una civitas publice, multique privati reum peregerunt: in Claſſicum tota provincia incubuit. Ille accuſationem vel fortuita vel voluntaria morte prævertit. nam fuit mors ejus infamis: ambigua tamen. Ut enim credibile videbatur, voluiſſe exire de vita, quum defendi non poſſet, ita 2 mirum, pudorem damnationis morte fugiſſe, quem non puduiſſet damnanda committere. Nihilominus Bætica etiam in defuncti accuſatione perſtabat: proviſum hoc legibus, intermiſſum tamen, & poſt longam intercapedinem tunc reductum. addiderunt Bætici, 3 quod ſimul ſocios miniſtroſque Claſſici detulerunt: nominatimque in eos inquiſitionem poſtulaverunt. Aderam Bæticis, mecumque 4 Lucejus 5 Albinus, vir in dicendo copioſus, ornatus: quem ego quum olim mutuo diligerem, ex hac officii ſocietate amare ardentius cœpi. Habet quidem gloria, in ſtudiis præſertim, quiddam ἀγωνιάντων: nobis tamen nullum certamen, nulla contentio: quum uterque pari jugo non pro ſe, ſed pro cauſa niteretur. Cujus & magnitudo & utilitas viſa eſt poſtulare 6 ne tantum oneris ſingulis actionibus ſubiremus. Verebamur ne 7 nos dies, ne vox, 8 ne latera deficerent, ſi tot crimina, tot reos uno velut faſce complecteremur: deinde ne judicum intentio multis nominibus multiſque cauſis non laſſaretur modo, verum etiam confunderetur: mox ne gratia ſingulorum, collata atque permiſta, pro ſingulis quoque vires omnium acciperet: poſtremo, ne potentiſſimi, viliſſimo quoque quaſi piaculari dato, alienis pœnis elaberentur. Etenim tum maxime favor & ambitio dominatur, quum ſub aliqua ſpecie ſeveritatis deliteſcere poteſt. Erat in conſilio Sertorianum illud exemplum, qui robuſtiſſimum & 9 infirmiſſimum militem juſſit caudam equi: reliqua noſti. Nam nos quoque tam numeroſum agmen reorum ita demum 10 videbamus poſſe 11 ſuperari, ſi per ſingulos 12 carperetur. Placuit in primis ipſum Claſſicum oſtendere nocen-

1 Erant *Bod.* 2. 2 Vox *Mirum* parentheſi vulgo includitur; ſed male, ut inſinuat *Caſaub.* 3 Quot *Bod* 2. *Lin. Ald. Steph.* Noſtra tamen ſcriptura verior eſſe videtur. 4 Lycius *Bod.* 1. 2. 5 Albius *Vulg.* 6 *Buchnerus* loco particulæ negat. *ut* ſubſtituit, ſenſu à *Plinii* mente non alieno; ita ſc. implicata erat cauſa, ut exhauriri non poſſet niſi pluribus actionibus. 7 Nobis *Bod.* 1. 8 Vel *Lin.* 9 Fortiſſimum *Lin.* Firmiſſimum *MS. Cl. Min.* Quam lectionem probat. 10 Videbamur *Bod.* 1. 2. 11 Superare *Bod.* 2. 12 Caperetur *L in.*

tem:

tem: [1] hic aptiſſimus ad ſocios ejus & miniſtros tranſitus erat, quia ſocii miniſtrique probari, niſi illo nocente, non poterant. Ex quibus duos ſtatim Claſſico junximus, Bæbium Probum, & Fabium Hiſpanum: utrumque [2] gratia, Hiſpanum etiam facundia validum. Et circa Claſſicum quidem brevis & expeditus labor: ſua manu reliquerat ſcriptum, quid ex quaque re, quid ex quaque cauſa accepiſſet. Miſerat [3] etiam epiſtolas Romam ad amiculam quandam, jactantes & glorioſas, his quidem verbis, [4] *Io io*[e], *liber ad te venio*: *jam ſeſtertium quadragies redegi, parte vendita Bæticorum.* Circa Hiſpanum & Probum multum ſudoris. horum antequam crimina ingrederer, neceſſarium credidi elaborare ut conſtaret miniſterium crimen eſſe. Quod niſi [5] effeciſſem, fruſtra miniſtros probaſſem. Neque enim ita defendebantur, ut negarent, ſed ut neceſſitati veniam precarentur. eſſe enim ſe provinciales, & ad omne proconſulum imperium metu cogi. Solet dicere Claudius Reſtitutus, qui mihi reſpondit, vir exercitatus & vigilans, & quamlibet ſubitis paratus, nunquam ſibi tantum caliginis, tantum perturbationis [6] offuſum, quam quum ea prærepta & extorta defenſioni ſuæ cerneret, in quibus omnem fiduciam reponebat. Conſilii noſtri exitus fuit: bona Claſſici quæ habuiſſet ante provinciam, placuit ſenatui à [7] reliquis ſeparari: illa filiæ, hæc ſpoliatis relinqui. Additum eſt, ut pecuniæ, quas creditoribus ſolverat, revocarentur. Hiſpanus & Probus in quinquennium relegati. Adeo grave vitium eſt quod initio [8] dubitabatur an omnino crimen eſſet. Poſt paucos dies [9] Clavium Fuſcum, Claſſici generum, & [10] Stilonium Priſcum, qui tribunus cohortis ſub Claſſico fuerat, accuſavimus, diſpari eventu. Priſco in biennium Italia interdictum: abſolutus eſt Fuſcus. Actione tertia commodiſſimum putavimus plures congregare, ne, ſi longius eſſet extracta cognitio, ſatietate & tædio quodam juſtitia cognoſcentium ſeveritaſque langueſceret. alioqui ſupererant minores rei, [11] data opera hunc in locum reſervati: excepta tamen Claſſici uxore, quæ ſicut implicita ſuſpicionibns, ita non ſatis convinci probationibus viſa eſt. Nam Claſſici filia, (quæ & ipſa inter reos erat) ne ſuſpicionibus quidem hærebat. Itaque quum ad nomen ejus in extrema actione veniſſem (neque enim ut initio, ſic etiam in fine [12] verendum erat ne per hoc totius accuſationis auctoritas minueretur) honeſtiſſimum

1 Hinc *Bod.* 2. 2 Genere *Vulg.* 3 Enim *Bod.* 2. *Vulg.* 4 Deſunt *Lin. MS. Cl. Min.* 5 Feciſſem *Bod.* 1. *Lin.* 6 Effuſum *Ald.* 7 Cæteris *Lin.* 8 Dubitatur *Bod.* 2. 9 Claudium *Bod.* 1. 2. *Lin.* 10 Stilonium *Bod.* 1. 2. Chilonium *Lin.* Tilonium *Vulg.* 11 Data gratia vel op. *Lin.* 12 Ferendum *MS. Cl. Min.* non ita bene.

credidi,

credidi, non premere immerentem: idque ipſum dixi & libere & varie. nam modo legatos interrogabam, *docuiſſentne me aliquid, quod* 1 *reprobari poſſe confiderent*: modo conſilium à ſenatu petebam, *putaretne debere me, ſi quam haberem in dicendo facultatem, in jugulum innocentis, quaſi telum aliquod, intendere*: poſtremo totum locum hoc fine concluſi, *Dicet aliquis, Judicas ergo? Ego vero non judico: memini tamen me advocatum ex judicibus datum.* Hic numeroſiſſimæ cauſæ terminus fuit, quibuſdam abſolutis, pluribus damnatis, atque etiam relegatis, aliis in tempus, aliis in perpetuum. Eodem ſenatuſconſulto induſtria, fides, conſtantia noſtra pleniſſimo teſtimonio comprobata eſt: dignum ſolumque par 2 pretium tanti laboris. Concipere animo potes quam ſimus fatigati, quibus toties agendum, toties altercandum. tam multi teſtes interrogandi, ſublevandi, refutandi. Jam illa quam ardua, quam moleſta, reorum amicis ſecreto rogantibus negare, adverſantibus palam obſiſtere? Referam unum 3 aliquod ex 4 iis quæ dixi. Quum mihi quidam e judicibus ipſis pro reo 5 gratioſiſſimo reclamarent, *Non minus* (inquam) *hic innocens erit, ſi ego omnia dixero.* Conjectabis ex hoc quantas contentiones, quantas etiam offenſas ſubjerimus, duntaxat ad breve tempus. nam fides in præſentia eos quibus reſiſtit, offendit: deinde ab illis ipſis 6 ſuſpicitur laudaturque. Non potui magis te in rem præſentem perducere. Dices, Non fuit tanti. quid 7 enim? mihi cum tam longa epiſtola? Nolito ergo identidem quærere quid Romæ geratur: & tamen memento 8 eſſe non epiſtolam longam, quæ tot dies, tot cognitiones, tot denique reos cauſaſque complexa 9 ſit. Quæ omnia videor mihi non minus breviter quam diligenter perſequutus. Temere dixi *diligenter*: ſuccurrit quod præterieram, 10 & quidem 11 ſero: ſed, quanquam præpoſtere, reddetur. facit hoc Homerus, multique illius exemplo. eſt alioqui perdecorum: à me tamen non ideo 12 fiet. Ex teſtibus quidam, ſive iratus quod evocatus eſſet invitus, ſive ſubornatus ab aliquo reorum, ut accuſationem exarmaret, Norbanum 13 Licinianum, legatum & inquiſitorem, reum poſtulavit. tanquam in cauſa Caſtæ 14 (uxor hæc Claſſici) prævaricaretur.

1 Probari *Bod.* 1. 2. Reum probari *Vulg. Scheff.* putat diſtincte vocabulis duobus ſcribendum *re probari.* Sententia nimirum eſt, quæſiviſſe legatos, an quod docuerant ipſum de filia *Claſſici*, id confiderent re ipſa poſſe probari, eſſe ſcilicet ream ejus criminis, cujus inſimulabatur. 2 Pretio *Bod.* 1. 2. *Lin.* 3 Aliquid *Ald.* 4 Omnibus quæ *Lin.* His quæ *Bod.* 1. 5 Gratiſſimo *Bod.* 1. Gratioſiſſimi *Lin.* 6 Suſcipitur *Vulg.* 7 Deeſt *Vulg.* 8 Etiam non eſſe *Bod.* 2. *Lin.* 9 Eſt *Lin.* 10 Equidem *Lin.* 11 Sero reddetur *Bod.* 2. 12 Fiat. E *Bod.* 1. 2. *Lin.* 13 Lacinianum *Pal.* 14 Uxoris Claſſici hic præv. *Vulg.*

ricaretur. Eſt lege cautum, ut reus ante peragatur, tunc de 1 prævaricatore quæratur. 2 videlicet' quia optime ex accuſatione ipſa accuſatoris fides æſtimatur. Norbano tamen non ordo legis, non legati nomen, non 3 inquiſitionis officium præſidio fuit: tanta conflagravit invidia homo alioqui flagitioſus, & Domitiani temporibus uſus, ut multi: electuſque tunc à provincia ad inquirendum, non tanquam bonus & fidelis, ſed tanquam Claſſici inimicus. Erat ab illo relegatus: dari ſibi diem ad 4 diluenda crimina poſtulavit. Neutrum impetravit, coactus eſt ſtatim reſpondere: reſpondit: malum pravumque ingenium hominis facit ut dubitem confidenter an conſtanter, certe paratiſſime. Objecta ſunt multa, quæ magis quam prævaricatio nocuerunt. Quinetiam duo conſulares, 5 Pomponius Rufus & Libo Frugi, læſerunt eum teſtimonio, 6 tanquam apud judicem ſub Domitiano Salvii Liberalis accuſatoribus adfuiſſet: 7 damnatus & in inſulam relegatus eſt. Itaque quum Caſtam accuſarem, 8 nihil magis preſſi quam quod accuſator ejus prævaricationis crimine corruiſſet. Preſſi tamen fruſtra. accidit enim res contraria & nova, ut, accuſatore prævaricationis damnato, rea 9 abſolveretur. Quæris, quid nos dum hæc aguntur? Indicavimus ſenatui; ex Norbano didiciſſe nos publicam cauſam, rurſuſque debere ex integro diſcere, ſi ille prævaricator probaretur. Atque ita dum ille peragitur reus, ſedimus, poſtea Norbanus omnibus diebus cognitionis interfuit: eandemque uſque ad extremum vel conſtantiam vel audaciam pertulit. 10 Interrogo ipſe me, an aliquid omiſerim: rurſus & rurſus pene omiſi. Summo die Salvius Liberalis reliquos legatos graviter increpuit, tanquam non omnes quos mandaſſet provincia, reos peregiſſent. atque, ut eſt vehemens & diſertus, in diſcrimen adduxit. Protexi viros optimos, eoſdemque gratiſſimos: mihi certe debere ſe prædicant, quod illum turbinem evaſerint. Hic 11 erit" epiſtolæ finis, 12 re vera finis". literam non addam, 13 etiamſi adhuc aliquid præteriſſe me ſenſero. Vale.

1 Prævaricatione *Bod.* 1. 2. 2 Deeſt *Vulg.* 3 Inquiſitoris *Bod.* 2. 4 Dicenda *Vulg.* 5 Sic legendum dicit *Catan.*, ex vetuſto codice, & quod lib. IV. eundem peritum & vehementem in dicendo fuiſſe aſſerat. 6 Poſſet quis & diſtinguere & legere *tanquam apud judicem, ſub Domitiano Salvii liberalis accuſatoribus adfuiſſe*: ſed neutrum adhuc ſatisfacit, inquit *Gruter.* 7 *Norbanus* ſcil. niſi aliquod ulcus hoc loco latet. 8 Non *Lin.* 9 Solveretur *Bod.* 1. 10 Scribendum (ut monuit *Caſaub.*) *Interrogo ipſe me an aliquid omiſerim, rurſus: & rurſus penè omiſi.* Ait enim, *rurſus omiſerim*; quia ſemel jam omiſerat aliquid. Nam dixit ſupra, *ſuccurrit quod praterieram, & quidem ſerò.* 11 Deeſt *Bod.* 1. 2. 12 Deſunt *Bod.* 1. *Lin.* Rectè, ut videtur. 13 Etſi *Lin.*

X. C.

X. C. PLIN. [1]SPURINNÆ SUO ET [2]COCCIÆ S.

COmpoſuiſſe me quædam de filio veſtro non dixi vobis, quum proxime apud vos fui. primum, quia non ideo [3] ſcripſeram ut dicerem, ſed ut meo amori, meo dolori ſatisfacerem: deinde, quia te [4] Spurinna, quum audiſſes recitaſſe me, (ut mihi ipſe dixiſti) quid recitaſſem ſimul audiſſe credebam. Præterea veritus ſum ne vos feſtis diebus confunderem, ſi in memoriam graviſſimi luctus deduxiſſem: Nunc quoque pauliſper hæſitavi, [5] id ſolum quod recitavi mitterem exigentibus vobis, an [6] adjicerem quæ in aliud volumen cogito reſervare. neque enim affectibus meis uno libello cariſſimam mihi & ſanctiſſimam memoriam proſequi ſatis eſt: cujus famæ latius [7] conſuletur, ſi diſpenſata & digeſta fuerit. Verum hæſitanti mihi, omnia, quæ jam compoſui, vobis exhiberem, an adhuc aliqua differrem, ſimplicius & [8] amicius [9] mihi" viſum eſt, omnia, præcipue quum [10] affirmetis intra vos futura, donec placeat emittere. Quod ſupereſt, rogo ut pari ſimplicitate, ſi qua exiſtimabitis addenda, commutanda, omittenda, [11] indicetis mihi. Difficile eſt hucuſque intendere animum in dolore: [12] difficile, ſed tamen ut ſculptorem, ut pictorem, qui filii veſtri imaginem faceret, admoneretis quid exprimere, quid emendare deberet: ita me quoque formate, regite, qui non fragilem & caducam, ſed immortalem (ut vos putatis) effigiem conor efficere: quæ hoc diuturnior erit, quo verior, melior, abſolutior fuerit. Vale.

XI. C. PLINIUS JULIO GENITORI SUO S.

ESt omnino Artemidori noſtri tam benigna natura, ut officia amicorum in majus extollat: inde etiam meum meritum, ut vera, ita ſupra meritum, prædicatione circumfert. Equidem quum eſſent philoſophi ab urbe ſummoti, fui apud

1 Spurinæ *Bod.* 2. 2 Cottiæ *Ald.* Chioſiæ *Bod.* 2. Cociæ *Lin.* Deeſt *Bod.* 1. 3 Deſcripſeram *Vulg.* 4 Spurina *Bod.* 1. 5 An ſolum *Bod.* 1. 6 Adicerem *Bod.* 1. *Lin.* 7 Conſuleretur *Lin.* 8 *Amicitius* quibuſdam placet. Rectius verò *amicius*. Nam ab amico comparativum fit amicior, quo frequenter utuntur *Cicero*, *Livius*, *Ovidius*, *Valerius*, &c. 9 Deeſt *Bod.* 1. *Lin.* *Ald.* 10 Affirmatis inter *Bod.* 1. 11 Judicetis *Bod.* 1. *Lin.* *Vulg.* quod minus placet. 12 *Difficile & vobis*, ſed legit *Grut.* fide membranarum *Franciſci Modii*.

illum

illum in ſuburbano: & quo notabilius [1] hoc periculoſiuſque eſſet, fui prætor. pecuniam etiam, qua tunc illi ampliore opus erat ut æs alienum exſolveret, contractum ex pulcerrimis cauſis, muſſantibus magnis quibuſdam & locupletibus amicis, mutuatus ipſe, gratuitam dedi. [2] Atque hæc feci, [3] tum ſeptem amicis meis aut occiſis aut relegatis; occiſis, [4] Senecione, Ruſtico, Helvidio; relegatis, Maurico, [5] Gratilla, [6] Arria, [7] Fannia; Tot circa me jactis fulminibus quaſi [8] ambuſtus, mihi quoque impendere idem exitium certis quibuſdam notis augurarer. Non ideo tamen eximiam gloriam meruiſſe me, ut ille prædicat, credo: ſed tantum effugiſſe flagitium. Nam & [9] C. Muſonium ſocerum ejus, (quantum licitum eſt per ætatem) cum admiratione dilexi, & Artemidorum ipſum, jam tum quum in Syria tribunus militarem, arcta familiaritate complexus ſum: idque primum nonnullius indolis dedi ſpecimen, quod virum aut ſapientem, aut proximum ſimillimumque ſapienti, intelligere ſum viſus. Nam ex omnibus [10] qui nunc ſe philoſophos vocant, vix unum aut alterum invenies tanta ſinceritate, tanta [11] veritate. mitto qua patientia corporis hyemes juxta & æſtates ferat, [12] ut nullis laboribus cedat, ut nihil in cibo [13] aut potu voluptatibus tribuat, ut oculos animumque contineat. Sunt hæc magna, ſed in alio: in hoc vero minima, ſi cæteris virtutibus comparentur: quibus meruit ut à C. Muſonio ex omnibus omnium ordinum affectatoribus gener aſſumeretur. Quæ mihi recordanti eſt quidem jucundum, quod me cum apud alios tum apud te tantis laudibus cumulet. vereor tamen ne modum excedat, quem benignitas ejus (illuc enim unde cœpi revertor) non ſolet tenere. Nam in hoc uno interdum, vir alioqui prudentiſſimus, honeſto quidem, ſed tamen errore verſatur, quod [14] pluris amicos [15] ſuos quam ſunt, arbitratur. Vale.

1 Hoc & periculoſius eſſet *Bod.* 1. *Lin.* Hoc eſt periculoſius eſſet *Bod.* 2. *Steph. Ald.* 2 Atque hoc *Bod.* 1 Atque ita hoc *Lin. Vulg. Scheffer.* legit *Atque iſta hæc feci.* 3 Cum *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald. Steph.* Et ſic legit *Caſaub.* connectitque (mutata diſtinctione) cum *augurarer* hoc modo: *Atque hæc feci, cum ſeptem amicis meis aut occiſis aut relegatis, (occiſis, Senecione, Ruſtico, Helvidio; relegatis, Maurico, Gratilla, Arria, Fannia) tot circa me jactis fulminibus quaſi ambuſtus, mihi quoque impendere idem exitium certis quibuſdam notis augurarer.* 4 Severione *Lin.* 5 Gracilla *Bod.* 1. 6 Quidam legunt *Arriano.* 7 Fania *Bod.* 1. Arna *Lin. Phaniâ* item à nonnullis legitur. 8 Combuſtus *Bod.* 1. 2. 9 Q. *Bod.* 1. 2. *Lin.* 10 Quos nunc philoſophos *Bod.* 1. 2. 11 Virtute *Vulg.* 12 Et *Lin.* 13 In *Bod.* 1. 2. *Ald.* Et *Lin.* 14 Plures *Vulg.* 15 Meos *Lin.*

XII. C. PLINIUS [1]CATILIO SUO S.

VEniam ad cœnam: ſed jam nunc paciſcor, ſit expedita, ſit parca: Socraticis tantum ſermonibus abundet: in [2] his quoque teneat modum. Erunt officia antelucana, in quæ incidere impune ne Catoni quidem licuit. quem tamen C. Cæſar ita reprehendit ut laudet. [3] deſcribit enim, eos quibus obvius [4] fuerat, quum caput ebrii retexiſſent, erubuiſſe: deinde [5] adjicit, *Putares non ab illis Catonem, ſed illos à Catone deprehenſos.* Potuitne plus auctoritatis [6] tribui Catoni, quam ſi ebrius quoque tam venerabilis erat? Noſtræ tamen cœnæ ut apparatus & impendii, ſic temporis modus conſtet. neque enim [7] ii ſumus quos vituperare ne inimici quidem [8] poſſint, niſi ut ſimul laudent. Vale.

XIII. C. PLINIUS [9]ROMANO SUO S.

LIbrum quo [10] nuper optimo principi [11] conſul" gratias egi, miſi exigenti tibi: miſſurus etſi non [12] exegiſſes. In hoc conſideres velim ut pulcritudinem materiæ, ita difficultatem. in cæteris enim lectorem novitas ipſa intentum habet: in [13] hoc nota, vulgata dicta ſunt omnia: quo fit ut quaſi otioſus ſecuruſque lector tantum eloquutioni vacet, in qua ſatisfacere difficilius eſt quum ſola æſtimatur. Atque utinam ordo ſaltem & tranſitus & figuræ ſimul ſpectarentur. nam invenire præclare, enunciare magnifice interdum etiam barbari ſolent: diſponere apte, figurare varie, niſi eruditis, negatum eſt. Nec vero [14] affectanda ſunt ſemper [15] elata & excelſa. nam ut in pictura lumen non alia res magis quam umbra commendat, ita orationem tam ſummittere quam attollere decet. Sed quid ego hæc doctiſſimo viro? quin potius [16] illud, annota quæ putaveris corrigenda. Ita enim magis credam cætera tibi placere, ſi quædam diſplicuiſſe cognovero. Vale.

1 Catilio Severo *Bod.* 1. 2. *Lin.* 2 Iis *Bod.* 1. 2. 3 Malim (inquit *Caſaub.*) *Scribit enim.* Syllaba *de* ex fine præcedentis vocis hujus initio malè adhæſit. 4 Fuerit *Bod.* 2. *Pal.* Poterat autem (notante *Grut.*) tota illa vox abeſſe. 5 Adicit *Bod.* 1. *Ald.* 6 Catoni imponi *Lin.* 7 Hi *Lin.* 8 Poſſunt *Lin.* 9 Voconio Rom. *Bod.* 1. 2. *Lin. Vulg.* 10 Nunc *Lin.* 11 Deeſt *Vulg.* 12 Egiſſes *MS. el. Min.* 13 Hac *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald.* 14 Adjecta *Bod.* 1. 15 Et lata *Lin.* 16 Illa *Lin.*

XIV. C. PLINIUS ACILIO SUO S.

REm atrocem, nec tantum epiſtola dignam, Largius Macedo, vir prætorius, à ſervis ſuis paſſus eſt: ſuperbus alioqui dominus & 1 ſævus, & qui ſerviſſe patrem ſuum parum, immo 2 minimum meminiſſet. Lavabatur in villa Formiana: repente eum ſervi circumſiſtunt: alius fauces invadit, alius os verberat, alius pectus, & ventrem, atque etiam (fœdum dictu) verenda contundit: & quum exanimem putarent, 3 abjiciunt in fervens pavimentum, ut experirentur an viveret. Ille, ſive quia non ſentiebat, ſive quia 4 ſe" non ſentire ſimulabat, immobilis & extentus fidem peractæ mortis implevit. tum demum, quaſi æſtu ſolutus, effertur: excipiunt ſervi fideliores: concubinæ cum ululatu & clamore concurrunt. Ita & vocibus excitatus, & recreatus loci frigore, ſublatis oculis agitatoque corpore, vivere ſe (& jam tutum erat) confitetur. Diffugiunt ſervi: quorum magna pars comprehenſa eſt, cæteri requiruntur: ipſe paucis diebus ægre 5 refocillatus, non ſine ultionis ſolatio 6 deceſſit, ita vivus vindicatus ut occiſi ſolent. Vides quot periculis, quot contumeliis, quot ludibriis 7 ſimus obnoxii: nec eſt quod quiſquam poſſit eſſe ſecurus, quia ſit remiſſus & mitis. non enim judicio domini, ſed ſcelere perimuntur. Verum hæc hactenus. Quid præterea novi? Quid? nihil: alioqui ſubjungerem. nam & charta adhuc ſupereſt, & dies feriatus patitur plura contexi. Addam quod opportune de eodem Macedone ſuccurrit, quum in publico Romæ lavaretur, notabilis, 8 atque etiam, ut exitus docuit, ominoſa res accidit. Eques Romanus à ſervo ejus, ut tranſitum daret, manu leviter admonitus, convertit ſe, nec ſervum à quo erat tactus, ſed ipſum Macedonem tam graviter palma percuſſit, ut pene concideret. Ita balineum illi, quaſi per gradus quoſdam, primum contumeliæ locus, deinde exitii 9 fuit. Vale.

1 Servus *Vulg.* non ita bene. 2 *Lipſius* (in Not. ad *Tacit.* Hiſt.) pro *minimum*, *nimium* legit. Quia ſervi enixi in altum ex humili non ideo tantum ſuperbiam induunt, quod dememinerint fortunæ prioris, ſed quod meminerint maxime: dum ipſa illius memoria ſtimulos ſubjicit, utendi improbius ac impotentius felicitate præſenti. Prior autem lectio placet *Buchnero*. 3 Abiciunt *Bod.* 1. 2. 4 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Ald.* 5 Focillatus *Bod.* 1. 2. 6 Diſceſſit *Lin.* 7 Sumus *Bod.* 1. *Lin.* 8 Et ut exit. *Vulg.* 9 Finis *Lin.*

XV. C. PLINIUS PROCULO SUO S.

PEtis ut libellos tuos in ſeceſſu legam, [1] examinemque an editione [2] ſint digni: [3] adhibes preces: allegas exemplum. Rogas [4] etiam, ut aliquid [5] ſucciſivi temporis ſtudiis meis ſubtraham, impertiam tuis. adjicis, M. Tullium mira benignitate poëtarum [6] ingenia foviſſe. Sed ego nec rogandus ſum nec hortandus. nam [7] &" poëticen ipſam religioſiſſime veneror, & [8] te" validiſſime diligo. Faciam ergo quod deſideras, tam diligenter quam libenter. Videor [9] autem jam nunc poſſe reſcribere eſſe opus pulcrum, nec ſupprimendum, quantum æſtimare licuit ex [10] iis quæ me præſente recitaſti: ſi modo mihi non impoſuit recitatio tua. legis enim ſuaviſſime & peritiſſime. Confido tamen, me non ſic auribus duci, ut omnes aculei judicii mei illarum delinimentis [11] refringantur: [12] hebetantur fortaſſe & paululum [13] retunduntur, [14] revelli quidem extorquerique non poſſunt. Igitur non temere jam nunc de univerſitate pronuncio: de partibus [15] experiar legendo. Vale.

XVI. C. PLINIUS NEPOTI SUO S.

ADnotaſſe videor, facta dictaque virorum fœminarumque [1] illuſtrium" alia clariora eſſe, alia majora: confirmata eſt opinio mea heſterno [17] Fanniæ ſermone. neptis hæc Arriæ illius, quæ marito & ſolatium mortis & exemplum fuit. Multa referebat aviæ ſuæ non minora hoc, ſed obſcuriora: quæ tibi exiſtimo tam mirabilia legenti fore quam mihi audienti fuerunt. Ægrotabat [18] Cæcinna Pætus, maritus ejus, ægrotabat & filius, [19] uterque mortifere, ut videbatur: filius deceſſit, eximia pulcritudine, pari verecundia, & parentibus non minus ob alia carus quam quod filius erat. huic illa ita funus paravit, ita duxit exſequias, ut ignoraret maritus.

1 Examinem an *Bod.* 1. 2. *Lin.* 2 Sunt *Lin.* 3 Adjicis *Vulg.* 4 Enim *Bod.* 1. *Ald.* 5 Subciſivi *vel* ſubceſivi *Vulg.* 6 Studia *Vulg.* 7 Deeſt *Bod.* 1. *Lin.* 8 Deeſt *Lin.* 9 Autem nunc poſſe opus pul. nec ſuppr. affirmare: quantum æſt. *Vulg.* 10 His *Lin.* 11 Reſtringantur *Lin. Pal.* 12 Hebetentur *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald. Pal.* 13 Retundantur *Bod.* 1, 2. *Lin. Ald. Pal.* 14 Evelli *Lin.* 15 Legendo experior *Lin.* 16 Deeſt *Bod.* 1 2. *Lin. Ald.* 17 Faniæ *Lin.* 18 Apud *Dionis* abbreviatorem mendoſe ſcriptum eſt de *Arriâ*, γυνὴ Καικίννα ὑπάτου pro γυνὴ Καικίννα Πάϊτου, id eſt *uxor Cæcinni Pati*. Quod miror nec *Leunclavium*, nec alium aliquem *Dionis* interpretum animadvertiſſe. 19 Utrique *Vulg.*

quinimmo

quinimmo [1] quoties cubiculum ejus intraret, vivere filium atque etiam commodiorem esse simulabat. Ac persæpe interroganti *quid ageret puer*, respondebat, *Bene quievit, libenter cibum sumpsit*. Deinde quum diu cohibitæ lacrymæ vincerent prorumperentque, egrediebatur. [2] tunc se dolori dabat. satiata, siccis oculis, composito vultu [3] redibat tanquam orbitatem foris reliquisset. Præclarum [4] quidem" illud ejusdem ferrum stringere, perfodere pectus, extrahere pugionem, porrigere marito, addere vocem immortalem ac pene divinam, *Pæte, non dolet*. Sed tamen ista facienti *5* dicentique gloria & æternitas ante oculos erant: quo majus est sine præmio æternitatis, sine præmio gloriæ abdere lacrymas, operire luctum, amissoque filio matrem adhuc agere. Scribonianus arma [6] in [7] Illyrico contra Claudium moverat: fuerat Pætus in partibus, [8] &" occiso Scriboniano, Romam trahebatur. Erat ascensurus navem, Arria milites orabat ut simul imponeretur. *Nempe enim* (inquit) *daturi estis consulari viro servulos aliquos quorum è manu cibum capiat, [9] à quibus vestiatur", à quibus calcietur: omnia [10] vel" sola præstabo*. Non impetravit. conduxit piscatoriam naviculam ingensque navigium minimo secuta est. Eadem apud Claudium uxori Scriboniani, quum illa profiteretur indicium, *Ego* (inquit) *te audiam, cujus in gremio Scribonianus occisus est, & vivis*? Ex quo manifestum est, ei consilium pulcerrimæ mortis non subitum fuisse. Quinetiam quum Thrasea gener ejus deprecaretur ne mori pergeret, interque alia dixisset, *Tu vis ergo filiam tuam, si mihi pereundum fuerit, mori mecum?* respondit, *Si tamdiu tantaque concordia vixerit tecum, [11] quam ego cum Pæto, volo*. Auxerat hoc responso curam suorum. attentius custodiebatur: sensit, &, *Nihil agitis*, inquit. *potestis enim efficere ut male moriar: [12] ne moriar, non potestis*. Dum [13] hæc dicit, [14] exsiluit cathedram, adversoque parieti caput ingenti impetu impegit, & corruit. [15] Refocillata, *Dixeram* (inquit) *vobis, inventuram me quamlibet duram ad mortem viam, si vos facilem ne-*

1 Et quoties *Ald.* 2 Tum *Bod.* 1. 2. *Lin.* 3 *Ridebat* quidam legunt. Sed ridicule. 4 Deest *Vulg.* 5 Dicenti glor. *Bod.* 1. *Ald.* Diligentique glor. *Lin.* 6 Deest *Bod.* 1. *Steph. Ald. Vulg.* 7 Alii scriptores dicunt mota esse arma in *Dalmatiâ*. Quare (ut notat *Catan.*) probata lectio est, *arma Illyrico moverat*, ut ex *Dalmatiâ*, quam obtinebat, *Illyricum* invaserit 8 Deest *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald.* 9 Desunt *Lin.* 10 Deest *Bod.* 1. *Lin.* 11 Qua *Bod.* 1. Quanta *Bod.* 2. 12 Ut non *Lin.* 13 Hoc *Lin.* 14 *Exsiluit cathedram* (quod in omnibus Codd. MSS. & Editt. vetustioribus exstat) est phrasis *Plinio* nostro solùm peculiaris, ut in Præf. ad suam Edit. notavit *Stephanus*. Jos. autem *Scaligerus* hunc locum suspexit, ideoque literam (*m*) delevit, ut patet ex notatiunculis ejus MSS. in margine Exemplaris Edit. *Steph.* in Bibl. *Bodl.* exstantis. 15 Focillata *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald.*

gasse tis

gaſſetis. Videnturne hæc tibi majora illo, *Pæte, non dolet,* ad quod per [1] hæc perventum eſt? quum interim illud quidem, ingens fama; [2] hæc, nulla circumfert. Unde colligitur, quod [3] initio dixi, alia eſſe clariora, [4] alia majora. Vale.

XVII. C. PLINIUS [5] SEVERIANO SUO S.

[6] REctene omnia, quod jampridem epiſtolæ tuæ ceſſant, [7] an ~~non~~ [8] omnia recte? [9] ſed occupatus es tu? [10] An tu occupatus, ſed occaſio ſcribendi vel rara vel nulla? Eximè hunc mihi ſcrupulum, cui par eſſe non poſſum. Eximè autem vel data opera tabellario miſſo: ego viaticum, ego etiam præmium dabo: nunciet [11] mihi modo quod opto. Ipſe valeo: ſi valere eſt, ſuſpenſum & anxium vivere, exſpectantem in horas timentemque pro capite amiciſſimo quicquid accidere [12] homini poteſt. Vale.

XVIII. C. PLIN. [13] SEVERO SUO S.

OFficium conſulatus injunxit mihi ut reipub. nomine principi gratias agerem. quod ego in ſenatu quum ad rationem & loci & temporis ex more feciſſem, bono civi convenientiſſimum credidi, eadem illa ſpatioſius & uberius volumine amplecti. primum ut imperatori noſtro virtutes ſuæ veris laudibus commendarentur: deinde ut futuri principes non quaſi à magiſtro, ſed tamen ſub exemplo præmonerentur, qua potiſſimum via poſſent ad eandem gloriam niti. Nam præcipere qualis eſſe debeat princeps, pulcrum quidem, ſed oneroſum, ac prope ſuperbum eſt: laudare vero optimum principem, ac per hoc poſteris, velut è ſpecula, lumen quod ſequantur oſtendere, idem utilitatis habet, arrogantiæ nihil. Cepi autem non mediocrem voluptatem, quod hunc librum quum amicis recitare voluiſſem, non per codicillos,

1 Hoc *Bod.* 2. *Lin.* malè. 2 Hoc *Bod.* 2. *Lin.* 3 In init. *Lin.* 4 Alia eſſe *Lin.* 5 Serviano *Bod.* 1. 2. *Lin. Steph. Ald.* Utrumque nomen in Hiſtoria horum temporum celeberrimum. 6 Totum hujus epiſtolæ principium (inquit *Caſaub.*) ita depravatum eſt in omnibus codicibus, ut *Oedipo* videatur opus. Duplici proinde modo emendat, (1) *Rectene omnia, quod jam pridem epiſtola tuæ ceſſant, an omnia quidem recte, ſed occupatus es tu? An tu non occupatus, ſed occaſio ſcribendi vel rara vel nulla?* (2) *Rectene omnia (quod jam pridem epiſtolæ tuæ ceſſant) annon omnia recte? Vel occupatus es, &c.* 7 An omnia *Bod.* 1. *Pal.* 8 Deeſt *Lin.* 9 An *Lin.* 10 An tu non oc. *Bod.* 1. 2. *Steph. Pal. Ald.* Deſunt *Lin.* 11 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin.* 12 Deeſt *Bod.* 1. 13 Servo *Ald.* Curio Severo *Bod.* 1. 2.

non

non per libellos, ſed ſi [1] commodum eſſet & ſi valde vacaret, admoniti (nunquam [2] porro", aut valde raro, vacat Romæ, aut [3] commodum eſt audire recitantem) fœdiſſimis inſuper tempeſtatibus per biduum convenerunt: quumque modeſtia mea finem recitationi facere voluiſſet, ut adjicerem tertium diem exegerunt. Mihi hunc honorem habitum putem, an ſtudiis? Studiis malo, quæ prope exſtincta refoventur. At cui materiæ hanc ſedulitatem præſtiterunt? nempe [4] quam in ſenatu quoque, ubi perpeti neceſſe erat, gravari tamen vel puncto temporis ſolebamus, eandem nunc [5] & recitare & qui audire triduo velint, inveniuntur: non quia eloquentius quam prius, ſed quia liberius, ideoque etiam libentius ſcribitur. Accedet ergo hoc quoque laudibus principis noſtri, quod res antea tam inviſa quam falſa, nunc ut vera, ita amabilis facta eſt. Sed ego cum ſtudium audientium, tum judicium mire probavi. [6] animadverti enim ſeveriſſima quæque vel maxime ſatisfacere. Memini [7] quidem me non multis recitaſſe quod omnibus ſcripſi: nihilominus tamen, tanquam ſit eadem omnium futura ſententia, hac ſeveritate aurium lætor. Ac ſicut olim theatra male muſicos canere docuerunt, ita nunc in ſpem adducor poſſe fieri ut eadem theatra bene canere muſicos doceant. Omnes enim qui placendi cauſa ſcribunt, qualia placere viderint, [8] ſcribent: [9] at mihi quidem confido in hoc genere materiæ [10] latioris ſtyli conſtare rationem, quum ea potius quæ preſſius & adſtrictius, quam illa quæ hilarius & quaſi exſultantius ſcripſi, poſſint videri accerſita & inducta. Non ideo tamen ſegnius precor ut quandoque [11] veniat dies: utinamque jam venerit, quo auſteris illis ſeveriſque dulcia, hæc blandaque [12] vel juſta poſſeſſione decedant. Habes acta mea tridui: quibus cognitis volui tantam te voluptatis abſentem, [13] &" ſtudiorum nomine & meo capere, quantum præſens [14] percipere potuiſſes. Vale.

1 Commodum ac valde vac. *Lin.* com. & ſi valde vac. *Bod.* 1. commodum & ſi vac. *Ald.* com. eſſet & valde vac. *Vulg.* 2 Deeſt *Bod.* 1. 3 Commode *Bod.* 1. 4 Qua *Bod.* 2. Unde confirmatur *Scheffери* conjectura, qui legendum putat, *nempe qua in ſenatu quoque.* Fruſtra igitur *Catanæus* refert *quam* ad *ſedulitatem*: nam ita ſequens *gravari* non habet unde pendeat. Si *qua* legatur, ordo eſt: *qua (materia) ſolebamus gravari in ſenatu, ubi neceſſe erat perpeti, eandem (materiam) audire qui velint, reperiuntur.* 5 Et qui *Bod.* 2. *Ald. Steph.* 6 Adverti *Bod.* 1. 2. 7 Equidem non *Lin.* 8 Scribant *Lin.* 9 Ac *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald.* Et ſic legendum conjicit *Caſaub.* qui τεκτίαν σιγμὴν poſt *ſcribent* vult poni. 10 Elatioris *Bod.* 2. lætioris *Ald. Stpph.* 11 Eveniat *Bod.* 1. 12 Ut juſta *Vulg.* 13 Deeſt *Bod.* 1. 14 Præcipere *MS. Cl. Mis.*

XIX. C. PLINIUS [1] CALVISIO [2] RUFO SUO S.

ASſumo te in conſilium rei familiaris, ut ſoleo. Prædia agris meis vicina, atque etiam inſerta, venalia ſunt. in his me multa ſolicitant, aliqua nec minora deterrent. Solicitat primum ipſa pulcritudo jungendi: deinde, quod non minus utile quam voluptuoſum, poſſe utraque eâdem operâ, eodem viatico inviſere, ſub eodem procuratore, ac pene [3] iiſdem actoribus habere, unam villam colere & ornare, [4] alteram tantum tueri. Ineſt huic computationi ſumptus ſupellectilis, ſumptus atrienſium, topiariorum, fabrorum, atque etiam venatorii inſtrumenti: quæ plurimum refert, unum in locum conferas, an in diverſa [5] diſpergas. Contra, vereor ne ſit incautum, rem tam magnam iiſdem tempeſtatibus, iiſdem caſibus ſubdere. Tutius videtur incerta fortunæ poſſeſſionum varietatibus experiri. Habet etiam multum jucunditatis ſoli cœlique mutatio, ipſaque illa peregrinatio [6] interſita. Jam, quod deliberationis noſtræ caput eſt, agri ſunt fertiles, pingues, aquoſi: conſtant campis, vineis, ſilvis, quæ materiam 7 &c. ex ea redditum ſicut modicum, ita [8] ſtatum præſtant. Sed hæc felicitas terræ imbecillis cultoribus fatigatur. nam poſſeſſor prior ſæpius vendidit pignora: & dum reliqua colonorum minuit ad tempus, vires in poſterum exhauſit, quarum defectione [9] rurſus reliqua creverunt. Sunt ergo [10] inſtruendi [11] complures frugi mancipes. nam nec ipſe [12] uſquam vinctos habeo, [13] nec ibi quiſquam ſupereſt. Ut ſcias quanti videantur poſſe emi,

1 Multi Codices habent *Clauſium*, ſi fides *Catanæo*. 2 Ruffo *Bod.* 1. 2. 3 Hiſdem *Lin. Bod.* 1. Quomodo & vetuſtiſſimis Codd. MSS. ſemper ſcriptum reperitur: quod etiam teſtatur *Gravius* in Notis ad *Suetonium*. 4 *Unam* legit *Latinius*. 5 Reſpergas *Lin.* 6 *Gronovius* putat legendum, *inter ſua*: quam conjecturam comprobari putat ex *Senec.* Ep. xc. *Licet in provinciarum ſpatium rura dilatet, & poſſeſſionem vocet per ſua longam peregrinationem.* At viro ſummo non aſſentitur *Scheffer.* *Peregrinari* enim *per ſua* (apud *Senec.*) idem eſt ac *peregrinari in ſuis.* Noſter autem vult contrarium, & poſſeſſiones ſive prædia non debere conjuncta eſſe, vel cohærere, ſed diviſa ſpaciis, ne iiſdem caſibus tempeſtatum ſint obnoxia. Vult ergo intercedere per iſta media ſpacia peregrinationem, quam hic vocat *interſitam.* 7 Deeſt *Lin.* 8 Statutum *Ald.* 9 In editione *Catanæi* & quibuſd. aliis ſcribitur: *rubus & reliqua incommoda creverunt.* 10 Inſtituendi *Lin.* 11 Eo plures quod frugi mancipiis colitur. nam &c. *Vulg.* Eo plures quod frugi mancipiis. nam &c. *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald.* Eo plures, quod frugi mancipes. nam &c. *Pal. Gronovius* ſcribit: *eo pluru, quod frugi, mancipes.* &c. Sed eum non audit *Scheff.* 12 Unquam *MS. Cl. Min.* 13 Vix eſt, (inquit *Grut.*) ut non debeat interpungi: *nec ibi quiſquam. Supereſt ut ſcias, &c.*

ſeſtertio

ſeſtertio tricies : non quia non [1] aliquando" [2] quinquagies fuerint, verum & hac penuria colonorum & communi temporis iniquitate, ut redditus agrorum, [3] ſic etiam pretium retro abiit. Quæris an hoc ipſum tricies facile colligere poſſimus? ſum quidem [4] prope" totus in prædiis, [5] aliquid tamen fœnore, nec moleſtum erit mutuari. Accipiam à ſocru, cujus arca non ſecus ac mea utor. Proinde hoc te non moveat, ſi cætera non refragantur : quæ velim quam diligentiſſime examines. Nam cum in omnibus rebus, tum in diſponendis facultatibus plurimum tibi & uſus & providentiæ ſupereſt. Vale.

XX. C. PLINIUS [6] MAXIMO SUO S.

MEminiſtine te ſæpe legiſſe quantas contentiones [7] excitarit lex tabellaria, quantumque ipſi latori vel gloriæ vel reprehenſionis attulerit? At nunc in ſenatu ſine ulla [8] diſſenſione hoc [9] quidem, ut optimum, placuit. Omnes comitiorum die [10] tabellas poſtulaverunt. [11] Exceſſeramus ſane manifeſtis illis apertiſque ſuffragiis licentiam concionum. non tempus loquendi, non tacendi modeſtia, non denique [12] ſedendi dignitas cuſtodiebatur. Magni undique diſſonique clamores : procurrebant omnes cum ſuis candidatis : multa agmina in medio, multique circuli & indecora confuſio : adeo deſciveramus à conſuetudine parentum apud quos omnia diſpoſita, moderata, tranquilla, majeſtatem [13] loci" pudoremque [14] retinebant. Superſunt ſenes, ex quibus audire ſoleo hunc ordinem comitiorum. Citato nomine candidati, ſilentium ſummum. Dicebat ipſe [15] pro ſe, vitam ſuam explicabat, teſtes & laudatores dabat, vel eum ſub quo [16] militaverat, vel eum [17] cui quæſtor fuerat : vel utrumque, ſi poterat. Addebat quoſdam ex ſuffragatoribus : illi graviter & [18] paucis loquebantur. plus hoc quam preces proderat. Nonnunquam candidatus aut natales competitoris, aut annos, aut etiam mo-

1 Alioquin *Bod.* 1. 2 Quinquagieſies *Bod.* 2. 3 Ita *Lin.* 4 Deeſt *Bod.* 1. 5 Placet *Cauſaubono* validiſſime *Lectii* conjectura, qui trajectis litterulis duabus ita hunc locum emendat : *aliquid tamen fœnero.* Ex conjecturâ *Buchneri* legend. *aliquis tamen fœnore*, ſive, *in fœnore* : ut *aliquis τῷ totus* reſpondeat. Quanquam utrumque dicitur, & *eſſe aliquem* & *eſſe aliquid.* Illud *fœnore* in quibuſd. deeſt. 6 Metio Max. *Bod.* 1. 2. *Lin.* Meſſio Max. *Vulg.* 7 Excitaverit *Bod.* 2. 8 Defenſione *Bod.* 1. *Vulg.* 9 Idem *Lin. Ald. Pal.* 10 Tabulas *Bod.* 1. 11 Exceſſ. ſanè modum *Vulg.* 12 Sedenti *Ald. Steph. Vulg.* 13 Deeſt *Lin.* 14 Servabant *Bod.* 1. Sed in *margine* habetur *retinebant.* 15 Per *Bod.* 2. 16 Quoſdam *Legatus erat* vel *Legatus fuerat* legiſſe *Catanæus* inſinuare videtur. 17 Sub quo *Lin.* 18 Parcè *Lin.*

res arguebat. audiebat ſenatus gravitate cenſoria: ita ſæpius digni quam gratioſi prævalebant. Quæ nunc immodico favore corrupta, ad tacita ſuffragia, quaſi ad remedium, [1] decurrerunt. quod interim plane remedium fuit: erat enim novum & ſubitum. ſed vereor ne procedente tempore ex ipſo remedio vitia naſcantur. eſt enim periculum ne tacitis ſuffragiis impudentia irrepat. Nam quotocuique eadem honeſtatis cura ſecreto, quæ [2] palam? Multi famam, conſcientiam pauci verentur. Sed nimis cito de futuris: interim [3] beneficio tabellarum habebimus magiſtratus, qui maxime fieri debuerunt. nam ut in recuperatoriis judiciis, ſic nos in his comitiis, quaſi repente apprehenſi, ſinceri judices fuimus. Hæc tibi ſcripſi, primum ut aliquid novi ſcriberem, deinde ut nonnunquam de republica loquerer, cujus materiæ nobis quanto rarior quam veteribus occaſio, tanto minus omittenda eſt. Et hercule quouſque illa [4] vulgaria: *Eho, quid agis? ecquid commode vales?* Habeant noſtræ quoque literæ aliquid non humile, nec ſordidum, nec privatis [5] rebus incluſum. Sunt quidem cuncta ſub unius arbitrio, qui pro utilitate communi ſolus omnium curas laboreſque [6] ſuſcepit: quidam tamen ſalubri [7] quodam" temperamento ad nos quoque, velut rivi [8] ex illo benigniſſimo fonte decurrunt, quos & haurire ipſi & abſentibus amicis quaſi miniſtrare epiſtolis poſſumus. Vale.

XXI. C. PLINIUS [9] PRISCO SUO S.

AUdio Valerium Martialem deceſſiſſe, & moleſte fero. Erat homo ingenioſus, acutus, acer, & qui plurimum in ſcribendo & ſalis haberet & fellis, nec candoris minus. Proſequutus eram viatico ſecedentem. dederam hoc amicitiæ, dederam [10] etiam" verſiculis quos de me compoſuit. Fuit moris [11] antiqui, eos qui vel ſingulorum laudes vel urbium ſcripſerant, aut honoribus aut pecunia ornare: noſtris vero temporibus, ut alia ſpecioſa & egregia, ita hoc in primis exolevit. Nam poſtquam deſiimus facere laudanda, laudari quoque ineptum putamus. Quæris qui [12] ſint verſiculi quibus gratiam [13] retulerim? Remitterem te ad ipſum volumen, niſi

1 Cucurrerunt *Bod.* 1. 2 Palam eſt *Bod.* 2. 3 De beneficio *Lin.* 4 Vulg.? quid agis? Eho, quid commode val? *Bod.* 1 Vulg.? quid agis? Eho, quid? commode val.? *Bod.* 2. Vulg.? quid agis? Eho, ecquid comm. val.? *Ald.* 5 In rebus *Lin.* 6 Suſcipit *Lin.* 7 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald.* 8 Ab *Lin.* 9 Cornelio Priſco *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald.* 10 Deeſt *Lin.* 11 Antiquis *Bod.* 1 *Lin. Vulg.* 12 Sunt *Lin.* 13 Retuli *Bod.* 2.

quoſdam

quoſdam tenerem: tu, ſi placuerint hi, cæteros in [1] libro requires. Alloquitur [2] Muſam, mandat ut domum meam [3] in Exquiliis [4] quærat, adeat reverenter:

Sed ne tempore non tuo diſertam
Pulſes ebria januam, [5] videto.
Totos dat tetricæ dies Minervæ,
Dum centum [6] ſtudet auribus virorum
[7] Hoc quod ſecula poſterique poſſint
Arpinis [8] quoque comparare chartis.
Seras tutior ibis ad lucernas,
Hæc hora [9] eſt tua quum furit Lyæus:
[10] Quum regnat roſa, [11] quum madent capilli,
Tunc me vel rigidi legant Catones.

Meritone eum qui hæc de me ſcripſit, & tunc dimiſi amiciſſime, & nunc, ut amiciſſimum, defunctum eſſe doleo? Dedit enim mihi quantum [12] maximum potuit, daturus amplius, ſi potuiſſet. Tametſi quid homini poteſt dari majus quam gloria, [13] & laus, & [14] æternitas? At non erunt æterna quæ ſcripſit. Non erunt fortaſſe: ille tamen ſcripſit tanquam eſſent futura. Vale.

1 Libros *Bod.* 1. 2 Vide *Martialis* Epigr. Lib. X Ep. 19. 3 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald.* 4 Requirat *Bod.* 1. 5 *Caveto* antiquitus lectum fuiſſe notat *Catan.* 6 *Vacat* reperi in *Cod. MS.* Membranaceo (nitidiſſime ſcripto, ſed à manu recentiori) epigrammatum *Martialis* in Bibliotheca *Bodlejanâ*, num. NE. D. 3. 10. 7 An licet divinare? *Hae quod ſecula*, &c. Vid. *Grut.* not. ad *Martialem.* 8 Æque *Lin.* 9 Eſt furis qua Lyæus *Bod.* 2. Eſt tuta quum &c. *MS. Martialis* ſupradict. NE. D. 3. 10. 10 Dum *Lin. Pal.* 11 Dum *Lin Pal.* 12 Maxime *Vulg. Barthius* legit *maximi.* 13 Deeſt *Bod.* 2. *Lin.* 14 Æternitas harum? *Bod.* 1.

LIBER IV.

I. C. PLINIUS FABATO [1] PROSOCERO SUO S.

CUPIS post longum tempus neptem tuam meque una videre: gratum est utrique nostrum quod cupis: [2] mutuo mehercule. Nam invicem nos incredibili quodam desiderio vestri tenemur, quod non ultra [3] differemus. Atque adeo jam farcinulas [4] alligamus, festinaturi quantum itineris ratio permiserit. [5] Erit una, sed brevis, mora: deflectemus in Thuscos, non ut agros remque familiarem oculis [6] subjiciamus (id enim postponi potest,) sed ut fungamur necessario officio. Oppidum est prædiis nostris vicinum: nomen [7] Tifernum Tiberinum, quod me pene adhuc puerum patronum cooptavit: [8] tanto majore studio, quanto minore judicio adventus meos celebrat, profectionibus angitur, honoribus gaudet. In hoc ego ut referrem gratiam (nam vinci in amore turpissimum est) templum pecunia mea exstruxi, cujus dedicationem, quum sit paratum, differre longius irreligiosum est. Erimus ergo ibi dedicationis die, quem [9] epulo celebrare constitui. subsistemus fortasse & sequenti [10] die": sed tanto magis viam ipsam corripiemus. Contingat modo te filiamque tuam fortes invenire; nam hilares certum est, si nos incolumes receperitis. Vale.

1 Socero *Lin. Fabato* deest *Bod.* 2. 2 *Mutuoque hercule* legit *Barthius*, concinne. 3 Differimus *Lin.* 4 Alligavimus *Bod.* 2. *Lin. Pal.* 5 Erit enim *Lin.* 6 Subiciamus *Bod.* 1. 7 Trifernium Tib. *Bod.* 1. *Lin.* Tifernium Tiberinum *Ald* Tiferni Tiberini *Vulg.* Procul dubio legendum *Tifernum*; cum *Tiberinum* à *Plinio* nostro adjectum sit ad differentiam *Tiferni* quod incolunt *Dauni*, ut videre est apud *Pomp. Melam.* (L. II. c. 4.) Fateor tamen ad marginem exemplaris *Pomp. Mel.* ex edit. *And. Schotti Antv.* M. D. LXXXII. in Bibliothecâ *Bodlejanâ* reservati, varias lectiones manuscriptas plurimas haberi, inter quas pro *Tifernum* legitur *Trifernum*. Hoc autem nequaquam probat *Tifernum* non esse scripturam genuinam; cum *Plinius* major (l. III. c. 14.) diserte scribat: *Tifernates, cognomine Tiberini*, &c. Quin & *Ptolemæus* istius oppidi meminit, τίφερνον id appellans, quod idem est ac *Tifernum*. 8 Repete ex fine præcedentis dictionis (inquit *Casaub.*) syllabam *it*, ac lege, *id tanto maj.* 9 Et ibi cel. *Bod.* 1. In *Bod.* 2. *Epulo* immediate sequitur *erimus*. 10 Deest *Bod.* 1. 2.

II. C.

II. C. PLINIUS CLEMENTI SUO S.

REgulus filium amiſit: hoc uno malo indignus, quod neſcio an malum putet. Erat puer acris ingenii, ſed ambigui: qui tamen poſſet recta ſectari, ſi patrem non referret. Hunc Regulus emancipavit, ut hæres matris exiſteret. 1 Emancipatum (ita vulgo ex moribus hominis loquebantur) fœda & inſolita, parentibus indulgentiæ ſimulatione captabat. Incredibile 2 eſt"; ſed Regulum cogita. Amiſſum tamen luget 3 inſane". Habebat puer 4 manulos multos & 5 vinctos & ſolutos: habebat canes majores minoreſque: habebat luſcinias, pſittacos, merulas: omnes Regulus circa rogum trucidavit. nec dolor erat ille, ſed oſtentatio doloris. Convenitur ad eum mira celebritate. cuncti deteſtantur, oderunt, 6 & quaſi probent, quaſi diligant, curſant, frequentant: utque breviter quod ſentio enunciem, in Regulo demerendo, Regulum imitantur. Tenet ſe trans Tiberim in hortis, in quibus latiſſimum ſolum porticibus immenſis, ripam ſtatuis ſuis occupavit: ut eſt 7 in ſumma" avaritia ſumptuoſus, in ſumma infamia glorioſus. Vexat ergo civitatem 8 inſaluberrimo tempore: & quod vexat, ſolatium putat. Dicit ſe velle ducere uxorem: hoc quoque, ſicut alia, perverſe. 9 audies brevi nuptias lugentis, 10 nuptias ſenis": quorum alterum, immaturum: alterum, ſerum eſt. Unde 11 hoc" augurer quæris? non quia affirmat ipſe (quo mendacius nihil eſt) ſed quia certum eſt Regulum eſſe facturum quicquid fieri non oportet. Vale.

III. C. PLINIUS 12 ANTONINO SUO S.

QUod ſemel atque iterum conſul fuiſti, ſimilis antiquis, quod proconſul Aſiæ, qualis ante 13 te", 14 qualis" poſt

1 Mancipatum *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald. Pal.* Recte. Tale enim quid requirunt verba parentheſi incluſa. 2 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald.* 3 Deeſt *Bod.* 1. 4 *Mannulos* legit *Latinius.* 5 Junctos *Bod.* 1. *Pal.* 6 Melius forſan (ut conjicit *Grut.*) *ſed quaſi.* 7 Deſunt *Lin.* 8 In ſaluberrimo *Bod.* 1. *Lin. Ald. Steph.* Recte, & accipiendum de anni tempore, contra quam *Catanæus* fecit. 9 Audias *Lin.* 10 Deſunt *Lin.* 11 Deeſt *Lin.* 12 Adriano *Bod.* 1. 2. *Lin. Pal. Ald.* Sed *Antonino* eſt vera lectio. Hic enim fuit, *Martiale* teſtante, poëta inſignis, & bis Conſul, prout *Julius Capitolinus* & *Spartianus* referunt. Et quamvis *Adrianus* fuerit etiam doctiſſimus, & utraque linguâ carmina ſcripſerit, tamen hæc potiſſimum ratione Epiſtola hæc non potuit ſub *Trajano* ſcribi *Adriano*, qui tunc non erat princeps civitatis, ſed admodum juvenis. 13 Deeſt *Bod.* 2. 14 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin. Pal.*

te

te vix unus aut alter, (non ſinit enim me verecundia tua dicere, qualis nemo) quod ſanctitate, quod auctoritate, [1] ætate quoque princeps civitatis: [2] eſt quidem venerabile & pulcrum: ego tamen [3] te vel magis in [4] remiſſioribus miror. Nam ſeveritatem iſtam pari jucunditate condire, ſummæque gravitati tantum comitatis adjungere, non minus difficile quam magnum eſt. Id tum incredibili quadam ſuavitate ſermonum, tum vel præcipue ſtylo aſſequeris. nam & loquenti tibi illa Homerici ſenis mella profluere, & quæ ſcribis complere apes [5] floribus, & innectere videntur. Ita certe ſum [6] refectus ipſe quum Græca epigrammata tua, [7] quum [8] iambos [9] proxime legerem. quantum ibi humanitatis, [10] venuſtatis! quam dulcia illa! [11] quam amantia! quam antiqua! quam arguta! quam recta! Callimachum me, vel [12] Herodem, vel ſi quid his melius, tenere credebam: quorum tamen neuter utrumque aut abſolvit aut attigit. Hominemne Romanum tam Græce loqui? non medius fidius ipſas Athenas tam Atticas dixerim. Quid multa? Invideo Græcis, quod illorum lingua ſcribere maluiſti. neque enim conjectura eget quid ſermone patrio exprimere poſſis, quum [13] hoc inſititio & inducto tam præclara opera perfeceris. Vale.

IV. C. PLINIUS [14] SOSSIO SUO S

[15] CAlviſium Nepotem validiſſime diligo, virum induſtrium, [16] rectum, diſertum, quod apud me vel [17] potiſſimum eſt. Idem [18] C. Calviſium, contubernalem meum, amicum tuum, arcta propinquitate complectitur. eſt enim filius ſororis. Hunc [19] ergo rogo ſemeſtri tribunatu ſplendidiorem & ſibi & avunculo ſuo facias. obligabis me, obligabis Calviſium noſtrum, obligabis [20] ipſum, non minus idoneum [21] debitorem quam nos putas. Multa beneficia in mul-

1 Deeſt *Lin.* 2 Et quidem *Bod.* 1. 3 Deeſt *Bod.* 1. 4 Remiſſionibus *Vulg.* 5 Floribuſque inn. *Bod.* 2. Floribus & nectare *Vulg.* 6 Affectus *Lin. Palatinus* (ut *Grut* monuit) agnoſcit neutrum; ut fortaſſe ſcripſerit; *ita certe ſenſi ipſe, quum, &c.* 7 Deſunt *Lin.* 8 Micuambos *Pal.* unde *Gruterus* hariolatur reſcribendum eſſe *mimiambos.* 9 Maxime *MS. Cl. Min.* 10 Vetuſtatis *Lin.* cæteta verò deſunt uſque ad *Callimachum.* 11 Deſunt *Bod.* 1. 2. *Ald.* 12 Herodotum *Bod.* 1. ſed in marg. *Herodem.* 13 In hoc *Bod.* 2. *Lin.* 14 Soſio *Bod.* 1. 2. 15 Variſium nepotem *Pal.* Quod (inquit *Grut.*) minime temerarium putaverim 16 Ordo à *Barthio* eſt, *diſertum, rectum,* ne videatur morum integritati eloquentia præferri. 17 Potentiſſimum *Vulg.* 18 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald.* 19 Deeſt *Bod.* 2. *Lin. Steph.* Ego *Bod.* 1. 20 Eum *MS. Cl. Min.* 21 Deeſt *MS. Cl. Min.*

tos

tos contulisti: ausim contendere, nullum te melius, [1] æque bene [2] vix" unum aut alterum collocasse. Vale.

V. C. PLINIUS SPARSO SUO S.

ÆSchinem ajunt petentibus Rhodiis legisse orationem suam, deinde Demosthenis: summis utramque clamoribus [3] esse probatam". Quod tantorum virorum contigisse scriptis non miror, quum orationem meam proxime doctissimi homines hoc studio, hoc assensu, hoc etiam labore per [4] biduum audierint: quamvis [5] hanc" intentionem eorum nulla hinc & inde collatio, nullum [6] quasi certamen accenderet. Nam Rhodii cum ipsis orationum virtutibus, tum etiam [7] comparationis aculeis excitabantur: nostra oratio sine æmulationis gratia probabatur. An merito, scies quum legeris librum; cujus amplitudo non sinit me longiore epistola [8] præloqui. oportet enim nos in hac certe (in qua possumus) breves esse: quo sit excusatius, quod librum ipsum, non [9] tamen" ultra causæ amplitudinem, extendimus. Vale.

VI. C. PLINIUS [10]NASONI SUO S.

THusci grandine excussi, in regione Transpadana summa abundantia, sed [11] par vilitas nunciatur: solum mihi Laurentinum meum in redditu. nihil [12] quidem [13] ibi possideo præter tectum & hortum, [14] statimque arenas: solum tamen mihi in redditu. ibi enim plurimum scribo: nec agrum (quem non habeo) sed ipsum me studiis excolo, ac jam possum tibi, ut aliis in locis horreum plenum, sic [15] ibi" scrinium ostendere. Igitur tu quoque, si certa & fructuosa prædia concupiscis, [16] aliquid in hoc littore para. Vale.

1 Atque bene *MS Cl. Min.* 2 Deest *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald.* 3 Desunt *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald.* 4 Oratio, quam hic intelligit est Accusatio *Marii Prisci*, de qua videas lib. II. Ep. 19. nisi forsan hic menda inoleverit, & pro *biduum* legi debeat *triduum*. Quod si placet, tum hoc loco Oratio Panegyrica est intelligenda, quam lib. III. testatur se per triduum recitasse. 5 Deest *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald. Steph.* 6 Quanquam cert. *Lin.* 7 Comparationibus *Lin.* 8 Proloqui *Bod.* 2. 9 Deest *Bod.* 1. 10 *Nanio* in quodam exemplari quod vidit *Catan.* Sed non placet. 11 Parum utilitatis *Lin. Vulg.* 12 Equidem *Lin.* 13 Inibi *Steph.* 14 Siccasque arenas *Vulg.* 15 Deest *Lin.* 16 Non dubitat *Schefferus*, quin noster scripserit *aliquod*, & retulerit ad *prædium*. Nam *aliquid para* non habet sensum, si sic simpliciter ponatur.

VII. C. PLINIUS [1] LEPIDO SUO S.

SÆpe tibi dico ineſſe vim Regulo. mirum eſt quam efficiat in quod incubuit. Placuit ei lugere filium: luget ut nemo. Placuit ſtatuas [2] ei & imagines quam plurimas facere: hoc omnibus officinis agit. Illum coloribus, illum cera, illum ære, illum argento, illum auro, [3] ebore, marmore effingit. Ipſe [4] etiam nuper, adhibito ingenti auditorio, librum de vita ejus [5] recitavit: [6] tum eundem librum, in exemplaria tranſcriptum mille, per totam Italiam provinciaſque dimiſit. Scripſit publice, ut à decurionibus eligeretur vocaliſſimus aliquis ex ipſis, qui legeret eum populo: factum eſt. Hanc ille vim (ſeu quo alio nomine vocanda eſt intentio quicquid velis obtinendi) ſi ad potiora vertiſſet, quantum boni efficere potuiſſet? quanquam minor vis bonis quam malis ineſt, ac ſicut [7] ἀμαθία μὲν θράσος, λογισμὸς δὲ ὄκνον φέρει, ita recta ingenia debilitat verecundia, perverſa confirmat audacia. Exemplo eſt Regulus. imbecillum latus, os confuſum, hæſitans lingua, tardiſſima inventio, memoria nulla: nihil denique præter ingenium inſanum: & tamen eo impudentia ipſoque illo furore pervenit, ut [8] à" plurimis orator habeatur. Itaque [9] Herennius Senecio mirifice Catonis illud de oratore in hunc è contrario vertit, *Orator eſt vir malus, dicendi imperitus.* Non me hercule Cato ipſe tam bene verum oratorem, quam hic Regulum expreſſit. Habeſne quo tali epiſtolæ parem gratiam referas? habes, ſi [10] reſcripſeris num aliquis in municipio [11] veſtro ex ſodalibus meis, num [12] etiam ipſe tu [13] nunc luctuoſum Reguli librum, ut circulator, in foro legeris, ſcilicet, ut ait Demoſthenes, [14] ἐπάρας τῷ φωνῷ καὶ γεγηθὼς, καὶ λαρυγγίζων. Eſt enim tam ineptus, ut riſum magis poſſit exprimere, quam gemitum. credas non de puero ſcriptum, ſed à puero. Vale.

1 Luperco & Aulo Lepido *Vulg.* 2 Ejus *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald.* 3 Illum ebore, illum marmore *Vulg.* 4 Verò & nup. *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald.* Verò nup. *Steph.* 5 Recitavit; de vitâ priori recitavit. *Lin.* Recitavit; de vitâ pueri recitavit *Pal.* 6 Tamen *Bod* 2. *Tal. Ald.* 7 *Thucydidu* verba lib. II. in Oratione funebri, quam dixit *Pericles*, cui initium, Οἱ μὲν πολλοὶ τῶν ἐνθάδε ἐμπόρων. 8 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin.* 9 Herenius *Lin.* Herentius *Ald.* 10 Scripſeris *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald.* 11 Noſtro *Bod.* 2. *Lin.* 12 Et *Bod.* 2. 13 Hunc *Bod.* 2. *Lin. Ald. Steph.* 14 Τῷ φωνῷ γεγηθὼς καὶ λαρυγγίζων *Ald.* Nec quidem vox ἐπάρας, in *Pal.* comparuit, ut ait *Grut.* qui putat ſcriptum fuiſſe, *in foro legeris.* ἐπάρας, *ut ait Demoſthenes*, τῷ φωνῷ, &c. Verba iſta habentur in *Demoſth. Orat. de Coronâ*, pag. 520.

VIII. C.

VIII. C. PLINIUS ARRIANO SUO S.

GRatularis mihi quod acceperim auguratum: jure gratularis, primum, quod graviſſimi principis judicium in minoribus etiam rebus conſequi pulcrum eſt: deinde [2] quod ſacerdotium ipſum, cum priſcum & religioſum, tum hoc quoque ſacrum plane & inſigne eſt, quod non adimitur viventi. Nam [3] cætera, quanquam dignitate propemodum paria, ut tribuuntur, ſic auferuntur: in hoc fortunæ hactenus licet, ut dari poſſit. Mihi vero etiam illud gratulatione dignum videtur, [4] quod ſucceſſi Julio Frontino, principi viro: qui me nominationis die per hos continuos annos inter ſacerdotes nominabat, tanquam in locum ſuum cooptaret. quod nunc eventus ita comprobavit, ut non fortuitum [5] videretur. Te quidem (ut ſcribis) [6] ob hoc maxime delectat auguratus meus, quod Marcus Tullius augur fuit. Lætaris enim quod honoribus ejus inſiſtam, quem æmulari in ſtudiis cupio. ſed utinam ut ſacerdotium, [7] idem & conſulatum, multo etiam [8] junior quam ille, ſum conſequutus: ita ſenex ſaltem ingenium ejus aliqua ex parte aſſequi poſſim. Sed nimirum quæ ſunt in manu hominum & mihi & multis contigerunt: illud vero ut adipiſci arduum, ſic [9] etiam ſperare nimium eſt, [10] quod dari non niſi à diis poteſt. Vale.

IX. C. PLINIUS URSO SUO S.

CAuſam per hos dies dixit Julius Baſſus, [11] homo laborioſus & adverſis ſuis clarus. Accuſatus eſt ſub Veſpaſiano à privatis duobus: ad ſenatum [12] admiſſus, diu pependit: [13] tandemque abſolutus vindicatuſque eſt. [14] Titum timuit ut Domitiani [15] amicus: à Domitiano relegatus eſt, revocatus à Nerva. ſortituſque Bithyniam, [16] rediit reus: accuſatus non

1 Ariano *Lin.* 2 Cum ſac. *Bod.* 3 Alia officia inſignia, ut trib. *Vulg.* Alia, quanq. &c. *Lin.* Cætera ut trib. *Bod.* 1. 4 Deeſt *Lin.* 5 *Videatur* potius legi vult *Barthius.* 6 Deeſt *Lin.* 7 Idem conſ. *Bod.* 1. Idem ut *Lin.* Item conſ. *Bod.* 2. 8 Quidam *juvenior* legunt, & ita *Aldina* prior. 9 Et *Lin.* 10 *Quod dari niſi à Diis non poteſt* habet *Cod. Pal.* teſte *Grut.* 11 Vir magnus & adv. *Vulg.* 12 Remiſſus *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald. Steph.* 13 Tandem abſ. *Bod.* 2. *Lin.* 14 Ita libuit diſtinguere (inquit *Grut.*) fide Codicis *Palatini.* Perperam antea legebamus: *Titum timuit: ut Domitiani amicus à Domitiano relegatus eſt.* Quid enim ineptius, quàm admittere ideo relegatum fuiſſe à *Domitiano*, quod ei amicus eſſet? 15 Amicum *Bod.* 2. 16 Redit *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald.*

minus acriter quam fideliter defenſus: varias ſententias habuit, plures tamen, [1] quaſi mitiores. [2] Egit contra eum Pomponius Rufus, vir [3] paratus & vehemens. Rufo ſucceſſit Theophanes, unus ex [4] legatis, princeps & fax accuſationis & origo. Reſpondi ego. nam mihi Baſius injunxerat ut totius defenſionis fundamenta jacerem; dicerem de ornamentis ſuis, quæ illi [5] & ex generis claritate & ex periculis ipſis magna erant; dicerem de [6] conſpiratione delatorum, quam in quæſtu habebant; dicerem cauſas, quibus factioſiſſimum quemque, [7] ut illum ipſum Theophanem, offendiſſet. Eundem me voluerat occurrere crimini, quo maxime premebatur. in aliis enim, quamvis auditu gravioribus, non abſolutionem modo, verum etiam laudem merebatur. Hoc illum [8] alias onerabat, quod homo ſimplex & incautus quædam à provincialibus, ut [9] amicus, acceperat. nam fuerat in provincia eadem [10] quæſtor. Hæc accuſatores furta [11] ac rapinas, ipſe munera vocabat. ſed lex munera quoque accipi vetat. Hîc [12] ego quid agerem? quod iter defenſionis ingrederer? Negarem? verebar ne plane furtum videretur, quod confiteri timerem. Præterea rem manifeſtam inficiari, augentis erat crimen, non diluentis: præſertim quum reus ipſe nihil integrum advocatis reliquiſſet. Multis [13] enim atque etiam principi dixerat, ſola ſe munuſcula, duntaxat natali ſuo aut Saturnalibus, accepiſſe, & pleriſque miſiſſe. Veniam ergo peterem? jugularem reum, quem ita deliquiſſe concederem, ut ſervari, niſi venia, non poſſet. Tanquam recte factum tuerer? non illi profuiſſem, ſed ipſe impudens exſtitiſſem. In hac difficultate placuit medium [14] quiddam tenere. videor tenuiſſe. Actionem meam, ut prælia ſolet, nox diremit. Egeram horis tribus & dimidia, ſupererat ſeſquihora. nam quum [15] è lege accuſator ſex horas, novem reus accepiſſet, ita diviſerat [16] tempus reus inter me & eum qui dicturus poſt erat, ut ego quinque horis, ille reliquis uteretur. Mihi ſucceſſus actionis ſilentium finemque ſuadebat. temerarium eſt enim ſecundis non eſſe contentum. Ad hoc verebar ne [17] me corporis vires iterato labore

1 Deeſt *Lin.* 2 Agit *Bod.* 1. 3 Peritus *Lin. Pal. Vulg.* 4 Legatis, fax accuſationis & or. *Bod.* 1. Legatis, princeps, fax ac. &c. *Bod.* 2. *Ald.* Legatis, princeps accuſationis & or. *Lin. Pal.* Adeo ut vix fiat dubium, (ut loquitur *Grut.*) ſcriptum ſolummodo fuiſſe, *unus è legatis, princeps accuſationis.* Quibus interpretationis loco acceſſit mox, *fax & origo.* Poſſet etiam fuiſſe, *unus è legatis fax accuſationis*, ut cætera illa nata ſint à gloſsâ. 5 Deeſt *Bod.* 1. 6 Conſenſu *Vulg.* Sed alterum eſt ſignificantius. 7 Et *Bod.* 1. 8 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald. Steph.* 9 *Amicis* ſcribendum cenſet *Gronovius.* 10 Ut quæſtor *Lin.* 11 Aut *Bod.* 1. Et *Bod.* 2. *Lin.* 12 Ergo *Vulg.* 13 Etiam *Lin.* 14 Quidem *Vulg.* 15 Ex *Lin.* Deeſt *Bod.* 2. 16 Reus tempora *Bod.* 1. 2. *Lin.* 17 Mox corp. *Lin. Pal.* Quidam legunt *me mox.*

1 deſere-

*

1 deſererent, quem difficilius eſt repetere quam jungere. Erat etiam periculum 2 ne reliqua actio mea 3 &' frigus 4 ut" depoſita, & tædium 5 ut" reſumpta pateretur. Ut enim faces ignem aſſidua concuſſione cuſtodiunt, 6 dimiſſum" ægerrime reparant; ſic & dicentis calor & audientis intentio continuatione ſervatur, intercapedine & quaſi remiſſione langueſcit. Sed Baſſus 7 multis precibus, pene etiam lacrymis, obſecrabat, implerem meum tempus. Parui, utilitatemque ejus prætuli meæ. Bene ceſſit: inveni ita erectos animos ſenatus, ita recentes, ut priore actione incitati magis quam ſatiati viderentur. Succeſſit mihi 8 Lucius Albinus tam apte, ut orationes noſtræ 9 varietatem duarum, contextum unius habuiſſe credantur. Reſpondit Herennius 10 Pollio inſtanter & graviter: deinde Theophanes rurſus. Fecit enim hoc quoque, ut cætera, impudentiſſime, quod poſt duos, & conſulares & diſertos, tempus ſibi, & quidem laxius, vindicavit. Dixit in noctem, atque etiam 11 nocte", illatis lucernis. Poſtero die egerunt pro 12 Baſſo Titius Homulus & Fronto, mirifice: quartum diem probationes 13 occupaverunt. Cenſuit Bæbius Macer, conſul deſignatus, lege repetundarum Baſſum teneri: 14 Cæpio Hiſpo ſalva dignitate judices dandos. uterque recte. Quî fieri poteſt 15 (inquis) 16 quum tam diverſa cenſuerint? quia ſcilicet & Macro legem intuenti conſentaneum fuit damnare eum, qui 17 contra legem munera acceperat: & Cæpio, quum putaret licere ſenatui, ſicut licet, & mitigare leges & intendere, 18 non ſine ratione veniam dedit facto, vetito quidem, non tamen inuſitato. Prævaluit ſententia Cæpionis: quinimo, conſurgenti ei ad cenſendum acclamatum eſt, quod ſolet reſidentibus. Ex quo potes 19 æſtimare, quanto conſenſu ſit exceptum quum diceret, quod tam favorabile fuit quum dicturus videretur. Sunt tamen ut in ſenatu, ita in civitate, 20 in" duas partes hominum judicia diviſa. nam quibus ſententia Cæ-

1 Deficerent *Bod.* 2. *Lin. Vulg.* 2 Ut rel. *Lin.* Periodum hanc *Bod.* 1. ita legit: *Erat etiam periculum ne actio mea, ut frigus vi depoſita, tadium, aut riſum pateretur.* 3 Deeſt *Lin.* 4 Deeſt *Bod.* 2. *Lin. Ald.* 5 Deeſt *Bod.* 2. *Ald.* 6 Demiſſum *Bod.* 1. 7 Et precibus *Lin.* 8 Lucetius *Ald.* 9 Quidam *varietatum* legunt. 10 Pallio *Ald.* 11 Deeſt *Bod.* 1. *Ald.* 12 Baſſo Homulus *Bod.* 2. Baſſo Nomulus *Lin.* Baſſo Homulus *Bod.* 1. Baſſo Homulus *Ald.* Baſſo C. Titius Homulus & Valerius Homulus *Vulg.* *Homuli* iterum meminit Lib. V. Ep. 20. celato tamen ejuſdem nomine. *Julii Capitolini* teſtimonio probabilior eſt lectio, *Valerius Homulus*, qui *Secundo* familiaris fuit. 13 Occuparunt *Bod.* 1. 2. *Lin.* 14 Cepio *Ald.* Et ſic deinceps. 15 Nonnulli *inquit.* Planè abſurdè. Ipſe namque ſibi proponit objectionem, quam formare *Urſus* poterat. 16 Qui tam *MS. Cl. Min.* 17 Circa *Bod.* 1. 18 Non deſunt qui ſic interpungunt: *non ſine ratione veniam dedit, facto vetito quidem.* 19 Exiſtimare *Bod.* 1. *Lin.* 20 Deeſt *Ald.*

pionis placuit, ſententiam Macri, ut rigidam duramque, reprehendunt, illam alteram diſſolutam atque etiam incongruentem vocant: negant enim congruens eſſe, [1] retinere in ſenatu cui judices dederis. Fuit & tertia ſententia: Valerius Paulinus aſſenſus Cæpioni, hoc amplius cenſuit referendum de Theophane, quum [2] legationem renunciaſſet. [3] Arguebat enim multa in accuſatione feciſſe, quæ illa ipſa lege qua Baſſum [4] accuſaverat tenerentur. Sed hanc ſententiam conſules (quanquam maximæ parti ſenatus mire [5] probabatur) non ſunt [6] proſequuti. Paulinus tamen & juſtitiæ famam & conſtantiæ tulit. Miſſo ſenatu Baſſus, [7] magna hominum frequentia, magno clamore, magno gaudio exceptus eſt. Fecerat eum favorabilem renovata diſcriminum vetus fama, notumque periculis nomen, & in procero corpore [8] mœſta & ſqualida ſenectus. Habebis hanc interim epiſtolam [9] ut" πρόδρομον: exſpectabis orationem plenam onuſtamque: [10] &" exſpectabis diu: neque enim leviter & curſim, [11] ut de re tanta, retractanda eſt. Vale.

X. [12] C. PLINIUS [13] SABINO SUO S.

SCribis mihi, Sabinam, quæ nos reliquit hæredes, Modeſtum ſervum ſuum nuſquam liberum eſſe juſſiſſe: [14] idem tamen ſic adſcripſiſſe legatum, *Modeſto, quem liberum eſſe juſſi.* Quæris quid ſentiam? Contuli cum [15] prudentibus. convenit inter omnes nec libertatem deberi, quia non ſit data: nec legatum, quia ſervo ſuo dederit. ſed mihi manifeſtus error videtur: ideoque puto [16] nobis quaſi ſcripſerit Sabina faciendum quod [17] ipſa ſcripſiſſe ſe credidit. Confido acceſſurum te ſententiæ meæ, cum religioſiſſime ſoleas cuſtodire defunctorum [18] voluntatem, quam bonis hæredibus intellexiſſe pro jure eſt. Neque enim minus apud nos honeſtas quam apud alios neceſſitas valet. [19] Moretur ergo in libertate ſinentibus nobis, fruatur legato, quaſi omnia diligentiſſime caverit. Cavit enim quæ hæredes bene elegit. Vale.

1 Retinere eum *Bod* 2 2 Legationi *Bod* 1 2. *Vulg.* 3 Arguebatur *Bod* 2. *Ald.* 4 Accuſaverant *Lin.* 5 Probatur *Bod.* 1. *Steph.* 6 Perſequuti *Bod.* 1 2 *Ald.* 7 Mira *MS. Cl. Min.* 8 Modeſta *Lin.* 9 Deeſt *Ald. Steph.* 10 Deeſt *Bod.* 1 2. *Lin. Steph.* 11 Et *Bod.* 1. 12 In *Cod Lin.* pro Inſcript vulgari habetur, *Caſus teſtamenti.* 13 Sabinio *Bod.* 1. 14 Eidem *Lin. Pal.* Huic lectioni aſſentiuntur *Caſaubonus* & *Latinius.* 15 Prudentibus, cum peritis viris *Lin.* Prudentibus, cum peritis juris *Pal. Vulg.* Additio autem iſta ex gloſſa videtur eſſe. 16 Nobis reſcripſerit *Lin.* 17 Ipſam feciſſe ſe *Lin.* 18 Voluntates *Lin.* 19 Moretur igitur *Lin.* Meretur ergo libertatem *Bod.* 1. Mereatur ergo &c. *ex conjecturâ Dom.* Macri, *ut iunuit* Latinius.

XI C.

XI. C. PLINIUS MINUTIANO SUO S.

AUdiſtine Valerium Licinianum [2] in Sicilia profiteri? Nondum te puto audiſſe. eſt enim recens [3] nuncius. Prætorius hic modo inter eloquentiſſimos cauſarum actores habebatur: nunc eo decidit ut exſul de ſenatore, rhetor de oratore fieret. Itaque ipſe in præfatione dixit dolenter & graviter, [4] *Quos tibi* [5] *fortuna ludos facis? Facis enim ex profeſſoribus ſenatores, ex ſenatoribus profeſſores.* Cui ſententiæ tantum bilis, tantum amaritudinis [6] ineſt, ut mihi videatur [7] ideo profeſſus ut [8] hoc diceret. Idem quum Græco pallio amictus intraſſet (carent enim togæ jure, quibus aqua & igni interdictum eſt) poſtquam ſe compoſuit, circumſpexitque habitum ſuum, *Latine* (inquit) *declamaturus ſum.* [9] Dices triſtia & miſeranda, [10] dignum tamen illum, qui hæc ipſa ſtudia inceſti ſcelere [11] maculaverit. Confeſſus eſt quidem inceſtum: ſed incertum utrum quia verum erat, an quia graviora metuebat, ſi negaſſet. Fremebat enim Domitianus, æſtuabatque [12] ingenti invidia, deſtitutus. Nam quum Corneliam [13] Maximam Veſtalem defodere vivam [14] concupiſſet, ut qui illuſtrari ſeculum ſuum ejuſmodi [15] exemplo arbitraretur,

1 Miniciano *Ald.* Cornelio Minutiano *MS. Cl. Min.* Cornelio Nuntiano *Bod.* 1. 2. 2 Deeſt *Bod.* 1. 3 Poteſt etiam ſic diſtingui, innuente *Catano*: *Nuncius Prætorius. Hic modo &c.* 4 In libro quodam manu ſcripto, quem *C. Barthius* ab inſigni jureconſulto *Philippo Creſcentio* dono accepit, diſerte legebatur: *Quis tibi fortuna ludis pacis?* Unde *Barthius* vere legendum arbitratur: *Queis tibi, fortuna, ludis Parcis?* ſubobſcure. 5 Deeſt *Lin.* 6 Eſt *Lin.* 7 Deeſt *Bod.* 1. 2. 8 Hæc *Bod.* 1. 9 Diceres *Bod.* 1. *Lin. Ald. Steph.* Quod unice probat *Barthius.* Nam orationis habitus (ut nos edidimus) ab aliis pleriſque probatur. Senſus enim: *Dices*, forte tu, Corneli Minuciane, *triſtia & miſeranda* ſunt, quæ narras de Valerio Liciniano, Plini: *dignum tamen illum* his triſtibus & miſerandis, *qui hæc ipſa ſtudia inceſti ſcelere maculaverit.* Ad hæc verba reſpondet *Plinius*, incertum eſſe de ſcelere. Quidam è contra *dignum &c.* referunt ad Perſonam *Plinii*, qui tali ſupplicio dignum putat *Licin.* qui tantum in ſe facinus admiſerit. *Ranchinus* (Var. Lect. L. 1. c. 14.) alio modo hunc locum emendat, viz. *Dixit triſtia & miſeranda, digna tamen illo, qui hæc ipſa ſtudia &c.* 10 Indignum *Vulg.* 11 Macularit *Bod.* 1. *Ald.* Macularet *Bod.* 2. 12 Diſtinctio noſtra ex *Aldinâ* eſt, quacum *Gronovius* conferri jubet, quod mox ſubſequitur: *Ardebat & crudelitatis & iniquitatis infamia. Bod.* 2. & *Lin.* pro *deſtitutus* perperam habent *conſtitutus.* 13 Maximillam *Bod.* 1 2. *Lin. Ald. Vulg. Catanæus* legit, *Veſtalium maximam. Maximam* eſſe veram lectionem nullus dubito: Virginum quippe Veſtalium vetuſtiſſima maxima dicebatur, ut videre eſt apud *Lipſ.* de Veſtal. c. VII. Quinetiam *Suetonius virginem maximam* habet. (Vid. *Suet.* Vit. J. *Caſ.* cap. 83.) Et in lapidibus ſæpe, V. V. MAXIMÆ. 14 Cupiſſet *Bod.* 1. 2. *Ald.* 15 Exemplis *Lin.*

pontificis

pontificis maximi jure, ſeu potius immanitate tyranni, licentia domini, reliquos pontifices non in regiam ſed in Albanam villam convocavit. Nec minore ſcelere quam quod vlciſci videbatur, abſentem inauditamque damnavit inceſti, quum ipſe fratris filiam inceſto non polluiſſet 1 ſolum, verum etiam occidiſſet. Nam vidua abortu periit. miſſi ſtatim pontifices, qui defodiendam necandamque curarent. Illa nunc ad Veſtam, nunc ad cæteros deos manus tendens, multa, ſed hoc frequentiſſime, clamitabat; ME CÆSAR INCESTAM PUTAT: 2QUA SACRA FACIENTE, VICIT, TRIUMPHAVIT. Blandiens hæc an irridens, ex fiducia 3 ſui, an 4 ex" contemptu principis dixerit, dubium eſt. dixit, donec ad ſupplicium, neſcio an innocens, certe 5 tanquam nocens ducta eſt. Quin etiam quum in illud ſubterraneum cubiculum demitteretur, hæſiſſetque deſcendenti ſtola, vertit ſe ac recollegit. 6 quumque ei carnifex manum daret, 7 averſata eſt, & 8 reſiluit: fœdumque 9 contagium quaſi 10 plane" à 11 caſto puroque corpore noviſſima ſanctitate rejecit: omnibuſque numeris pudoris, 12 πολλῷ σεμνοτερα εἶχεν 13 εὐχημόνως ποιεῖν. Præterea Celer, eques Romanus, cui Cornelia objiciebatur, quum in comitio virgis cæderetur, in hac voce 14 perſtiterat, Quid feci? nihil feci. Ardebat ergo Domitianus & crudelitatis & iniquitatis 15 infamia. 16 Arripit Licinianum, quod in agris ſuis occultaſſet Corneliæ 17 libertam: ille ab 18 iis quibus erat curæ, 19 præmonetur, ſi comitium & virgas pati nollet, ad confeſſionem confugeret, quaſi ad veniam: fecit. Loquutus eſt pro abſente 20 Herennius Senecio tale quiddam, quale eſt illud, 21 Κεῖται Πάτροκλος. Ait enim, Ex advocato nuncius factus ſum. Receſſit Licinianus. gratum hoc Domitiano, adeo quidem ut gaudio 22 proderetur, diceretque, Abſolvit nos Licinianus. Adjecit etiam, non eſſe vere-

1 Tantum *Bod.* 2. 2 Quam ſacra facientem *Bod.* 1. 3 Suâ *Lin.* 4 Deeſt *Bod.* 1. 5 *Barthius* aſſentitur doctiſſimo *Heraldo*, qui ad Apologeticum *Tertulliani* notat, *Tanquam innocentes* ad eos pertinere qui inauditi damnantur, & hic ita legendum autumat. Inverti proinde verba jubet *Barthius*: *neſcio an nocens, certe tanquam innocens ducta eſt*, quod ex parte etiam *Grutero* placuit. 6 Quumque & *Bod.* 1. Quum ei *Lin.* 7 Adverſata *Bod.* 1. *Lin.* 8 Reſilivit *Bod.* 1. Reſiliit *Bod.* 2. *Lin.* 9 Contactum *Vulg.* 10 Deeſt *Bod.* 1. *Lin.* 11 Caſto corpore puroque *Bod.* 1. *Lin.* 12 Eſt Senarius *Euripidis* in Hecuba de *Talyxena*, Act. III. v. 86. 13 Εὐχημόνως legit *Steph.* quem & alii haud pauci ſequuntur. Εὐχημόνως utuntur *Ariſtophanes* & *Demoſthenes*. Εὐχήμως autem habetur in nuperâ *Barneſii* Editione *Euripidis*. *Bod.* 1. legit ἐχει εὐχήμως. 14 Præſtiterat *Bod.* 1. *Lin.* 15 *Inſania* malit *Catan.* 16 *Accivit* vel quod ſimile potius legendum putat *Scheff.* 17 Libertum *Lin.* 18 His *Bod.* 2. *Lin.* 19 Præmonebatur *Bod.* 1. 20 Herenius *Bod.* 1. 21 Ex *Homeri* Iliad. Σ. v. 20. 22 Prodiret *Bod.* 2. *Lin.*

cundiæ

cundiæ ejus inſtandum: ipſi vero permiſit ſi qua poſſet, ex rebus ſuis raperet antequam bona publicarentur, exſiliumque molle, velut præmium, dedit. Ex quo 1 tamen poſtea clementia divi Nervæ tranſlatus 2 eſt" in Siciliam, ubi nunc profitetur, ſeque de fortuna præfationibus vindicat. Vides quam obſequenter paream tibi, qui non ſolum res urbanas, verum etiam peregrinas tam ſedulo ſcribo, ut altius repetam. & ſane putabam te, quia tunc 3 abfuiſti, nihil aliud de Liciniano audiſſe, quam relegatum ob inceſtum. Summam enim rerum nunciat fama, non ordinem. Mereor ut viciſſim quid in oppido tuo, quid in finitimis agatur (ſolent enim notabilia quædam incidere) perſcribas: denique quicquid voles: dummodo non minus longa epiſtola 4 nuncies: ego non paginas tantum, ſed etiam verſus ſyllabaſque numerabo. Vale.

XII. C. PLINIUS ARRIANO SUO S.

AMas 5 Egnatium Marcellinum, atque etiam mihi ſæpe 6 commendas: amabis magis commendabiſque, ſi cognoveris recens ejus factum. Quum in 7 provinciam quæſtor exiſſet, ſcribamque, 8 qui forte obtigerat, ante legitimum 9 ſalarii" tempus amiſiſſet, quod acceperat ſcribæ daturus, intellexit & ſtatuit ſubſidere apud ſe non oportere. Itaque reverſus, Cæſarem, deinde, Cæſare auctore, ſenatum conſuluit, quid fieri de ſalario vellet. 10 Parva quæſtio, ſed tamen quæſtio. Hæredes ſcribæ ſibi, 11 præfecti ærario populoque 12 vindicabant. Acta cauſa eſt. dixit hæredum advocatus, deinde populi: uterque percommode. 13 Cæcilius Strabo ærario cenſuit inferendum: Bæbius Macer hæredibus dandum. obtinuit Strabo. Tu lauda Marcellinum, ut ego ſtatim feci. quamvis enim abunde ſufficiat illi, quod 14 eſt" 15 &" à principe & à ſenatu probatus, gaudebit tamen teſtimonio tuo. Omnes enim, qui gloria famaque ducuntur, mirum in modum

1 Tandem clementia poſtea *Bod.* 2. 2 Deeſt *Lin.* 3 Adfuiſti *Bod.* 1. 2. *Lin.* 4 Enuncies *Bod.* 2. 5 Agnatium *Bod.* 1. *Lin.* Ignatium *Bod.* 2. 6 Commendas: magis commendabis ſi *Bod.* 1. Commendas: amab. magiſque com. *Bod.* 2. 7 Provincia *Bod.* 1. 8 Cui *Lin.* 9 Deeſt *Bod.* 1. 2. 10 Et parva *Lin.* 11 Legit *Caſaub. præfecti ararii ærario populoque vindicabant.* Geminatio nimirum (inquit *Caſaub.*) ejuſdem vocis huic loco fraudi fuit, ut aliis ſexcentis. Sed fruſtra hæc *Caſaub.* Poteſt enim ſubaudiri alterum, & *præfecti* abſolute vocari, ſatiſque ex iis, quæ ſequuntur, diſtingui. Ingrata quippe repetitio. *Catanæus* deleta conjunctione: *præfecti ararii populo vindicabant.* Quem *Veenhuſius* ſequutus eſt. 12 Judicabant *Lin.* 13 Cælius *Bod.* 1. 2. *Ald.* 14 Deeſt *Lin.* 15 Deeſt *Bod.* 1.

dum

dum assensio & laus à [1] minoribus etiam profecta delectat. Te vero Marcellinus ita [2] reveretur ut judicio tuo [3] plurimum tribuat. Accedit his, quod si cognoverit factum suum isto usque penetrasse, necesse est laudis suæ spatio & cursu & peregrinatione lætetur. etenim [4] nescio quo pacto vel magis homines juvat gloria lata quam magna. Vale.

XIII. C. PLINIUS CORNELIO TACITO SUO S.

SAlvum [5] te" in urbem venisse gaudeo. venisti autem, si quando alias, nunc maxime mihi desideratus. ipse pauculis adhuc diebus in Tusculano commorabor, ut opusculum, quod est in manibus, absolvam. Vereor enim ne, si hanc intentionem jam in [6] fine intermisero, ægre resumam: interim ne quid festinationi meæ pereat, quod sum præsens petiturus, hic quasi [7] præcursoria epistola rogo. sed prius accipe causas rogandi, deinde ipsum quod peto. Proxime quum [8] in" patria [9] mea" fui, venit ad me salutandum municipis mei filius prætextatus. Huic [10] ergo, *Studes?* inquam. Respondit, *Etiam. Ubi? Mediolani. Cur non hic?* Et pater [11] ejus, (erat enim una, atque etiam ipse adduxerat puerum) *Quia nullos hic præceptores habemus. Quare nullos? Nam vehementer intererat vestra qui patres estis*, (& opportune [12] complures patres audiebant) *liberos vestros hic potissimum discere.* Ubi enim aut jucundius morarentur [13] quam in patria: aut [14] pudicius continerentur" quam sub oculis parentum? aut minore sumptu quam domi? Quantulum est ergo collata pecunia conducere præceptores? quodque nunc in [15] habitationes, in viatica, in ea quæ peregre emuntur ([16] omnia autem peregre emuntur") impenditis, adjicere mercedibus? [17] Atque adeo ego, qui nondum liberos habeo, paratus sum pro re-

1 Minimis *Bod.* 1. 2 Veretur *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald.* 3 Multum *Vulg.* 4 Nescio enim *Lin.* 5 Deest *Bod.* 1 2. *Lin.* 6 Finem intermisero *Steph.* Finem laxavero *Bod.* 1. 2. *Lin. Pal. Ald. Cellarius* putat *fine intermisero* ex glossâ esse. 7 Præceptoria *Bod.* 1. 2. *Ald. Vulg.* quod minus probat *Catanæus.* Sanè præcurrebat hæc epistola in eo, quod præsens pluribus rogaturus erat. Voce Græca Πρόθεσμος *Plinius* noster utitur Epist. 9. istius libri. Verbum igitur *præceptoria* substitutum fuisse videtur à quodam nimium diligente, detracto verbo Græco, quod ei minus ad stomachum faceret. 8 Deest *Bod.* 1. 9 Deest *Lin.* 10 Ego *Lin. Ald. Steph.* 11 Enim ejus (erat una &c. *Lin.* 12 Cum plures *Ald.* 13 Desunt *Lin.* errante scriba ob duplicem *quam.* 14 Pudicitius *Bod* 2. *Vulg.* Quod si servetur forma analogiæ *pudicius* est melior lectio. Nam à *pudico* recte *pudicius* fit: absurdum autem esset (ut notat *Catan.*) à *pudicitia* deductum credere *pudicitius.* 15 Habitatores *Bod.* 1. 16 Desunt *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald. Pal.* 17 At ego *Bod.* 1. Atque ego *Bod.* 2. *Lin. Ald.*

pub-

pub. noſtra, quaſi pro filia vel parente, tertiam partem ejus quod conferre [1] vobis placebit, dare. Totum [2] etiam pollicerer, niſi timerem ne hoc munus meum quandoque ambitu corrumperetur: ut accidere multis in locis video, in quibus præceptores publice conducuntur. Huic vitio uno remedio occurri poteſt, ſi parentibus ſolis jus [3] conducendi relinquatur, iiſdemque religio recte judicandi neceſſitate collationis addatur. Nam qui fortaſſe de alieno negligentes, certe de ſuo diligentes erunt: dabuntque operam [4] ne eam à me pecuniam [5] non' niſi dignus accipiat, ſi accepturus, & ab [6] ipſis erit Proinde conſentite, conſpirate, majoremque animum ex meo ſumite, qui cupio eſſe quam plurimum quod debeam conferre. Nihil honeſtius præſtare liberis veſtris, nihil gratius patriæ poteſtis. [7] Edoceantur hic qui [8] hic" naſcuntur, ſtatimque ab infantia natale ſolum amare, frequentare conſueſcant: atque utinam [9] tam claros præceptores inducatis, ut [10] à finitimis oppidis ſtudia hinc petantur. [11] utque nunc liberi [12] veſtri aliena in loca, ita mox alieni in hunc locum confluant. Hæc putavi altius & quaſi à fonte repetenda: quo magis ſcires quam gratum mihi foret ſi ſuſciperes quod injungo. injungo autem, & pro rei magnitudine rogo, ut ex copia [13] ſtudioſorum quæ [14] ad te ex admiratione ingenii tui convenit, circumſpicias præceptores quos ſolicitare poſſimus: ſub ea tamen conditione, ne cui fidem meam obſtringam. Omnia enim libera parentibus ſervo. Illi judicent, illi eligant: ego mihi curam tantum & impendium [15] vindico. Proinde ſi quis fuerit repertus qui ingenio ſuo fidat, eat illuc ea lege ut hinc nihil aliud certum quam fiduciam ſuam ferat. Vale.

XIV. C. PLINIUS PATERNO SUO S.

TU fortaſſe orationem, ut ſoles, & flagitas & exſpectas: at ego quaſi ex aliqua peregrina delicataque merce luſus meos tibi prodo. Accipies [16] cum hac epiſtola hendecaſyllabos noſtros: quibus nos in vehiculo, in [17] balineo, inter cœnam [18] oblectamus otium temporis. his jocamur, ludi-

1 Nobis *Vulg.* 2 Autem *Bod.* 1. 3 Eligendi *Lin.* 4 Ne à me pecuniam *Lin.* Ne eam pecuniam *Bod.* 1. 2. *Ald.* 5 Deeſt *Bod* 1. 6 Aliis *Lin* Sed aliâ manu *hu.* 7 Educentur *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald.* 8 Deeſt *Lin.* 9 Ita claros *Bod.* 1. 10 In finitimis *Bod.* 1. *Lin Ald.* 11 Ut nunc *Lin.* 12 Noſtri *Lin.* 13 Studiorum *Bod.* 1. 2. *Lin Ald. Steph.* Sed *ſtudioſorum* placet *Latinio.* 14 Apte ex *Bod.* 1. 15 Vendico *Bod.* 1. 16 Ex hac *Lin.* 17 Balneo *Bod.* 1. 2. 18 Oblectamur otio *Vulg.*

mus, amamus, dolemus, querimur, iraſcimur: deſcribimus aliquid 1 modo preſſius, modo elatius: atque ipſa varietate tentamus efficere ut alia aliis, quædam fortaſſe omnibus, placeant. Ex quibus tamen ſi nonnulla tibi paulo petulantiora videbuntur, erit eruditionis tuæ cogitare, 2 ſummos illos & graviſſimos viros qui talia ſcripſerunt, non modo 3 laſcivia rerum, ſed ne verbis quidem 4 nudis abſtinuiſſe. quæ nos refugimus, non quia ſeveriores (unde enim?) ſed quia timidiores ſumus. Scimus alioqui hujus opuſculi illam eſſe veriſſimam legem quam 5 Catullus expreſſit.

Nam caſtum eſſe decet pium poëtam
Ipſum. verſiculos nihil neceſſe eſt:
Qui tunc denique habent ſalem 6 & leporem,
Si ſunt molliculi 6 & parum pudici.

Ego quanti faciam judicium tuum, vel ex hoc potes 7 æſtimare, quod malui omnia à te penſitari quam electa laudari. Et ſane quæ ſunt commodiſſima, deſinunt videri quum paria eſſe 8 cœperunt. Præterea ſapiens ſubtiliſque lector debet non diverſis conferre diverſa, ſed ſingula expendere, nec 9 deterius aliquid putare quod eſt in ſuo genere perfectum. Sed quid ego plura? Nam longiore præfatione vel excuſare vel 10 commendare ineptias, ineptiſſimum eſt. Unum illud prædicendum videtur, cogitare me has 11 nugas meas ita inſcribere, *Hendecaſyllabi*; qui titulus ſola metri lege conſtringitur. Proinde ſive epigrammata, ſive 12 idyllia, ſive eclogas, ſive (ut multi) poëmata, ſeu quod aliud vocare malueris, licebit voces: ego 13 tantum hendecaſyllabos præſto. A ſimplicitate tua peto, 14 ut quod de libello meo dicturus es aliis, mihi dicas. 15 neque eſt difficile quod poſtulo. nam ſi hoc

1 Modo altius, modo preſſius *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald. Vulg.* 2 Deeſt *Lin.* 3 A laſcivia *Lin.* 4 *Nuptis* legit *Ll. Min.* 5 Epigr. lib. 1. ad *Aurelium* & *Furium.* 6 *Ac* legunt *Vulg.* Editiones *Catulli.* 7 Exiſtimare *Lin.* 8 Cœperint *Lin.* 9 Deterius aliud *Bod.* 1. *Lin.* Det. aliud alio *Bod.* 2. Det. alios *Ald. Catanæus* legit, *det. id alio.* Det. in alio *Vulg.* Nec diſplicet *Grut.* 10 Emendare *Lin.* 11 Nugas inſcribere *Bod.* 1. 2. Nugas ita deſcribere *Lin.* Nugas meas inſcribere *Ald.* 12 Edullia *Bod.* 1. *Ald.* Edulia *Bod.* 2. Elegidia *Vulg.* Procul dubio ſcribendum *Idyllia* ſive *Eydillia.* Nam *elegidia* ſignificat parvas elegias: at *Secundi* carmen non erat elegum, & lugubre: ſed jocoſum hendecaſyllabum, qualia ſunt ἐπύλλια. Hoc clarè patet ex voce proximè ſequenti *eclogas. Idyllia* enim à veteribus frequenter *Eclogæ* vocabantur, & vice verſa. Sic *Servius* monuit *Theocritum* feciſſe *decem eclogas ruſticas*, quæ tamen hodie *Idyllia* appellantur. Quin & titulus quo *Theocritus* veteribus maximè innotuit (ut *Heinſius* notat,) fuit hic aut ſimilis: ΘΕΟΚΡΙΤΟΥ ΣΥΡΑΚΟΥΣΙΟΥ ΒΟΥΚΟΛΙΚΑ. At *Bucolica* unam tantum partem *Theocriti* carminum confecerunt, quæ omnia proinde ἐκλόγους rectius vocabantur. 13 Tamen *Bod.* 1. 14 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Ald.* 15 Neque enim diff. *Bod.* 1.

1 opuſcu-

1 opuſculum noſtrum aut potiſſimum eſſet aut ſolum, fortaſſe 2 poſſet durum videri dicere, 3 *Quære quod agas*: molle 4 & humanum eſt, *Habes quod agas*. Vale.

XV. C. PLINIUS FUNDANO SUO S.

SI quid omnino, hoc certe judicio facio, quod Aſinium Rufum ſingulariter amo. Eſt homo eximius & bonorum amantiſſimus. cur enim non me quoque inter bonos numerem? Idem Cornelium Tacitum (ſcis quem virum) arcta familiaritate complexus eſt. Proinde ſi utrumque noſtrûm probas, de Rufo quoque neceſſe eſt idem 5 ſentias, cum ſit ad connectendas amicitias vel tenaciſſimum vinculum, morum ſimilitudo. Sunt ei liberi plures. nam 6 in" hoc quoque functus eſt optimi civis officio, quod fœcunditate uxoris large frui voluit eo ſeculo quo pleriſque etiam ſingulos filios 7 orbitatis præmia graves faciunt: quibus ille deſpectis, avi quoque nomen aſſumpſit. Eſt enim avus, & quidem ex 8 Saturio Firmo, quem diliges ut ego, ſi ut ego propius inſpexeris. Hæc eo pertinent, ut ſcias quam copioſam, quam numeroſam domum uno beneficio ſis obligaturus: ad quod petendum voto primum, deinde bono quodam omine adducimur. Optamus enim tibi ominamurque in proximum annum conſulatum. Ita nos 9 virtutes tuæ, ita judicia principis augurari volunt. Concurrit autem ut ſit eodem anno quæſtor maximus ex liberis Rufi Aſinius Baſſus, juvenis, (neſcio an dicam quod me pater & ſentire & dicere cupit, adoleſcentis verecundia vetat,) ipſo patre melior. Difficile eſt ut

1 *Ant. Muretus* (Var. Lect. L. XVI. c. 12.) reſtituit *opus*. Putat enim lectionem Vulgatam *opuſculum* (ut magis intelligamus, nullum eſſe tam puſillum mendum, quod non è bonis ſcriptoribus tolli expediat) in peregrinam interpretationem *Catanæum* induxiſſe. 2 Poſſe videri durum dicere *Vulg.* 3 Placet hic adjicere *Mureti* interpretationem hujus loci (vid. loc. cit.) cum *Catanæus* aliique mentem *Plinii* non ſatis aſſecuti fuiſſe videantur. Hoc (inquit) dicit *Plinius*, nihil eſſe cauſſæ, cur vereatur *Paternus*, libere aperire ſententiam ſuam, etiamſi forte hendecaſyllabos illos non ſatis probet. *Nam ſi hoc opus noſtrum aut potiſſimum eſſet, aut ſolum*, i. e. ſi poëtæ præcipuè nomine cenſeri vellem; *fortaſſe poſſet durum videri dicere, Quære quod agas*, h. e. quære aliud ſtudium in quo te exerceas nam ad hoc parum aptus es *Molle & humanum eſt*, quum aliud ſtudium mihi præcipuum habeam, nempe eloquentiæ, *Habes, quod agas*: poëticam laudem aliis relinque, & urge ſtudium tuum. 4 Eſt, hum. *Ald.* 5 Facias *MS. Cl. Min.* 6 Deeſt *Bod.* 1. 7 Orbatis *MS. Cl. Min.* 8 Sathirio *Bod.* 2 9 Virtute tuâ judicia *Bod.* 1. *Lin* Virtus tua & judicia *Ald.* Virtutes tuæ & judicia *Vulg.* Virtus tua judicia *Bod.* 2.

mihi de abſente credas, quanquam credere ſoles omnia, tantùm in illo induſtriæ, probitatis, eruditionis, ingenii, ſtudii, memoriæ denique eſſe, quantum expertus [1] invenies. Vellem tam ferax ſeculum bonis artibus haberemus, ut aliquos Baſſo præferre deberes: tum ego te primus hortarer moneremque, circumferres oculos, ac diu penſitares quem potiſſimum eligeres. Nunc vero: ſed nihil volo de amico meo arrogantius dicere: hoc ſolum dico, dignum eſſe juvenem quem more majorum in filii locum aſſumas. Debent autem ſapientes viri, ut tu, tales [2]quaſi à repub liberos accipere, quales à natura ſolemus optare. [3] Decorus erit tibi conſuli quæſtor patre prætorio, propinquis conſularibus: quibus, judicio ipſorum, quanquam adoleſcentulus adhuc, jam tamen invicem ornamento eſt. Proinde indulge precibus meis, obſequere conſilio: & ante omnia, ſi feſtinare videor, ignoſce: primum quia [4] votis [5] ſuis amor plerunque præcurrit: deinde quod in ea civitate in qua omnia quaſi ab occupantibus aguntur, quæ legitimum tempus exſpectant, non matura, ſed ſera ſunt: [6] in ſumma quod rerum, quas aſſequi cupias, præſumptio ipſa jucunda eſt. Revereatur jam te Baſſus ut conſulem: tu [7] dilige eum ut quæſtorem: nos denique utriuſque [8] veſtrûm amantiſſimi, duplici lætitia perfruamur. Etenim quum ſic te, [9] ſic Baſſum diligamus, ut & illum cujuſcunque & tuum quemcunque quæſtorem in petendis honoribus omni [10] opera, omni labore, [11] gratia [12] ſimus juvaturi, perquam jucundum nobis erit ſi in eundem juvenem ſtudium noſtrum, & amicitiæ [13] meæ & conſulatus tui ratio contulerit? ſi denique precibus meis tu [14] potiſſimus adjutor acceſſeris, cujus ſenatus & [15] ſuffragiis libentiſſime indulgeat, & teſtimonio plurimum credat. Vale.

1 *Expertus invenies* futilis ſenſus *Barthio.* Ideo pro *invenies*, legi vult *vix credes.* 2 Deeſt *Lin. Ald.* 3 Decorum *Vulg.* 4 Deſunt in *Lin.* uſque ad *in ea civ &c.* 5 Deeſt *Bod.* 2. 6 Deinde quod *Lin.* 7 Dilige illum *Bod.* 1. *Ald. Steph.* Diligas illum *Bod.* 2. Diliges illum *Lin.* 8 Noſtrum *Lin.* 9 Deeſt *Lin* 10 Opere *Bod.* 1. 2. 11 Omni gratia *Bod* 2 *Lin.* 12 Simus adjuvaturi *Lin.* Sumus juvat. *Bod.* 1. Simus adjuturi *Vulg. Jutum* quidem ſupinum formatur, unde *jutus* Particip apud *Tacit.* XIV. 4 n. 1. Sed tamen etiam altera forma invenitur, unde *juvaturum* eſt apud *Saluſt.* Jug. 47. me tamen non fugit quod *Rivius* notet *commeatum juvaturum* in veteſtis quibuſdam, ſed impreſſis, Exemplaribus *Saluſtii* deeſſe; cujus etiam judicio rectius omittuntur. In MS. autem Col. *Linc. Oxon.* & aliis MSS. & Exemplaribus cum notis MSS. ad oram adpoſitis, quæ vidi in Bibl. *Bodl*, ſemper retinentur. Quin & *adjuvatus* utitur *Frontinus*, & *adjuvaturum Petronius.* 13 Noſtræ *Bod.* 2. *Lin.* 14 Potiſſimum *Bod.* 2. 15 Suffragio *Ald. Steph.*

XVI. C. PLINIUS VALERIO PAULINO SUO S.

1 GAude meo, gaude tuo, gaude etiam publico nomine. adhuc honor ſtudiis durat. Proxime quum dicturus apud centumviros eſſem, adeundi mihi locus, niſi à tribunali, niſi per ipſos judices non fuit: tanta ſtipatione cætera tenebantur. Ad hoc, quidam ornatus adoleſcens, ſciſſis tunicis, ut in frequentia 2 ſolet, ſola velatus toga perſtitit, & quidem horis ſeptem. nam tamdiu dixi, magno cum labore, 3 ſed" majore cum fructu. Studeamus ergo, nec deſidiæ noſtræ prætendamus alienam. Sunt qui audiant, ſunt qui legant, nos modo dignum aliquid auribus, dignum chartis elaboremus. Vale.

XVII. C. PLINIUS 4 GALLO SUO S.

ET admones & rogas ut ſuſcipiam abſentis 5 Corelliæ cauſam contra C. 6 Cæcilium, conſulem deſignatum. Quod admones gratias ago: quod rogas, queror. admoneri enim debeo ut ſciam: rogari non 7 debeo" ut faciam quod mihi non facere turpiſſimum eſt. An ego tueri 8 Corelli filiam dubitem? Eſt quidem mihi cum iſto, contra quem me advocas, non plane familiaritas, ſed tamen amicitia. 9 Accedit huc dignitas hominis, 10 atque hic ipſe cui deſtinatus eſt honor: cujus nobis hoc major agenda reverentia eſt, quod jam illo functi ſumus. Naturale eſt enim 11 cuique" ut ea quæ quis adeptus eſt, ipſa quam ampliſſima 12 exiſtimari velit. Sed mihi cogitanti adfuturum me 13 Corelli filiæ, omnia iſta frigida & inania videntur. Obverſatur oculis ille vir, quo neminem ætas noſtra graviorem, ſanctiorem, ſubtiliorem denique tulit: quem ego quum ex admiratione diligere cœpiſſem, quod evenire contra ſolet, magis admiratus ſum, poſtquam penitus inſpexi. Inſpexi enim penitus: nihil à me 14 ille ſecretum, non joculare, non ſerium, non triſte, non lætum. Adoleſcentulus eram, 15 & jam mihi ab illo honor, atque etiam (au-

1 Gaudeo *Vulg.* 2 Solet fieri *Bod.* 2. *Lin.* 3 Deeſt *Lin.* 4 Antonino Gallo *Vulg.* 5 Corneliæ *Lin.* 6 Cælium *Bod* 1. *Vulg.* 7 Deeſt *Lin.* 8 Cornelii *Lin.* 9 Accedat *Lin.* 10 Ad hoc ipſe *Vulg.* 11 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald.* 12 Æſtimari *Bod.* 1. *Ald.* 13 Cornelij *Lin.* 14 *Illi* legit *Barthius. Fuit* nimirum eſt ſubintelligendum poſt *ſecretum.* Quod ſi *ille* legatur, tum cum *Catanæo habuit* ſubaudiendum eſt. Sed pronius *fuit*, quàm *habuit*, ſubauditur 15 Et ab illo mihi *Lin.* Etiam ab illo mihi *Ald.*

debo

debo dicere) reverentia, ut [1] æquali, habebatur. Ille meus in petendis honoribus ſuffragator & teſtis: ille in inchoandis deductor & comes: ille in gerendis conſiliator & rector: ille denique in omnibus officiis noſtris, quanquam [2] & imbecillus & ſenior, quaſi juvenis & validus conſpiciebatur. Quantum ille famæ meæ domi, [3] quantum in publico, quantum etiam apud principem [4] adſtruxit? Nam quum forte de bonis iuvenibus apud Nervam imperatorem ſermo incidiſſet, & plerique me laudibus ferrent, pauliſper ſe intra ſilentium tenuit, quod illi plurimum auctoritatis addebat: deinde gravitate, quam noras, *Neceſſe eſt*, inquit, *parcius laudem Secundum, quia nihil niſi ex conſilio meo facit*. Qua voce tribuit mihi, quantum petere voto immodicum erat, nihil me facere [5] non ſapientiſſime, quum omnia ex conſilio ſapientiſſimi viri facerem. Quinetiam moriens, filiæ ſuæ (ut ipſa ſolet prædicare) *Multos quidem amicos*, [6] inquit, *tibi in longiore vita paravi, præcipuos tamen, Secundum & Cornutum*. Quod dum recordor, intelligo mihi laborandum, ne qua parte videar hanc de me fiduciam providentiſſimi viri [7] deſtituiſſe. Quare, ego vero [8] Corelliæ adero promptiſſime, nec ſubire offenſas recuſabo: quanquam non ſolum veniam me, [9] verum etiam laudem apud iſtum ipſum, à quo, ut ais, nova lis fortaſſe ut feminæ intenditur, arbitror conſequuturum, ſi hæc eadem in [10] actione, latius ſcilicet & uberius quam epiſtolarum anguſtiæ ſinunt, [11] contigerit mihi vel in excuſationem, vel etiam [12] in commendationem meam dicere. Vale.

XVIII. C. PLINIUS ANTONINO SUO S.

[13] QUemadmodum [14] magis approbare tibi poſſum quantopere [15] mirer epigrammata tua Græca, quam quod quædam æmulari Latine & exprimere tentavi? In deterius [16] tamen accidit hoc, primum imbecillitate ingenii mei, de-

1 Ab æquali *Bod.* 2. *Lin.* 2 Deeſt *Liu.* 3 Deeſt *Bod.* 1. 2, *Lin. Ald. Steph.* 4 Adſtruxerit *Lin.* 5 Niſi *Lin.* 6 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald. Steph.* 7 Deſciviſſe *Bod.* 1. Fefelliſſe *Vulg.* 8 Corneliæ *Lin.* 9 Sed *Lin.* 10 Oratione *Bod.* 1. 11 In aliquibus exemplaribus pervetuſtis (inquit *Catan.*) loco *contigerit mihi dicere* habetur *dixero.* 12 Deeſt *Bod.* 1. 2. 13 Cum hoc *quemadmodum* (prout notat *Scheff.*) ita junctim ſcriptum vulgo uſurpetur pro *ſicuti*, mallem hic diviſis vocibus ſcribere, *Quem ad modum*, ut ſententia eſſet evidentior. 14 Deeſt *Bod.* 1. 15 Miror *Ald. Steph.* 16 Quod accidit; hoc primum &c. *Lin.* Quidem ac. &c. *Bod.* 1. 2. *Pal. Ald.* Quidem: accidit primum imb. &c. *MS. Cl. Min.*

inde

inde inopia, 1 vel potius, ut 2 Lucretius ait, 3 hac egeſtate patrii ſermonis. Quod ſi hæc, 4 quæ ſunt Latina, & mea, habere tibi aliquid venuſtatis 5 videbuntur, quantum putas ineſſe 6 eis gratiæ, 7 quæ & à te & Græce proferuntur? Vale.

XIX. C. PLINIUS HISPULLÆ SUO S.

CUm ſis pietatis exemplum, fratremque optimum & amantiſſimum tui pari caritate dilexeris, filiamque ejus ut tuam diligas, nec tantum amitæ 8 ejus, verum etiam patris amiſſi 9 affectum repræſentes, non dubito, maximo tibi gaudio fore quum cognoveris, dignam patre, dignam te, dignam avo evadere. Summum eſt acumen, 10 ſumma frugalitas: amat me, quod caſtitatis indicium eſt. Accedit his ſtudium literarum, quod ex mei caritate concepit. Meos libellos habet, lectitat, ediſcit etiam. Qua illa ſolicitudine, quum videor acturus, quanto quum egi gaudio afficitur? Diſponit qui nuncient ſibi, quem aſſenſum, quos clamores 11 excitarim, quem eventum judicii tulerim: eadem ſi quando 12 recito, in 13 proximo diſcreta velo ſedet, laudeſque noſtras avidiſſimis auribus excipit. Verſus quidem meos cantat 14 formatque cithara, non artifice aliquo docente, ſed amore, qui magiſter eſt optimus. His ex cauſis in ſpem 15 certiſſimam adducor, perpetuam nobis majoremque indies futuram eſſe concordiam. Non enim ætatem meam aut corpus, quæ paulatim occidunt ac ſeneſcunt, ſed gloriam diligit. Nec aliud decet tuis manibus educatam, tuis præceptis inſtitutam: quæ nihil in contubernio tuo viderit, niſi ſanctum honeſtumque: quæ denique amare me ex tua prædicatione 16 conſueverit. nam quum matrem meam parentis loco venerarere; me quoque à pueritia ſtatim

1 Ac pot. *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald.* 2 *Lucret.* lib. I. v. 832. 3 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald. Steph. Pal.* 4 Et quæ *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald.* Perperam. Nam proculdubio illud *&* natum eſt ex poſtremis litteris vocis præcedentis. 5 Habebuntur vel videbuntur *Lin.* 6 Deeſt *Lin.* 7 Quæ mihi & *Bod.* 1. 2. *Lin.* 8 *Ei* legit Cl. *Joſ. Scaliger.* 9 Effectum *Vulg.* 10 Magna *Lin.* 11 Excitaverim *Lin.* 12 Recitem *Lin.* 13 Proximum *Bod.* 1. *Ald. Vulg.* 14 Etiam formatque *Bod.* 1. Etiam formas ad citharam *Bod.* 2. 15 Deeſt *Lin.* 16 *Caſauboni* emendationem ſecutus ſum. Nam Editiones Vulg. legunt: *conſueverit. nam quum matrem m. p. loco venerere, meque à &c.* Nec *Caſauboni* conjectura quid verius *Gruteri* videtur: niſi quod illud *meque* tolerari poſſe exiſtimabat: quod particula *que*, non raro *etiam*, ſeu *quoque*, notet. Sed *Bod.* 1. 2. *Lin.* & *Ald.* Nec *que* nec *quoque* agnoſcunt; & *Bod.* 1. 2. pro *venerere* habent *venereris. Latinius* alio modo locum iſtum emendat, viz. *conſuevit jam; cum matrem meam parentis loco venerari meque &c.*

formare,

formare, laudare, talemque, qualis nunc uxori meæ videor, ominari ſolebas. Certatim ergo tibi gratias agimus: ego, quod illam mihi: illa, quod me ſibi dederis, quaſi invicem [1] elegeris. Vale.

XX. C. PLINIUS [2]MAXIMO SUO S.

QUid ſenſerim de ſingulis libris tuis, notum tibi, ut quemque perlegeram, feci: accipe nunc quid de univerſis generaliter judicem. Eſt opus pulcrum, validum, acre, ſublime, varium, elegans, purum, figuratum, ſpatioſum etiam, & cum magna tua laude diffuſum. In quo tu ingenii ſimul doloriſque velis latiſſime vectus es, & horum utrumque invicem adjumento fuit. Nam dolori ſublimitatem & magnificentiam [3] ingenium"; ingenio vim & amaritudinem dolor addidit. Vale.

XXI. C. PLIN. [4]VELIO" [5]CEREALI SUO S.

TRiſtem & acerbum caſum [6] Helvidiarum ſororum! utraque à partu, utraque filiam [7] enixa deceſſit. Afficior dolore, nec tamen ſupra modum doleo. [8] ita mihi luctuoſum videtur quod puellas honeſtiſſimas in flore primo fœcunditas abſtulit. Angor infantium ſorte, quæ ſunt parentibus ſtatim, & dum naſcuntur, orbatæ. Angor optimorum maritorum, angor etiam meo nomine. Nam patrem [9] illarum defunctum quoque perſeverantiſſime diligo, ut actione mea, libriſque teſtatum eſt. cui nunc unus ex tribus liberis ſupereſt, domumque pluribus adminiculis paulo ante fundatam, deſolatus fulcit ac ſuſtinet. Magno tamen fomento dolor meus acquieſcet, ſi hunc ſaltem fortem & incolumem, paremque illi patri, illi avo fortuna ſervaverit. Cujus ego pro ſalute, pro moribus, hoc ſum magis anxius, quod unicus factus eſt. Noſti in amore [10] mollitiem animi mei, noſti metus. Quo minus te mirari oportebit, quod plurimum timeam de quo plurimum ſpero. Vale.

1 Delegeris *Steph. Vulg.* 2 Nonio Max. *Bod.* 1. *Lin. Navio* item à nonnullis legi inſinuat *Catanæus.* 3 Deeſt *Steph. Vulg.* 4 Deeſt *Bod.* 1. 5 Ceirali *Bod.* 2. 6 Helendiarum *Bod.* 1. Helindiarum *Bod.* 2. 7 Enixæ *Lin.* 8 *Mavult* id *Thomaſius.* 9 Illorum *Lin.* 10 Mollitiam *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald. Steph.*

XXII. C. PLINIUS SEMPRONIO [1]RUFO SUO S.

INterfui principis optimi cognitioni, in conſilium aſſumptus. Gymnicus agon apud Viennenſes ex [2] cujuſdam teſtamento [3] celebrabatur. Hunc Trebonius [4] Rufinus, vir egregius nobiſque amicus, in duumviratu ſuo tollendum abolendumque curavit. [5] Negabatur ex auctoritate publica feciſſe. Egit ipſe cauſam non minus feliciter quam diſerte. Commendabat actionem, [6] quod tanquam homo Romanus & bonus civis in negotio ſuo [7] mature & graviter loquebatur. Quum ſententiæ [8] rogarentur, dixit Junius Mauricus (quo viro nihil firmius, nihil verius) non eſſe reſtituendum Viennenſibus [9] agona: adjecit, *Vellem etiam* [10] *Romæ tolli poſſet.* Conſtanter, inquis, & fortiter. Quidni? Sed [11] hoc Mauricо novum non eſt. Idem apud Nervam [12] imperatorem non minus fortiter. Cœnabat Nerva [13] cum paucis". [14] Vejento proximus, atque etiam in ſinu recumbebat. (dixi omnia, quum hominem nominavi.) Incidit ſermo de [15] Catullo" Meſſalino, qui, luminibus [16] orbatus, ingenio ſævo mala cæcitatis addiderat. Non verebatur, non erubeſcebat, non [17] miſerebatur. [18] ſæpius à Domitiano non ſecus ac tela, quæ & ipſa cæca & improvida feruntur, in optimum quemque [19] contorquebatur. De [20] ejus nequitia ſanguinariiſque ſententiis in commune omnes ſuper cœnam loquebantur: tum ipſe imperator, *Quid putamus paſſurum fuiſſe, ſi* [21] *viveret?* Et Mauricus, *Nobiſcum cœnaret.* [22] Longius [23] abii, libens tamen. Placuit agona tolli, qui mores Viennenſium infecerat, ut noſter hic omnium. Nam Viennenſium vitia intra ipſos reſident,

1 Deeſt *Bod. 1. Lin.* 2 Cujus *Lin.* 3 Celebratur *Bod. 1.* 4 Ruffinus *Bod. 2.* 5 Negavit *Steph.* 6 Etiam tanquam *Bod. 1.* 7 Et mature *Lin.* 8 Perrogarentur *Bod. 1. 2. Lin. Ald.* 9 Agonem *Lin.* 10 Tolli poſſe Romæ *Lin.* 11 Hoc fortiter *Lin.* 12 Imperatorem, Forte cænabat *Bod. 1. 2.* 13 Deſunt *Bod. 1.* 14 Vegento *Bod. 1. Lin.* 15 Deeſt *Bod. 1.* Catulo *Bod. 2. Ald.* 16 Captus *Vulg. Luſcus* etiam teſte *Catanæo* à quibuſdam legitur. 17 Miſerabatur *Lin.* 18 Quo ſæpius *Lin. Weſtm. Pal. Quod ſæpius* nonnulli legunt, ut teſtatur *Gruterus*: qui putat etiam iſtud *quod* cohærere cum ſuperioribus, ſi omnia ita diſtinguantur: *qui luminibus orbatus ingenio ſævo mala cacitatis addiderat (non verebatur, non erubeſcebat, non miſerebatur) quod ſæpius à Domitiano, &c.* Mallet & *Schefferus* retinere *quod*, ſed conjungere cum his verbis *non verebatur*, &c. Ut ſit ſententia, non verebatur, non erubeſcebat, non miſerebatur, ob hanc cauſam, quod ſe ſciret principis *Domitiani* ita exſequi mandata, quod intelligeret, ſe à *Domitiano* uſurpari loco teli cæci. 19 Contorquebat *Lin.* 20 Hujus *Bod. 1. 2. Lin. Ald. Steph.* 21 Videret? &c. *Bod. 2.* Viveret, & Mauricus nobiſcum cænaret? *Vulg.* Viveret? Mauricus, nobiſcum cæn. *Bod. 1. Lin.* 22, Et longius *Lin.* 23 Abiit *Ald.*

noſtra late vagantur. Utque in corporibus, ſic in imperio, graviſſimus eſt morbus qui à capite diffunditur. Vale.

XXIII. C. PLINIUS POMPONIO BASSO SUO S.

MAgnam cepi voluptatem quum ex communibus amicis cognovi, te, ut ſapientia tua dignum eſt, [1] diſponere otium & terre, habitare amœniſſime, & nunc terra nunc mari corpus agitare, multum diſputare, multum audire, multum lectitare: quumque plurimum ſcias, quotidie tamen aliquid addiſcere. Ita ſeneſcere oportet virum qui magiſtratus ampliſſimos geſſerit, exercitus rexerit, totumque ſe reipub. quandiu decebat, obtulerit. Nam & prima vitæ tempora & media patriæ, extrema nobis impertire debemus, ut ipſæ leges monent, quæ majorem annis [2] LX" otio reddunt. Quando mihi licebit? quando per ætatem honeſtum erit imitari iſtud pulcerrimæ quietis exemplum? quando ſeceſſus mei non deſidiæ nomen, ſed tranquillitatis accipient? Vale.

XXIV. C. PINIUS [3] VALENTI SUO S.

PRoxime cum apud centumviros [4] in quadruplici judicio" dixiſſem, [5] ſubit recordatio, egiſſe me juvenem æque in quadruplici [6] judicio". proceſſit animus, ut ſolet, longius: cœpi reputare quos in hoc judicio, quos in illo ſocios laboris habuiſſem. Solus eram qui in utroque dixiſſem: tantas converſiones aut fragilitas mortalitatis, aut fortunæ [7] mobilitas facit. Quidam ex [8] iis, qui tunc egerant, [9] deceſſerunt, exſulant alii: huic ætas & valetudo ſilentium ſuaſit: hic ſponte beatiſſimo otio fruitur: alius exercitum regit: [10] illum civilibus officiis principis amicitia exemit. Circa nos ipſos quam multa mutata ſunt? [11] Studiis proceſſimus": ſtudiis periclitati ſumus: rurſuſque proceſſimus. [12] Profuerunt nobis bonorum [13] amicitiæ, bonorum obfuerunt, iterumque proſunt. Si computes annos, exiguum tempus: ſi vices rerum, ævum putes. Quod poteſt eſſe documento, nihil deſperare,

1 Et diſponere *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald. Steph.* 2 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin.* 3 Fabio Valenti *Bod.* 1. 2. *MS. Cl. Min.* In *Lin. Fabio* tantum habetur. 4 Deſunt *Bod.* 1. 5 Subiit *Bod.* 1. 2. 6 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald.* 7 Volubilitas *Bod.* 1. 8 His *Bod.* 1. *Lin.* 9 Deceſſere *Bod.* 2. Receſſerunt *Bod.* 1. 10 Alium *Bod.* 1. 2. 11 Deſunt *Lin.* 12 Profuere *Bod.* 2. 13 Amicitiæ, & obfuerunt *Bod.* 1. *Lin. Pal.* Et ſic *Bod* 1. niſi quod *obfuere* pro *obfuerunt* habeat.

nulli

nulli rei fidere, cum videamus tot varietates tam volubili orbe circumagi. Mihi autem familiare eſt, omnes cogitationes meas tecum communicare, iiſdemque te vel præceptis vel exemplis monere, quibus ipſe me moneo: quæ ratio hujus epiſtolæ fuit. Vale.

XXV. C. PLINIUS [1] MESSIO MAXIMO" SUO S.

SCripſeram tibi verendum eſſe ne ex [2] tacitis ſuffragiis vitium aliquod exiſteret: factum eſt. proximis comitiis, in quibuſdam tabellis multa jocularia, atque etiam fœda dictu: in una vero pro candidatorum nominibus, ſuffragatorum nomina inventa ſunt. Excanduit ſenatus, magnoque clamore [3] ei qui ſcripſiſſet iratum principem eſt comprecatus: ille tamen fefellit, & latuit, fortaſſe etiam inter indignantes fuit. Quid hunc putamus domi facere, qui in tanta re, tam ſerio tempore, [4] tam" ſcurriliter [5] ludat? qui denique omnino in ſenatu dicax & urbanus & bellus eſt? Tantum licentiæ pravis ingeniis [6] adjicit illa fiducia, *Quis enim ſciet?* Popoſcit [7] tabellas, ſtylum accepit, demiſit caput, neminem veretur, ſe contemnit. Inde iſta ludibria, ſcena & pulpito digna. Quo te [8] vertas? quæ remedia conquiras? ubique vitia remediis fortiora: ἀλλὰ ταῦτα τῶ ὑπὲρ ἡμᾶς ἄλλῳ μελήσει. cui multum quotidie vigiliarum, multum laboris [9] adjicit hæc noſtra iners, ſed tamen effrænata petulantia. Vale.

[10] XXVI. C. PLINIUS [11] NEPOTI SUO S.

PEtis ut libellos meos, quos ſtudioſiſſime comparaſti, recognoſcendos emendandoſque curem: faciam. Quid enim ſuſcipere libentius debeo, te præſertim exigente? Nam quum vir graviſſimus, doctiſſimus, diſertiſſimus, ſuper hæc occupatiſſimus, maximæ provinciæ præfuturus, tanti putes ſcripta

1 Metio Maximo *Bod.* 2. *Lin.* Meſſono Minio *Bod.* 1. 2 Extractis *Bod.* 1. 2. *Ald.* De his ſuffragiis *Plinius* ſcripſerat Ep. 20. lib. 3. 3 In eum qui *Bod.* 2. 4 Deeſt *Lin.* 5 Laudat *Tal.* Ludit *Vulg. Grutero* gloſſema vox iſta videtur. Certe, apoſiopeſin hic belle locum habere poſſe, nemo temere negaverit; quamvis neque ulla fuerit opus figura, ſi ſequentia iſtis ſtatim adneſtamus. 6 Adicit *Bod* 1. *Lin.* 7 Tabulas *Bod.* 1. 2. *Lin.* 8 Mallet *Scheff.* ſignum interrogationis hic, & poſt ſequentia delere: aut ſcribere: *Quo te vertas? qua remedia conquiras? ubi, qua vitia, remediis fortiora.* 9 Adjecit *Lin.* Adicit *Bod.* 1. 10 Tota hæc Ep. deeſt *Bod.* 1. 11 Neroni *Bod.* 2. *Lin.*

1 noſtra circumferre tecum; quantopere mihi providendum eſt 2 ne hæc pars ſarcinarum, tanquam ſupervacua, offendat? Adnitar ergo primum ut comites iſtos quam commodiſſimos habeas, deinde ut reverſus invenias quos iſtis addere velis. Neque enim mediocriter me ad nova opera tu lector hortaris. Vale.

XXVII. C. PLIN. 3 FALCONI" SUO S.

TErtius dies eſt 4 quod audivi recitantem 5 Sentium Augurinum cum ſumma mea voluptate, immo etiam admiratione. 6 poëmatia appellat". multa tenuiter, multa ſublimiter, multa venuſte, multa tenere, multa dulciter, multa cum bile. Aliquot 7 annis puto nihil generis ejuſdem abſolutius ſcriptum, niſi forte me fallit aut amor ejus, aut quod me ipſum laudibus 8 evexit. Nam lemma ſibi ſumpſit quod ego interdum verſibus ludo. Atque adeo judicii mei te judicem faciam, ſi mihi ex hoc ipſo lemmate ſecundus verſus occurrerit. nam cæteros teneo, & jam explicui.

Canto carmina verſibus minutis,
9 His olim quibus & meus Catullus,
Et Calvus, vetereſque. Sed quid ad me?
10 Unus Plinius eſt mihi, priores,
Mavult verſiculos, foro relicto,
Et quærit quod amet, 11 putatque 12 amari.
13 Ille Plinius, ille 14 quid Catones?
15 I nunc 16 qui ſapias, amare noli.

1 Mea *Lin.* 2 Ne te hæc *Bod.* 2. *Lin. Ald.* 3 Pompejo *Bod.* 1. 2. 4 *Quo* vel *ex quo Caſaubonus* mavult. 5 Senſium *Lin.* Senetium *Bod.* 2. 6 Hæc verba vulgo notis parentheſeos includuntur, ſed perperam, ut notat *Caſaub. Bod.* 1. 2. *Ald.* ſcribunt *poëmata: Lin.* autem *poëmatica.* 7 Annos *Bod.* 1. 8 Vexit *Bod.* 1. 2. *Lin.* 9 Iis *Bod.* 1. 2. 10 *Caſaubonus* putat hæc ita eſſe concipienda:

Unus Plinius eſt mihi (priores
Mavult verſiculos foro is relicto:
Et quærit quod amet putatque amari)
Ille Plinius, ille, quod Catones.

Ego autem *Barthium* & *Catanæum* ſecutus ſum, qui poſt *priores* comma ponunt. Adeoque *Plin. eſt m. priores* nihil aliud eſt quàm, *Plinius eſt mihi pro Catullo & Calvo, ac aliis veteribus.* Et quamvis locutio iſtiuſmodi duriuſcula videretur ingeniosiſſimo *Caſaubono*, non tamen exemplo caret. Sic enim *Auſonius: unus mihi omnium Gratianus. Pet. Crinitus,* [de Poët. Lat.] *Latinius* & alii nonnulli ita legunt:

Unus Plinius eſt mihi prior: is
Mavult &c.

Quæ lectio etiam firmatur à *Cod. Cl. Min.* 11 *Caſaubonus* conjicit lectionem potiorem eſſe *probatque.* 12 Amare *Bod.* 1. *Ald.* 13 In *Barthii* membranis legebatur, *Ille ô Plinius.* 14 Quod *Ald. MS. Barth.* At *Barthius* putat corruptè ſcriptum eſſe pro *quot.* 15 Si *Bod.* 2. 16 Quis ſapias *Bod.* 2. Quiſquis ſapias *Bod.* 1. *Lin. Pal.* Quiſquis amas *Vulg.* Et ſic Membranæ *Barthii.*

Vides

Vides quam acuta omnia, quam apta, quam expreſſa? Ad hunc guſtum totum librum repromitto; quem tibi, ut primum publicaverit, exhibebo. Interim ama juvenem, & temporibus noſtris gratulare pro ingenio tali, quod ille moribus adornat. Vivit cum [1] Spurinna, vivit cum [2] Antonio: quorum alteri affinis, utrique contubernalis eſt. Poſſis ex hoc facere conjecturam quam ſit emendatus adoleſcens, qui à graviſſimis ſenibus ſic amatur. Eſt enim illud veriſſimum,

[3] —— γιγνώσκων ὅτι
Τοιοῦτος [ἕκασος] οἷσπερ ἥδεται [4] ξυνών. Vale.

XVIII. C. PLINIUS [5] SEVERO SUOS.

[6] HErennius Severus, vir doctiſſimus, magni æſtimat in bibliotheca [7] ſua ponere imagines municipum tuorum, [8] Cornelii Nepotis & Titi [9] Caſſii: petitque, ſi ſunt iſtic, ut eſſe credibile eſt, exſcribendas pingendaſque delegem. Quam curam tibi potiſſimum injungo: primum, quia deſideriis meis amiciſſime obſequeris: deinde, quia tibi ſtudiorum ſumma reverentia, ſummus amor ſtudioſorum: poſtremo, quod patriam tuam, omneſque qui nomen ejus auxerunt, ut patriam ipſam, veneraris & diligis. Peto [10] autem ut pictorem quam

1 Spurina *Bod.* 1. 2. *Lin.* 2 Antonino *Bod.* 2. *Lin. Ald. Steph.* Antonino Pio *Vulg.* Perperam: nam *Antoninus Pius* natus eſt imperante *Domitiano*, nec ſub *Trajano* potuit eſſe ſenex. At mox *Spurinnam* & *Antoninum* (hæc enim eſt melior lectio quam *Antonius*) graviſſimos ſenes appellat. 3 Ex *Euripidis* Phœnice, citante *Æſchine contra Timarchum*, p. 283. Edit. *Franc.* 1604. De ſuo addidit noſter ἕκασος. Non enim agnoſcit *Æſchines*, nec quidem habetur in *Bod.* 1. Præterea in *Bod.* 1. pro γιγνώσκων ſcribitur γινώσκων 4 Ξυνὼν *Ald.* quo modo etiam legit *Æſchines*. Pro hac autem voce occurrit ad oram Edit. *Aldina* in Bibl. *Bodl.* lectio manu exarata ἑταίροις. 5 Julio Severo *Bod.* 1. *Lin.* 6 Herenius *Bod.* 1. *Ald.* Præter hunc *Herennium* fuit alter itidem doctiſſimus; *Herennius* nimirum *Philo*, cui verſio *Sanchoniathonis* Hiſtoriæ à *Porphyrio* attribuitur. Alii forſan *Herennium* iſtum *Porphyrianum* eundem cum noſtro *Plinianо* putarint; cum tamen ille *Porphyrianus* è *Phœnicâ* fuerit. Procul dubio autem à *Plinianо* noſtro ſic cognominatus fuit, præſertim vero ſi (ut videtur) *Herennius Severus* fuerit *Patronus Herennii Philonis*. Fuit enim ſolenne his temporibus ut Liberti non tantum civitate Romana donarentur verum etiam in Patronorum ſuorum familias aſſumerentur, prout conſtat ex Inſcriptionibus Sepulchralibus Familiarum, hac formula plerumque conceptis: FILIIS ET FILIABVS, LIBERTIS ET LIBERTABVS POSTERISQVE EORVM. Vide *Hen. Dodwelli* Diſſertationem de *Sanchoniathone* §. 8. 7 Suas *MS. Cl. Min.* 8 Corneliæ Nepotiæ *Bod.* 1. Corelliæ Nepotiæ *Bod.* 2. 9 Acii *Lin. Pal.* Catulli *Bod.* 2. Catilli *Bod.* 1. Catii & Attici *Vulg.* 10 Deeſt *Lin.*

1 diligen-

1 diligentiſſimum aſſumas. nam quum eſt arduum ſimilitudinem effingere ex vero, tum longe difficillima 2 eſt" imitationis imitatio. 3 A qua rogo ut artificem, quem 4 elegeris, ne in melius quidem ſinas aberrare. Vale.

XXIX. C. PLINIUS ROMANO SUO S.

EIa tu, quum 5 proxime res 6 agentur, quoquo modo ad judicandum veni Nihil eſt quod in dextram aurem fiducia mei dormias: non impune ceſſatur. Ecce, Licinius Nepos, prætor, acer & fortis vir, mulctam dixit etiam ſenatori. Egit ille in ſenatu cauſam ſuam: egit autem ſic, ut deprecaretur. Remiſſa eſt mulcta: ſed timuit, ſed rogavit, ſed opus venia fuit. Dices, Non omnes prætores tam ſeveri. Falleris. nam vel inſtituere vel reducere ejuſmodi exemplum, non niſi ſeveri: inſtitutum reductumve exercere, etiam 7 leniſſimi poſſunt. Vale.

XXX. C. PLINIUS 8 LICINIO SUO S.

ATtuli 9 tibi" ex patria mea pro munuſculo quæſtionem, altiſſima iſta eruditione digniſſimam. Fons oritur in monte, per ſaxa decurrit, excipitur cœnatiuncula manu facta: ibi 10 paululum retentus in Larium lacum decidit. Hujus mira natura. 11 ter in die 12 ſtatis auctibus ac diminutionibus creſcit decreſcitque. Cernitur id palam, & cum ſumma voluptate deprehenditur. Juxta recumbis & veſceris: atque etiam ex ipſo fonte (nam eſt 13 frigidiſſimus) potas: interim ille certis dimenſiſque momentis vel ſubtrahitur vel aſſurgit. Annulum, ſeu quid aliud ponis in ſicco, alluitur ſenſim, ac noviſſime operitur: detegitur rurſus, paulatimque deſeritur. ſi diutius obſerves, utrumque iterum ac tertio videas. 14 Spirituſne aliquis occultior os fontis & fauces modo laxat, modo includit, prout 15 in latus 16 occurrit, aut deceſſit expulſus? Quod in ampul-

1 Diligentiſſimè *Lin.* 2 Deeſt *Bod.* 2. 3 Quare rogo *Lin.* 4 Delegeris *Bod.* 2. 5 Proximo *Lin.* 6 Agantur *Bod.* 2. 7 Sic legunt non ſolum *MSS.* noſtri verumetiam *Cod. Pal.* & Edd. Vett. jure itaque damnarunt recentius vulgatum, *leviſſimi*, *Petrus Faber* & *Iſaacus Caſaubonus*. 8 Licinio Surræ *Lin. Vulg.* 9 Deeſt *Bod.* 1. 10 Paulum *Bod.* 1. 11 *Plinius* avunculus cum nepote non ad amuſſim concordat: inquit enim; *In Comenſi agro juxta lacum fons largus*, HORIS SINGULIS *ſemper intumeſcit, ac reſidet*. 12 Statutis *Bod.* 1. *Lin.* 13 Frigidus *Bod.* 1. 2. 14 *Spirituſque* legunt nonnulli. 15 Vetus ſcriptura pro *illatus*, quæ impoſuit quibuſdam, ut diviſe *in latus* ſcriberent. 16 Incurrit *Bod.* 1. *Vulg.*

lis

lis cæteriſque generis ejuſdem videmus accidere, quibus non hians nec ſtatim patens 1 exitus eſt. nam illa quoque, quanquam prona 2 & vergentia, per quaſdam 3 obluctantis animæ moras crebris quaſi ſingultibus ſiſtunt quod effundunt. 4 An quæ oceano natura, fonti quoque? quaque ille ratione aut impellitur aut reſorbetur, hac modicus hic humor vicibus alternis ſupprimitur vel 5 egeritur? An ut flumina, quæ in mare deferuntur, adverſantibus ventis, obvioque æſtu retorquentur, ita eſt aliquid quod hujus fontis excurſum 6 per momenta repercuriat? An latentibus venis certa menſura, quæ dum colligit quod exhauſerat, minor 7 rivus eſt & pigrior: 8 quum collegit, agilior majorque profertur? An neſcio quod 9 libramentum abditum & cæcum, quod, quum exinanitum eſt, ſuſcitat & elicit fontem: quum 10 repletum, moratur 11 & ſtrangulat? Scrutare tu cauſas (potes enim) quæ tantum miraculum efficiunt. mihi abunde eſt, ſi ſatis expreſſi quod efficitur. Vale.

1 Eſt os. Nam *Bod.* 2. Exitus. Nam *Ald. Steph.* 2 Atque *Bod.* 1 2. 3 Obluctantes animæ *Bod.* 1. Obluctantes animi *Lin.* 4 Aut quæ *Bod.* 1. *Lin.* 5 Geritur *Ald.* 6 Deſunt *Lin.* 7 Rivus ſed & *Bod.* 2. Rivus & *Bod.* 1. 8 Is cum colligit *Lin.* 9 Libramentum nec menſuram putat eſſe *Scheffer.* cum *Catan.* nec perpendiculum, cum *Turnebo*, ſed inſtrumentum hauriendæ aquæ, cujus cum pars una deſcendit, altera erigitur, effigie litteræ T. ut vulgo in puteis agreſtium videmus. Sic variè ſeſe torquent interpretes, nec iis vero minime ſatisfaciunt. Videtur certe *Plinius* innuere certamen aliquod aeris & aquæ pari utrinque vi factum, donec alterutrius impetus refractior paulo ceſſerit vincenti. Aer enim, uti vulgo eſt obſervare, ſimulac terræ venis ſe egeſſerit, aquam ſubinde elicit: quæ cum aditum invenerit, ſiquid aeris reſiduum eſt, aquam jam elicitam loco continet & quaſi ſtrangulat. Ut, ſi conjecturis faveamus, ita forſan legendum foret; *An libramentum aliquod abditum & cæcum, quod, cum exinanitus eſt* (fons ſc.) *ſuſcitat ac elicit fontem; cum repletus, moratur & ſtrangulat?* 10 Repletur *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald.* 11 Ac *Lin.*

LIBER V.

I. C. PLINIUS [1]SEVERO SUO S.

LEGATUM mihi obvenit modicum, [2] sed" amplissimo gratius. [3] Cur amplissimo gratius" ? Pomponia [4] Gratilla, [5] exhæredato filio [6] Assudio Curiano, hæredem reliquerat me : dederat cohæredes Sertorium [7] Severum", prætorium virum, alioſque [8] equites Romanos ſplendidos. Curianus [9] filius" orabat, ut ſibi donarem portionem meam, ſeque præjudicio juvarem : eandem tacita [10] conventione ſalvam mihi pollicebatur. Reſpondebam non convenire moribus meis aliud palam, aliud agere ſecreto. Præterea, non eſſe ſatis honeſtum [11] dare & locupleti & orbo : in ſumma, non profuturum ei, ſi donaſſem : profuturum, ſi ceſſiſſem : eſſe autem me paratum cedere, ſi inique [12] exhæredatum mihi liqueret. Ad hoc ille, *Rogo cognoſcas.* [13] Cunctatus paulum, *Faciam,* inquam". *neque enim* [14] *video cur* [15] *ipſe" minorem putem quam tibi videor. Sed jam nunc memento non defuturam mihi conſtantiam, ſi ita fides duxerit ſecundum matrem tuam pronunciandi. Ut voles,* ait : *voles enim quod æquiſſimum.* Adhibui in conſilium duos, quos [16] tunc civitas noſtra ſpectatiſſimos habuit, [17] Corellium & Frontinum. His circumdatus, in cubiculo meo ſedi. Dixit Curianus quæ pro ſe putabat. Reſpondi paucis ego, ([18] neque enim aderat alius qui defunctæ pudorem tueretur.) deinde ſeceſſi, [19] & ex conſilii ſententia, *Videtur,* (inquam.) *Curiane, mater tua* [20] *juſtas habuiſſe cauſas iraſcendi tibi.* Poſt hoc ille, cum cæteris ſubſcripſit centumvirale judicium, mecum non ſubſcripſit. Appetebat judicii dies : cohæredes mei componere & tranſigere cupiebant : non diffidentia cauſæ, ſed metu temporum. Verebantur, quod videbant multis accidiſſe, ne ex centumvirali judicio capitis rei exirent. Et erant

1 Arrinio & Annio Severo *Vulg.* 2 Deeſt *Lin.* 3 Deſunt *Bod.* 1. Nec *Neuſtetterianis* membranis adfuiſſe teſtatur *Modius.* Et poſſunt ſalvo ſenſu, etiam pro genio *Plinii*, abeſſe. 4 Galla *Bod.* 1. 2. Gralla *Lin.* 5 Exhæreditato *Bod.* 1. 6 Aſudio *Lin.* Aſtidio *Bod.* 1. 7 Deeſt *Lin.* 8 Splendidiſſimos equites Romanos *Lin.* 9 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald. Steph.* 10 Conditione *Lin.* 11 Donare *Bod.* 1. *Lin. Ald.* 12 Exhæreditatum *Bod.* 1. 13 Deſunt *Lin.* 14 Mihi video *Lin.* 15 Deeſt *Lin.* 16 Nunc *Lin.* 17 Cornelium *Lin.* Correlium *Ald.* 18 Nec *Lin.* 19 Hæc conſilii ſententia *Vulg.* 20 Multas *Lin.*

1 quidam

1 quidam in illis, quibus objici & Gratillæ amicitia & Ruſtici poſſet: rogant me ut cum Curiano loquar. Convenimus in ædem Concordiæ. ibi ego, Si mater (inquam) te ex parte quarta ſcripſiſſet hæredem, num queri poſſes? quid ſi hæredem quidem inſtituiſſet ex aſſe, ſed legatis ita exhauſiſſet, ut non amplius apud te quam quarta remaneret? Igitur ſufficere tibi debet, ſi 2 exhæredatus à matre quartam partem ab hæredibus ejus accipias, quam tamen 3 ego" augebo. Scis te non ſubſcripſiſſe 4 mecum, & jam biennium tranſiſſe, omniaque me uſucepiſſe. ſed ut te cohæredes mei tractabiliorem experiantur, utque tibi nihil abſtulerit reverentia mei, offero pro mea parte tantundem. Tuli fructum non conſcientiæ modo, verum etiam famæ. Ille ergo Curianus legatum mihi reliquit: & factum meum (niſi forte blandior mihi) antiquorum 5 notabili 6 honore ſignavit. Hæc tibi ſcripſi, 7 quia de omnibus quæ me 8 vel" delectant vel angunt, non aliter tecum quam mecum loqui ſoleo: deinde quod durum exiſtimabam, te amantiſſimum mei fraudare voluptate quam ipſe capiebam. 9 Neque enim ſum tam ſapiens 10 ut nihil mea interſit, an iis quæ honeſte feciſſe me credo, teſtificatio quædam & quaſi præmium accedat. Vale.

II. C. PLINIUS 11 FLACCO SUO S.

ACcepi 12 pulcerrimos turdos, cum quibus parem calculum ponere, nec 13 ullis copiis ex Laurentino, nec maris tam turbidis tempeſtatibus poſſum. Recipies ergo epiſtolas ſteriles, & ſimpliciter ingratas: ac ne illam quidem ſolertiam 14 Diomedis in permutando munere imitantes. Sed quæ facilitas 15 tua, hoc magis dabis veniam, quod ſe non mereri fatentur. Vale.

1 Quidem *Lin.* 2 Exhæreditatus *Bod.* 1. 3 Deeſt *Lin.* 4 Mecum biennium *Bod.* 1. Mecum, & bien. *Ald.* 5 Notabilium *Vulg* 6 More *Lin. Vulg.* 7 Primum quia *Bod.* 2. 8 Deeſt *Lin.* 9 Nec *Lin.* 10 Quod *Lin.* 11 Tironi *Bod.* 1. Calphurnio *Bod.* 2. 12 Plurimos *Bod.* 2. *Vulg.* 13 Urbis copiis *Bod.* 1. 2. *Lin. Pal. Ald.* Ex quo præclare *Gruterus*, *ruris* legendum conjiciebat. Nam ſicut mox *maris*, ita hic *ruris copiis* dixit. Et infra L. VI. Ep. 28. utrumque genus, *urbanas* juxta & *ruſticas copias* habet. 14 Notum illud,

Χρύσεα χαλκείων, ἑκατόμβοι' ἐννεαβοίων.

Vide *Homeri* Iliad. Z. v. 236. 15 Tua eſt *Bod.* 2.

III. C. PLINIUS [1] ARISTONI SUO S.

CUm plurima officia tua mihi grata & jucunda ſunt, tum vel maxime quod me celandum non putaſti, fuiſſe apud te de verſiculis meis multum copioſumque ſermonem, eumque diverſitate judiciorum longius proceſſiſſe: [2] exſtitiſſe etiam quoſdam qui ſcripta quidem ipſa non improbarent, me tamen amice ſimpliciterque reprehenderent, quod [3] hæc ſcriberem recitaremque. Quibus ego, ut augeam meam culpam, ita reſpondeo: Facio nonnunquam verſiculos, ſeveros parum, facio [4] comœdias, & audio & ſpecto mimos, & lyricos lego, [5] & ſatyricos intelligo: aliquando ptæterea rideo, jocor, ludo: utque omnia [6] innoxiæ remiſſionis genera breviter amplectar, homo ſum. Nec vero moleſte fero hanc eſſe de moribus meis exiſtimationem, ut qui neſciunt talia [7] doctiſſimos, graviſſimos, ſanctiſſimos homines ſcriptitaſſe, me ſcribere mirentur. ab illis [8] autem", quibus notum eſt quos quantoſque auctores ſequar, facile impetrari poſſe confido, ut errare me, ſed cum illis ſinant, quorum non ſeria modo, verum etiam luſus exprimere, laudabile eſt. An ego verear (neminem viventium, ne quam in ſpeciem adulationis incidam, nominabo) [9] ſed ego verear" ne me non ſatis deceat quod decuit M. Tullium, Cajum [10] Calvum, Aſinium Pollionem, Marcum Meſſalam, [11] Quintum" Hortenſium, M. Brutum, L. [12] Sullam, Q. Catulum, Quintum Scævolam, Ser. Sulpitium, Varronem, Torquatum ([13] immo Torquatos) C. [14] Memmium, Lentulum, Gætulicum, Annæum Senecam, [15] Leucejum", &

1 Julio *Bod.* 1. Titioni *Bod.* 2. 2 Et exſtitiſſe *Lin.* 3 Hoc *Bod.* 2. *Lin.* 4 Facio. Nam & comœdias audio & ſp. *Lin.* Facio Audio & ſp. *Eod.* 1. 5 Et Socraticos *Bod.* 1. *Lin. Weſtm. Tal.* Etiam Socraticos *Bod.* 2. *Catanæus* conjicit *Sotadicos* eſſe legendum, quem & ſecutus eſt *Caſaubonus. Sotadeorum* ſane verſuum metra *Quintilianus* examinat I. 8. & IX. 4; materiem *Martialis* prodit II. 82. Et *Auſonius* Ep. XIV. v. 29. Græce

Σωλαδικὸν τι κἰναιδον.

Sed cum Codd. MSS. noſtri huic lectioni non faveant, ut ſic emendetur vix ac ne vix quidem quis concederet. Quid, quod & idem *Martialis* lectionem Manuſcriptorum *Socraticos* diſerte confirmet? Nam l. IX. Ep. 48. in quendam Panniculum ſcribit:

Democritos, Zenonas, inexpliciteſque Platonas
Quicquid & hirſutis ſqualles imaginibus.

Ubi ſatyricum innuit. Et *Juvenal.* Sat. II.

---- Caſtigat turpia, cum ſis
Inter ſocraticos notiſſima foſſa cinædos.

6 *Innoxia* quidam legunt. 7 Ditiſſimos *Vulg.* 8 Deeſt *Lin.* 9 Deſunt *Steph.* 10 Calvium *Bod.* 2. 11 Deeſt *Bod.* 1. 12 Syllam *Lin. Ald. Vulg. Bod.* 1. ſic legit: *Sillamque, Catullumque Scævolam, &c.* 13 Immo vero *Lin.* 14 Memium *Bod.* 1. 15 Lucanum *Vulg.* Deeſt *Bod.* 1. *Lin.*

proxime

proxime [1] Virginium Rufum, &, ſi non [2] ſufficiunt exempla privata, divum Julium, divum Auguſtum, divum Nervam, T. Cæſarem? Neronem enim tranſeo, quamvis ſciam non corrumpi in deterius quæ aliquando etiam à malis, ſed honeſta manere quæ ſæpius à bonis fiunt. inter quos vel præcipue numerandus [3] eſt" P. Virgilius, Corn. Nepos, & prius Ennius, [4] Acciuſque. Non quidem hi ſenatores, ſed ſanctitas morum non diſtat ordinibus. [5] Recito tamen, quod illi an fecerint" [6] neſcio. Etiam; ſed illi judicio ſuo poterant eſſe contenti: mihi modeſtior [7] conſcientia eſt quam ut ſatis abſolutum putem quod à me probetur. Itaque has recitandi cauſas ſequor. primum quod ipſe qui recitat, aliquanto [8] acrius ſcriptis ſuis auditorum reverentia intendit. deinde quod de quibus dubitat, quaſi ex conſilii ſententia ſtatuit. multa etiam à multis admonetur: &, ſi non admoneatur, quid quiſque ſentiat, perſpicit ex vultu, oculis, nutu, [9] manuum motu, murmure, ſilentio, quæ ſatis apertis notis judicium ab humanitate diſcernunt. [10] atque adeo, ſi cui forte eorum, qui interfuerunt, curæ fuerit eadem illa legere, [11] intelliget me quædam aut commutaſſe, aut præteriſſe, fortaſſe etiam ex ſuo judicio, quamvis ipſe nihil dixerit mihi. Atque [12] hæc ita diſputo, quaſi populum in auditorium, non in cubiculum amicos [13] advocarim, quos plures habere, [14] multis" glorioſum, reprehenſioni nemini fuit. Vale.

IV. C. PLINIUS [15] VALERIANO SUO S.

RES parva, ſed initium non parvum. [16] Sollers vir prætorius à ſenatu [17] petiit ut [18] ſibi" inſtituere in agris ſuis

1 Vergineum *Bod.* 1. *Lin.* 2 ſufficient *Lin.* 3 Deeſt *Lin.* 4 Aciuſque *Bod.* 1. Actiuſque *Vulg.* 5 Deſunt *Lin.* 6 Neſcio; etiamſi illi judicio. *Lin. Pal.* *Palatinus* præterea habet, *quem ante fecerint neſcio*; adeo ut *Gruterus* ſcribendum conjiciat, *quod an & fecerint neſcio, etiamſi illi judicio, &c.* In Edit. *Ald.* *etiam* deeſt. 7 Sic legit *Caſaub. MS. Weſtm.* habet *conſtantia.* 8 Intendit acrius reverentiam auditorum ſcriptis ſuis *Bod.* 2. *Vulg.* 9 Manu, murmure *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald.* 10 Itaque, ſi *Lin.* 11 Intelligat *Bod.* 2. 12 Hic *Bod.* 1. Hoc *Bod.* 2. *Lin.* 13 Advocarem *Lin.* 14 Deeſt *Bod.* 2. 15 Julio ſuo *Bod.* 1. 2. 16 Viri nomen, & ſic ſcribendum, non *Solers*, ut Editiones vulgatæ habent. Hoc patet ex duabus vetuſtis Inſcriptionibus apud *Ald. Manut.* in Orthogr. p. 709. Edit. *Ven.* MDXCI.

T. ATTICO. DOMITIAE. AVG.
LIB. VI.
VIRO. AVG.
DOMITIVS. SOLLERS. VI. VIR.
AVG.
ET. S. P. Q. S.
2.
MARCELLINAE
BELLICI. SOLLERTIS
CO

17 Petit *Bod.* 1. 2. 18 Deeſt *Lin.*

nundinas permitteretur: contradixerunt 1 Vicentinorum legati: adfuit 2 Tuſcillus Nominatus: dilata cauſa eſt. 3 Alio ſenatu 4 Vicentini ſine advocato intraverunt: dixerunt *ſe deceptos*. Lapſine verbo, an quia ita ſentiebant? 5 Interrogati a Nepote prætore *quem docuiſſent*, reſponderunt, 6 *Quem prius*. Interrogati *an tunc gratis adfuiſſet*, 7 reſponderunt, *Sex millibus nummûm*. an rurſus aliquid dediſſent, 8 dixerunt, *Mille denarios*. Nepos poſtulavit ut Nominatus induceretur. Hactenus illo die. Sed, quantum auguror, longius res procedet. Nam pleraque tacita 9 tantum 10 ex minimo commota, latiſſime ſerpunt. Erexi aures tuas: 11 quam diu nunc oportet, quam blande roges ut reliqua cognoſcas, ſi tamen non ante ob hæc ipſa veneris Romam, 12 ſpectatorque malueris eſſe, quam lector. Vale.

V. C. PLINIUS 13 MAXIMO SUO S.

14 NUnciatum mihi eſt, 15 C. Fannium deceſſiſſe, qui nuncius gravi me dolore confudit. primùm, quod amavi 16 hominem elegantem 17 & diſertum: 18 deinde, quod judicio ejus uti ſolebam. Erat enim natura acutus, uſu exercitatus, 19 varietate promptiſſimus. Angit me ſuper iſta, caſus ipſius. Deceſſit veteri teſtamento: omiſit quos maxime diligebat: proſecutus eſt quibus 20 offenſior erat Sed hoc utcunque tolerabile: gravius illud, quod pulcerrimum opus imperfectum reliquit. Quamvis enim agendis cauſis diſtringeretur, ſcribebat tamen exitus occiſorum aut relegatorum à Nerone: & jam tres libros abſolverat ſubtiles, & diligentes, & Latinos, atque inter ſermonem hiſtoriamque medios. Ac

1 Vicetinorum *Ald.* Et hanc veram lectionem eſſe *Aldus* probat variis inſcriptionibus loco cit. p. 757. 2 Tiſcillus *Bod.* 2. Tuſcilius *Lin. Ald.* Hæc lectio convenit cum Inſcriptione quad. ap. *Grut.* p. 924.

P. TVSCILIVS ALEXANDER.

3 Deſunt *Lin.* 4 Vicetini *Ald.* 5 Qui prius interrogati an tunc gratis affuiſſent? reſponderunt, ſex *Bod.* 1. 6 Quod prius *Bod.* 2. 7 Reſpondere *Bod.* 2. 8 Dixere *Bod.* 2. 9 Tantummodo *Vulg.* 10 Et omnino commota *Bod.* 1. *Lin. Pal. Ald.* Et ideo com. *Bod.* 2. Vox præcedens *tacita Scheffero* nequaquam placet. Nam factum *Nominati* quidem adeo non fuit tacitum, ut & publicè accuſaretur. Legendum igitur arbitratur, *nam pleraque facta tantum, & omnino commota*. Illud *ex minimo* receptum eſt in textum ex gloſſa, qua quis illud *omnino* expoſuerat, tanquam notius & uſitatius. Nam *omnino* hic eſt *leviter*. 11 Scio quam *Steph. Vulg.* 12 Spectator mal. *Lin.* 13 Manio Maximo *Bod.* 2. 14 Nunciatur mihi *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald.* 15 Q. Fan *Bod.* 1. 2. 16 Deeſt *Lin.* 17 Deeſt *Bod.* 1. 2. 18 Denique *Lin.* 19 Veritate *Bod.* 1. *Lin. Ald.* Virtute *Bod.* 2. 20 Infenſior *Lin.*

tanto

tanto magis reliquos perficere cupiebat, quanto frequentius hi 1 lectitabantur. Mihi autem videtur acerba ſemper & immatura mors eorum qui immortale aliquid parant. Nam qui voluptatibus dediti, quaſi in diem vivunt, vivendi cauſas 2 quotidie finiunt: qui vero poſteros cogitant, & memoriam ſui operibus extendunt, 3 his nulla mors non repentina eſt, ut quæ ſemper inchoatum aliquid abrumpat. 4 Cajus quidem Fannius quod accidit, multo ante præſenſit. Viſus eſt ſibi per nocturnam quietem jacere in lectulo ſuo compoſitus in 5 habitum 6 ſtudentis, habere ante 7 ſe" ſcrinium (8 ita ſolebat) 9 mox imaginatus 10 eſt" veniſſe Neronem, in toro 11 ſediſſe: prompſiſſe primum librum quem de ſceleribus ejus ediderat, 12 eumque ad extremum 13 revolviſſe: idem in ſecundo ac tertio feciſſe, tunc abiiſſe. Expavit: & ſic interpretatus eſt, tanquam idem ſibi 14 futurus eſſet ſcribendi finis, qui fuiſſet illi legendi: & fuit idem. Quod me recordantem miſeratio ſubit, quantum vigiliarum, quantum laboris exhauſerit fruſtra. Occurſant animo mea mortalitas, mea ſcripta. nec dubito te quoque eadem cogitatione terreri pro iſtis quæ inter manus habes. Proinde, dum ſuppetit vita, enitamur ut mors quam pauciſſima, quæ abolere poſſit, inveniat. Vale.

VI. C. PLINIUS 15 APOLLINARI SUO S.

AMavi curam & ſolicitudinem tuam, quod quum audiſſes me 16 æſtate Tuſcos meos petiturum, ne facerem ſuaſiſti, dum putas inſalubres. Eſt ſane gravis & peſtilens ora Tuſcorum, quæ per littus extenditur. Sed 17 hi procul à mari receſſerunt: quinetiam Apennino ſaluberrimo montium ſubjacent. atque adeo, ut omnem 18 pro me metum ponas, accipe temperiem cœli, regionis ſitum, villæ amœnitatem, quæ & tibi auditu & mihi relatu jucunda erunt. 19 Cœlum eſt hye-

1 Delectabantur *MS. Cl. Min.* 2 Quaſi quotidie *Lin.* 3 Iis *Bod.* 1. 4 Q. quidem *Bod.* 1. 2. 5 Habitu *Bod.* 2. *Lin. Ald. Steph.* 6 Scribentis *Bod.* 1. Sed in margine *ſtudentu.* 7 Deeſt *Bod.* 2. 8 Ita ut ſolebat *Pal.* 9 Modo *Lin.* 10 Deeſt *Lin.* 11 Reſediſſe *Lin. Pal.* Et ſic membranæ, quas excuſſit *Modius.* 12 Cumque ad extremum revolviſſet, & idem in ſecundo ac tertio feciſſet *Vulg.* 13 Volviſſe *Bod.* 1. 2. 14 Subfuturus *Lin.* 15 Appolinari *Lin.* Apolinari *Bod.* 1. 16 In æſtate *Bod.* 1. *Lin.* 17 Ii *Bod.* 2. 18 Prope *Bod.* 2. 19 *Scheffervs* non poteſt hic ferre duo vocabula idem ſignificantia, ſine notabili Synonymiæ cauſſa. Dicunt *gelidum* plus eſſe, quam *frigidum.* Si hoc voluiſſet, ſcribere debuerat, *frigidum, imo gelidum* Suſpicatur itaque ſcripſiſſe. *cælum eſt hyeme gelidum.* Poſt adjectam eſſe gloſſam, *eſt frigidum*, vel potiùs *frigidum eſt.* Tum quia *eſt* præceſſerat, factum *frigidum eſt.*

me

me frigidum & gelidum. Myrtos, oleas, quæque alia 1 aſſiduo tepore lætantur, aſpernatur 2 ac reſpuit: laurum tamen patitur, atque etiam 3 viridiſſimam profert. Interdum ſed non ſæpius quam ſub urbe 4 noſtra" 5 necat. Æſtatis mira clementia. 6 ſemper ac ſpiritu aliquo movetur, frequentius tamen auras quam ventos habet. hinc ſenes 7 multos videas avos proavoſque jam 8 juvenum; audias fabulas veteres, ſermoneſque majorum: quumque veneris illo, putes alio te ſeculo natum. Regionis forma pulcerrima, imaginare amphitheatrum aliquod immenſum, & quale ſola rerum narura poſſit effingere. Lata & diffuſa planities montibus cingitur: montes 9 ſumma" ſui parte 10 procera nemora & antiqua habent. Frequens ibi & varia venatio: inde 11 cæduæ ſilvæ cum ipſo monte deſcendunt: has inter pingues terrenique colles (neque enim facile uſquam ſaxum, etiam ſi quæratur, occurrit:) planiſſimis campis fertilitate non cedunt, opimamque meſſem ſerius tantum, ſed non minus percoquunt. Sub his per latus omne vineæ porriguntur, 12 unamque faciem longe lateque contexunt: quarum à fine imoque, 13 quaſi" margine arbuſta naſcuntur: prata inde, campique. Campi, quos non niſi ingentes boves & fortiſſima aratra 14 perfringunt. tantis glebis tenaciſſimum ſolum, quum primum 15 proſecatur, aſſurgit, ut 16 nono demum ſulco perdometur. prata florida & 17 gemmea, trifolium, aliaſque herbas, teneras 18 ſemper & molles, & quaſi novas alunt. cuncta enim perennibus rivis nutriuntur. 19 Sed ubi aquæ plurimum, palus nulla: quia devexa terra quicquid liquoris 20 accepit, nec abſorbuit, effundit in Tiberim. Medios ille agros ſecat: navium patiens, omneſque fruges devehit in urbem, hyeme duntaxat & vere: æſtate ſummittitur, immenſique fluminis nomen arenti alveo deſerit, autumno 21 reſumit. Magnam capies voluptatem, ſi hunc regionis ſitum ex monte proſpexeris. Neque enim terras tibi, ſed formam 22 aliquam ad eximiam pulcritudinem pictam videberis cernere. ea varietate, ea deſcriptione, quocun-

1 Æſtivo tempore *Bod.* 1. 2. *Lin. Vulg.* 2 Et *Bod.* 1. 2 *Lin.* 3 Nitidiſſimam *Bod.* 1. 2. *Lin. Caſauboni* diſtinctionem ſecutus ſum; nam vulg. *Viridiſſimam profert interdum: ſed &c.* 4 Deerat in uno Codice quem inſpexit *Catanæus.* 5 Negat *Vulg.* 6 Semper aer ſpiritu *Bod.* 1. 2. *Lin.. Weſtm. Pal. Ald.* 7 Multi *Bod.* 1. 2. *Ald.* Multis *Vulg.* 8 Sic diſtinguendum eſſe monuit *Caſaubonus.* Prius enim: *hinc ſenes multos videas avos, proavoſque. Jam juvenum, &c.* 9 Deeſt *Lin.* 10 Prægrandia *Bod.* 1. 11 Crebræ ſylvæ *Lin.* 12 Unaque facie *Bod.* 1. 2. *Lin.* 13 Deeſt *Lin.* 14 Perſtringunt *Bod.* 1. *Lin.* 15 Proſcinditur *Vulg.* 16 Novo à nonnullis legitur 17 Gramen *Vulg.* 18 Semperque *Lin.* 19 Ibi aquæ pl. *Vulg.* 20 Accipit *Lin.* Acceperit *Bod.* 2. 21 Reaſſumit *Lin.* 22 Aliquam eximiamque *Bod.* 1.

que

que inciderint oculi, [1] reficiuntur. Villa in colle imo ſita proſpicit quaſi ex ſummo, ita [2] leviter & ſenſim clivo fallente conſurgit, ut quum aſcendere te non putes, ſentias aſcendiſſe. A tergo Apenninum, ſed longius habet. Accipit ab hoc auras quamlibet ſereno & placido die, non tamen acres & immodicas, ſed ſpatio ipſo laſſas & infractas. magna ſui parte meridiem [3] ſpectat, æſtivumque ſolem ab hora ſexta, hybernum aliquanto maturius, quaſi invitat in porticum latam & [4] pro modo longam Multa in hac membra, atrium etiam ex more veterum. ante porticum xyſtus [5] conciſus in plurimas ſpecies, [6] diſtinctuſque buxo, [7] demiſſus inde pronuſque pulvinus, cui beſtiarum effigies invicem adverſas buxus inſcripſit. Acanthus in plano mollis, & pene dixerim liquidus. ambit hunc ambulatio preſſis varieque tonſis viridibus incluſa: ab his geſtatio in modum circi, quæ buxum multiformem humileſque & [8] retonſas manu arbuſculas [9] circumit. omnia maceria muniuntur: hanc [10] gradata buxus [11] operit & ſubtrahit. Pratum inde non minus natura, quam ſuperiora illa arte, viſendum: campi deinde porro [12] multaque alia prata & arbuſta. [13] A capite porticus triclinium excurrit, valvis xyſtum deſinentem, & protinus pratum multumque ruris videt feneſtris. Hac latus xyſti & quod proſilit villæ, [14] ac adjacentis [15] hypodromi nemus comaſque proſpectat. Contra mediam fere porticum [16] diæta paulum recedit, cingit areolam, quæ quatuor platanis inumbratur. Inter has marmoreo labro aqua [17] exundat, circumjectaſque platanos, & ſubjecta platanis [18] gramina [19] leni aſpergine fovet. Eſt in hac

1 Reficientur *Bod.* 2. *Ald.* 2 Leniter *Bod.* 2. *Vulg* Quomodo legendum eſſe exiſtimo: quia in iſtiuſmodi deſcriptionibus *lene, clemens, molle* adhiberi video, quibus noſtrum *leniter* & *ſenſim* exprimitur. Vide *Palladii* L. I. c. 5. *Calpurnii* Eclog. VII. v. 25. *Sil. Ital* L. I. v. 274. 3 *Spectans* legit *Latinius*. Et quidem ſi hoc modo legatur, videtur tota ſententia aptior, uſitatiorque loquendi formula. 4 In vetuſto codice, teſte *Catan.*, non eſt *& pro modo longam* ſed *& prominulam*, ut porticus illa aliquantulum promineret. 5 Confiſſus *Vulg.* 6 Diſtinctus buxo *Bod.* 1. 2. 7 Demiſſus tunc pro. *Lin.* 8 Retentas *Bod.* 1. 2. *Lin. Weſtm. Ald.* 9 Circuit *Bod.* 2. *Lin.* 10 Grata *Bod.* 2. 11 Aperit *Steph.* Sed perperam. 12 Multa alia *Bod.* 1. 2. 13 Deeſt *Bod.* 2. *Lin.* 14 Hac *Bod.* 2. 15 Tectæ ambulationis, clauſi undiquaque ambulacri, quod *Sidonius* II. ep. 2. cum *cryptoporticu* conjungit. Ibi Sirmondus ex MSS. reſtituit, & ita *Plinium* emendandum eſſe contendit, pro *hippodromo* quod ex ignorantiâ irrepſerat. Et ſane circo & hippodromo vix locus inter arbuſta & nemorum comas, quæ hoc loco deſcribuntur. 16 Zeta Pal. quod *Turnebus* quoque adprobat Adverſ. XXIV. 4. extr. Sed eadem res, ut *Zabulus* & *Diabolus* apud Eccleſiæ ſcriptores: Hippo *Zarrhytus* pro *Diarrhytus* in *Antonini* Itiner. p. 4. Sed de hac voce vide fuſius in Lib. II. Epiſt. 17. 17 Exundant & exudant *Vulg.* 18 Deeſt *Lin. Bod.* 2. *Ald.* 19 Levi *Lin. Bod.* 1. Lenta *Vulg.*

1 diæta

[1] diæta dormitorium cubiculum, [2] quod diem, clamorem ſonumque excludit: junctaque [3] ei" quotidiana [4] amicorumque cœnatio. Areolam illam porticus alia, eademque omnia quæ porticus aſpicit. Eſt [5] & aliud cubiculum à proxima platano, viride & umbroſum, marmore [6] exſculptum podio tenus: nec cedit gratiæ marmoris, ramos, inſidenteſque ramis [7] aves imitata pictura, cui ſubeſt fonticulus: in hoc fonte crater, circa ſipunculi plures miſcent jucundiſſimum murmur. In cornu porticus ampliſſimum cubiculum [8] à" triclinio occurrit: aliis feneſtris xyſtum, aliis deſpicit pratum. Sed ante [9] piſcina, quæ feneſtris ſervit ac ſubjacet, ſtrepitu viſuque jucunda. nam ex edito [10] deſiliens aqua, ſuſcepta marmore albeſcit. Idem cubiculum hieme tepidiſſimum, quia plurimo ſole perfunditur. Cohæret hypocauſton, &, ſi dies nubilus, immiſſo vapore, ſolis vicem ſupplet. Inde apodyterium [11] balinei laxum & hilare excipit cella frigidaria, in qua baptiſterium amplum [12] atque opacum. Si natare latius [13] aut tepidius velis, [14] in area piſcina eſt", in proximo puteus, ex quo poſſis rurſus [15] aſtringi ſi pœniteat teporis. Frigidariæ cellæ connectitur media, cui ſol benigniſſime præſto eſt, caldariæ magis: prominet enim. in hac tres [16] deſcenſiones: duæ in ſole, tertia [17] à ſole longius, à luce non longius. Apodyterio [18] ſuperpoſitum eſt ſphæriſterium, quod plura genera exercitationis, pluresque circulos capit. Nec procul à [19] balineo ſcalæ, quæ in cryptoporticum ferunt, prius ad diætas tres. harum alia areolæ illi, [20] in" qua platani quatuor, alia prato, alia vineis imminet [21] diverſis", diverſaſque cœli partes [21] ac proſpectus habet. in ſumma cryptoporticu cubiculum, ex ipſa cryptoporticu exſciſum, quod [23] hypodromum, vineas, montes intuetur. Jungitur cubiculum obvium ſoli maxime hyberno. hinc oritur diæta, quæ villæ [24] hypodromum adnectit. [25] hæc facies, hic [26] viſus à fronte. à latere [27] æſtivo cryptoporticus in edito poſita, quæ non aſpicere

1 Zeta *Lin.* 2 Quoddam: clamorem, ſonum excludit *Ad Marg. Edit. Ald. Bod.* Quod clamoris ſonum excl. *Bod.* 2. Quod die clamorem, ſonum excl. *Lin. Ald.* 3 Deeſt *Lin.* 4 Amicorum cœnatio *Lin.* 5 Etiam *Bod.* 2. 6 Excultum *Bod* 2. *Ald.* 7 Aliquid hic latet vitii. Quippe *Bod.* 1. 2 *Lin. Pal. Ald. aves imitata picturæ fonticulus: in hoc fonte &c.* 8 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald.* 9 Piſcinam *Bod.* 1. 2. *Ald.* Piſcinam jucundam *Vulg.* 10 Exſiliens *Lin.* 11 Balnei *Bod.* 1. 2. 12 Et *Bod.* 1. *Lin.* 13 Et *Bod.* 1. 14 Deſunt *Ald.* 15 Abſtergi *Bod.* 1. *Vulg.* 16 Diſtentiones *Bod.* 2. Diſceſſiones *Vulg.* 17 A ſole non longius. Apodyterio *Bod* 1. *Lin. Ald* 18 Suppoſitum *Vulg.* 19 Balneo *Bod.* 1. 2. 20 Deeſt *Lin.* 21 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald.* 22 Ut proſp. *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald.* 23 Hippodromum *Bod.* 1. *Vulg.* ſed perperam. Vide ſupra. 24 Hippodromum *Lin.* 25 Hic *Lin.* 26 Uſus *Lin. Ald.* 27 Æſtiva *Bod.* 1. *Ald.* Deeſt *Steph.*

vineas,

vineas, ſed tangere videtur. In 1 media triclinium ſaluberrimum afflatum ex Apenninis vallibus recipit: poſt latiſſimis feneſtris vineas, valvis æque vineas, ſed per cryptoporticum quaſi admittit à latere triclinii, quod feneſtris caret, ſcalæ convivio utilia ſecretiore 2 ambitu ſuggerunt. In fine cubiculum, cui non minus jucundum proſpectum cryptoporticus ipſa quam vineæ præbent. Subeſt cryptoporticus ſubterraneæ ſimilis, æſtate incluſo frigore riget: contentaque aëre ſuo nec deſiderat auras nec admittit. poſt utramque cryptoporticum, unde triclinium deſinit, incipit porticus: ante medium diem, hyberna; inclinato die, æſtiva. hac adeuntur diætæ duæ, quarum in altera cubicula quatuor, altera tria, ut circuit ſol, aut ſole utuntur aut umbra. Hanc diſpoſitionem amœnitatemque tectorum longe 3 lateque" præcedit hypodromus, medius pateſcit, ſtatimque intrantium oculis 4 totus offertur, platanis 5 circuitur. illæ hedera veſtiuntur, utque ſummæ ſuis, ita imæ alienis frondibus virent: 6 Hedera 7 truncum 8 & ramos 9 pererrat, vicinaſque platanos tranſitu ſuo 10 copulat, has buxus interjacet. Exteriores buxos circumvenit laurus, umbræque platanorum ſuam confert. Rectus hic hypodromi limes, in extrema parte 11 hemicyclo frangitur, mutatque faciem: cupreſſis ambitur & tegitur, denſiore umbra opacior nigriorque: interioribus circulis (ſunt enim plures) puriſſimum diem recipit. Inde 12 etiam" roſas 13 effert, umbrarumque frigus non ingrato ſole diſtinguit. Finito vario illo multiplicique curvamine, recto limiti redditur, nec huic uni. Nam viæ plures, intercedentibus buxis, dividuntur. alibi 14 pratulum, alibi ipſa buxus intervenit in formas mille deſcripta, literis interdum quæ modo nomen domini dicunt, modo artificis. alternis 15 metulæ ſurgunt, alternis inſerta ſunt poma: & in opere urbaniſſimo ſubita velut 16 illati ruris imitatio medium in ſpatium brevioribus utrinque platanis adornatur. Poſt has, acanthus 17 hinc inde" lubricus & flexuoſus; deinde plures figuræ, pluraque nomina. in capite ſtibadium candido marmore, vite protegitur. vitem quatuor 18 columellæ Caryſtiæ ſubeunt. 19 E ſtibadio aqua, velut expreſſa cubantium pondere ſipunculis effluit, cavato lapide ſuſcipitur, 20 gracili marmore continetur", atque ita occulte temperatur, ut 21 impleat, nec redundet. Guſtatorium graviorque cœnatio margi-

1 Medio *Bod.* 2. 2 Aditu *Vulg* 3 Deeſt *Pal.* Largeque *Bod.* 1. 4 Deeſt *Lin.* 5 Circumitur *Bod.* 1. *Lin.* 6 Hederæ *Bod.* 2. 7 Trunculum *Bod.* 1. 8 Vt *Lin.* 9 Pererrant *Bod.* 2. 10 Copulant *Bod.* 2. 11 Hemicyclio *Ald.* 12 Deeſt *Lin.* 13 Offert *Lin.* 14 Pratum *Bod.* 1. 15 Viticulæ *Vulg.* 16 Illata *Bod* 1. 17 Deſunt *Bod.* 1. 2. *Lin.* 18 Columnellæ *Bod.* 1 2. 19 Ex *Bod.* 1. 2. 20 Deſunt *Bod.* 1. 21 Impleatur *Bod.* 2.

ni imponitur, levior navicularum & avium figuris innatans [1] circuit. contra fons egerit aquam & recipit: nam expulsa in altum in se cadit, [2] junctisque hiatibus & absorbetur & tollitur è regione stibadii adversum cubiculum. Tantum stibadio reddit ornatus, quantum accipit ab illo. [3] à" marmore splendet, valvis in viridia prominet [4] &" [5] texit: [6] dehinc" alia viridia superioribus [7] inferioribusque fenestris [8] suspicit despicitque. Mox [9] diætula refugit quasi in cubiculum idem atque [10] aliud. Lectus hîc & undique fenestræ, & tamen lumen obscurum umbra premente. nam lætissima vitis per omne tectum in culmen nititur & ascendit. Non secus ibi quam in nemore jaceas: imbrem tantum tanquam in nemore non sentias. Hîc quoque fons nascitur, simulque subducitur. [11] Sunt locis pluribus dispositа sedilia è marmore, quæ ambulatione fessos ut cubiculum ipsum juvant. Fonticuli [12] sedilibus adjacent, per totum [13] hypodromum inductis fistulis strepunt rivi, & qua manus duxit, sequuntur. His nunc illa viridia, nunc hæc, interdum simul omnia [14] lavantur. Vitassem jamdudum ne viderer argutior, nisi proposuissem omnes angulos tecum epistola circumire. Neque enim verebar ne laborioſum esset legenti tibi, quod [15] visenti non fuisset, præsertim quum interquiescere si liberet, depositaque epistola, quasi residere sæpius posses. Præterea indulsi amori meo. amo enim quæ maxima ex parte ipse inchoavi, aut inchoata [16] percolui. [17] In summa (cur [18] enim" non aperiam tibi vel judicium meum vel errorem?) primum ego officium scriptoris existimo, [19] ut" titulum suum legat, [20] atque identidem interroget se quid [21] cœperit scribere: sciatque, si materiæ immoratur, non esse longum: longissimum, si aliquid accersit atque attrahit. Vides quot versibus Homerus, quot Virgilius arma, hic Æneæ, Achillis ille, describat: brevis tamen uterque [22] est", quia facit quod instituit. Vides ut Aratus minutissima etiam sidera consectetur & colligat, mo-

1 Circumit *Bod.* 1. *Lin.* 2 Hæc distinctio est *Scheſſeri*, vulgo enim: *junctisque hiatibus & absorbetur & tollitur. E regione stibadii adversum cubiculum tantum stibadio &c.* 3 Deest *Bod.* 1. 2. 4 Deest *Lin.* 5 Exit *Westm. Pal. Ald.* 6 Deest *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald. Steph.* 7 Atque inferioribus *Lin.* 8 Suscipit *Bod.* 1. 9 *Zetecula* legit *Gruterus*, *Sirmondus* ad *Sidon.* VIII. 16. *Zothecula*, quem *Veenhusius* sequutus est. [Vide notas nostras ad l. II. Ep. 17.] Sed nec *diætula* spernendum, cujus defensionem *Thomasius* suscepit. 10 Alius lectus *Bod.* 1. Alius lectulus *Lin.* Quidam etiam pro *hic* legunt *hinc.* 11 Sunt quoque locis *Bod.* 2. 12 Sedibus *Bod.* 1. *Lin.* 13 Hippodromum *Lin.* 14 Juvantur *Bod.* 1. *Ald Steph.* Lætantur *Vulg.* 15 Præsenti *Bod.* 2. Scribenti *Vulg.* 16 Persolvi *Bod.* 2. 17 Desunt usque ad *ego of Bod.* 1. *Lin.* 18 Deest *MS. Cl Min.* 19 Deest *Ald.* 20 Et *Lin.* 21 Incœperit *Lin.* 22 Deest *Bod.* 2.

dum

dum tamen ſervat. Non enim excurſus hic ejus, ſed opus ipſum eſt. Similiter nos, ut parva magnis 1 conferamus", quum totam villam oculis tuis 2 ſubjicere conamur, ſi nihil inductum & quaſi devium loquimur, non epiſtola quæ deſcribit, ſed villa quæ deſcribitur magna eſt. Verum illuc unde cœpi, ne ſecundum legem meam jure reprehendar, ſi longior fuero in hoc 3 quod exceſſi. Habes cauſas cur ego Tuſcos meos Tuſculanis, Tyburtinis Prænestiniſque 4 meis" præponam. Nam ſuper illa quæ retuli, altius ibi otium & pinguius, eoque ſecurius, nulla neceſſitas togæ, nemo accerſitor ex proximo. Placida omnia & quieſcentia: 5 quod ipſum ſalubritati regionis, ut purius cœlum, ut aër liquidior accedit. Ibi animo, ibi corpore maxime valeo. Nam ſtudiis animum, venatu corpus exerceo. Mei quoque nuſquam ſalubrius degunt, uſque adhuc certe neminem ex 6 iis quos eduxeram mecum (venia ſit dicto) 7 ibi" amiſi. Dii modo in poſterum hoc mihi gaudium, hanc gloriam loco ſervent. Vale.

VII. C. PLINIUS CALVISIO SUO S.

NEc hæredem inſtitui, nec 8 præcipere poſſe rempub. conſtat: Saturninus autem, qui nos reliquit hæredes, quadrantem reip. noſtræ, deinde 9 pro quadrante" præceptionem quadringentorum millium dedit. Hoc, ſi jus aſpicias, irritum: ſi defuncti voluntatem, ratum & firmum eſt. Mihi 10 autem defuncti voluntas (vereor quam in partem 11 juriſconſulti quod 12 ſum dicturus 13 accipiant) antiquior jure eſt, utique in eo quod ad communem patriam voluit pervenire. an cui de meo 14 ſeſtertium undecies contuli, huic

1 Deeſt *Bod* 1. 2. *Lin. Ald.* 2 Subicere *Bod* 1. 3 In quo *Bod.* 2. *Lin.* In quod *Ald.* 4 Deeſt *Bod.* 2. 5 Ita reſtituit *Gruterus* ex *Palatin.* & *Aldina.* Editiones enim neotericæ *ſalubritate* & *accidit* habent, ſenſu non ſolum obſcuriori, ſed omnino nullo. Nec quidem aliquis adduceretur ut crederet *Plinium* archaiſmo uſum, & *ſalubritate* pro *ſalubritati* dixiſſe. Sed neque ſic (ut *Buchnerus* notavit) ſatis conſultum huic loco erit. Nam quid faciemus iis, quæ proximè verbum *accedit* antecedunt, *ut purius cœlum, ut aer liquidior?* Neque enim hæc accedunt ad ſalubritatem ipſam, ſed ſalubritatem ipſam faciunt. Quod ſi pro *ut* reponamus *ubi*; nihil difficultatis amplius manebit. 6 His *Bod.* 2. *Lin.* 7 Deeſt *Lin.* 8 Percipere *Bod* 2. *Weſtm* 9 Deſunt *Bod.* 1. De quadrante *Bod* 2 Deinde quadrantem *Pal.* 10 Et def. *Lin.* 11 Juriſconſul *Bod.* 1. 12 Sim *Lin.* 13 Accipiat *Bod.* 1. 14 Pro *ſeſtertium undecies Bod* 1 2. *Lin.* & *Codex Olivarii* (teſte *Cl. Min.*) habent *bis adjiciens.* Sed oræ *Bod.* 2. adſcribitur *ſeſtertium ducenties. Budæus* de Aſſe &c. L. I. p. 204 & p. 359. Edit. 1690. legit *ſeſtertium decies.*

[1] quadringentorum millium paulo amplius tertiam partem ex adventitio denegem? Scio te quoque [2] à judicio meo non abhorrere, cum eandem remp. ut civis optimus diligas. Velim ergo quum proxime decuriones contrahantur, [3] quid ſit juris [4] indices, parce tamen & modeſte deinde ſubjungas, nos quadringenta millia [5] offerre", ſicut [6] præceperit Saturninus. Illius hoc munus, illius [7] liberalitas, noſtrum tantum obſequium vocetur. [8] Hæc ego ſcribere publice ſuperſedi. [9] primum', quod memineram pro neceſſitudine amicitiæ [10] noſtræ, pro facultate prudentiæ" tuæ, & debere te & poſſe [11] perinde meis ac tuis partibus fungi: deinde quia verebar ne modum, quem tibi in ſermone cuſtodire facile eſt, tenuiſſe in epiſtola non viderer. Nam ſermonem vultus, geſtus, vox ipſa moderatur: epiſtola omnibus commendationibus deſtituta [12] malignitati interpretantium [13] exponitur. Vale.

VIII. C. PLINIUS [14] CAPITONI SUO S.

SUades ut hiſtoriam ſcribam, & ſuades non ſolus, multi hoc me ſæpe monuerunt, & ego volo: non quia commode facturum [15] eſſe confido (id [16] enim" temere credas, niſi expertus) ſed quia mihi pulcrum in primis videtur, [17] non pati occidere, quibus æternitas debeatur, aliorumque famam cum ſua extendere. Me autem nihil æque ac [18] diuturnitatis amor & cupido ſolicitat. res [19] homine [20] digniſſima; [21] præſertim" qui nullius ſibi conſcius culpæ, poſteritatis memoriam non reformidet. Itaque diebus ac noctibus cogito,

------- [22] *ſi qua me quoque poſſum*
Tollere humo --------

Id enim voto meo ſufficit: illud ſupra votum,

------- [23] *Victorque virum volitare per ora*
[24] *Quanquam ô.* ---------

1 Quadringenta millia *Bod.* 1. Et ſic legendum eſſe monuit *Caſaubonus.* quod autem in quibuſdam libris *ſedecies* pro *undecies* ſcribitur, falſum manifeſto eſt. 2 Ab *Lin.* 3 Et quid *Lin.* 4 Dicas *Bod.* 1. 2. Dices *Lin.* 5 Deeſt *Bod.* 1. *Lin.* Dare *Bod.* 2. 6 Præcepit *Bod.* 2. 7 Liberalitas, tantum *Bod.* 1 *Lin.* Liberalitatis tantum *Bod.* 2. 8 Hoc *Bod.* 2. 9 Deeſt *Bod.* 1. 10 Deſunt *Bod.* 1. 2. *Lin.* 11 Fere meis *Bod.* 1. *Lin. Vulg* 12 Malignitate *Bod.* 1. 2. malignitatem *Lin.* 13 Exponit *Lin.* 14 *Sidonius* l. IV. ep. 22. hujus generis epiſtolam *Cai Cornelio*, id eſt *Tacito* ſcriptam tradit. Ad quem locum *Savaro* obſervat, emendatiores libros *Tacito*, non *Capitoni*, præferre. 15 Me eſſe *Bod.* 2. 16 Deeſt *Lin.* 17 Poſteris tradere quibus *Vulg.* 18 Diuturnitas, amoris cupido *Bod.* 1. *Lin.* 19 Eo homine *Ald.* 20 Digniſſima *Bod* 1. *Lin.* 21 Deeſt *Bod.* 1. 22 *Virgilii* verba Georg. III. v. 8. 23 Ibid. v. 9. 24 Æneid. V. v. 195. Apoſiopeſis.

Sed

Sed 1 hoc" ſatis eſt, quod prope ſola hiſtoria polliceri videtur. orationi enim & carmini 2 eſt" parva gratia, niſi eloquentia 3 ſit ſumma: hiſtoria quoquo modo ſcripta delectat. Sunt enim homines natura curioſi, & 4 quamlibet nuda rerum cognitione capiuntur, ut qui ſermunculis 5 etiam" fabelliſque ducantur: me vero ad hoc ſtudium impellit domeſticum 6 quoque" exemplum. Avunculus meus, idemque per adoptionem pater, hiſtorias 7 &" quidem religioſiſſime, ſcripſit. Invenio autem apud ſapientes, honeſtiſſimum eſſe majorum veſtigia ſequi, ſi modo recto itinere præceſſerint. 8 Cur ergo cunctor? Egi magnas & graves cauſas. 9 has (etiamſi mihi tenuis ex 10 eis ſpes) deſtino retractare, ne tantus ille labor meus, 11 ni hoc quod reliquum eſt ſtudii addidero, mecum pariter intercidat. nam ſi rationem poſteritatis habeas, quicquid non eſt peractum, pro non inchoato 12 eſt. Dices, *Potes ſimul & 13 reſcribere actiones, & componere hiſtoriam.* Utinam: ſed utrumque tam magnum eſt, ut abunde ſit alterum efficere. Undeviceſimo ætatis anno dicere in foro cœpi, & nunc demum quid præſtare debeat orator, adhuc tamen per caliginem video. Quid ſi huic oneri novum acceſſerit? Habet quidem oratio & hiſtoria multa communia, 14 ſed plura diverſa in his ipſis quæ communia videntur. 15 Narrat ſane ipſa, narrat hæc, ſed aliter. huic pleraque humilia & ſordida, 16 &" ex medio petita: illi omnia recondita, ſplendida, excelſa conveniunt. hanc ſæpius oſſa, muſculi, nervi: illam tori quidam & quaſi 17 jubæ decent. hæc vel maxime vi, amaritudine, inſtantia: illa tractu & ſuavitate, atque etiam dulcedine placet. poſtremo alia verba, alius ſonus, alia conſtructio. Nam plurimum refert, ut Thucydides ait, κτῆμα ſit an ἀγώνισμα: quorum 18 alterum oratio, alterum hiſtoria 19 eſt". His ex cauſis non adducor ut duo 20 diſſimilia, & hoc ipſo diverſa quod maxima, confundam miſceamque, ne tanta quaſi colluvione turbatus ibi faciam quod hic

1 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin.* 2 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Pal.* 3 Eſt *Bod.* 2. *Ald.* Et *Bod* 1. 4 Qualibet *Bod.* 2. *Lin.* 5 Deeſt *Bod.* 1. 6 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin.* 7 Deeſt *Bod.* 1. 8 Cur enim, cum tot egi *Bod.* 1. *Lin.* Cur enim cunctor? Egi *Bod.* 2. Cur enim tot egi *MS. Cl. Min.* Aliqua exemplaria, monente *Catan.*, habent: *Cur ergo, auctore ſcilicet tanto, tardo ad ſcribendam hiſtoriam? quia prius volo actiones meas emendare.* 9 Sed has *Bod.* 2. *Lin.* 10 His *Bod.* 1. *Lin.* 11 Niſi *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald. Steph.* 12 Duces. Dices *Vulg.* 13 Scribere *Lin.* 14 Sunt plura *Bod.* 1. *Vulg.* 15 Narrat illa, nar. *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald.* Narrat ſane illa, nar. *Steph.* 16 Deeſt *Bod.* 1. 17 Tubæ *Bod.* 1. 2. *Lin.* 18 Invertitur hic conſtructionis ordo; oratio enim, quæ præcipue contentione conſtat, ἀγώνισμα vocari debet, hiſtoria vero quæ ad poſteritatis memoriam componitur, κτῆμα. Illud eſt de quo *Thucyd.* [l. 1. p. 13 § 22. Edit. *Oxon.*] μᾶλλον ἐς τὸ ἀεὶ ἢ πρὸς τὸ παρὸν ἀγώνισμα. 19 Deeſt *Lin.* 20 Diſſimillima *Lin.*

debeo.

debeo. [1] Ideoque interim veniam, ne à forenſibus verbis recedam, advocandi peto. Tu tamen jam nunc cogita, quæ potiſſimum tempora [2] aggrediamur. vetera & ſcripta aliis? parata inquiſitio, ſed oneroſa collatio; intacta & nova? graves offenſæ, levis gratia. [3] Nam præterii quod in tantis vitiis hominum plura culpanda ſunt quam laudanda: tum ſi laudaveris, parcus: ſi culpaveris, nimius fuiſſe dicaris: [4] quamvis illud pleniſſime, hoc reſtrictiſſime feceris". Sed hæc me non [5] retardant: eſt enim mihi pro fide ſatis animi. Illud peto [6] præſtruas ad quod hortaris, eligaſque materiam; ne mihi, [7] jam ſcribere parato, alia rurſus cunctationis & moræ juſta ratio naſcatur. Vale.

IX. C. PLINIUS SATURNINO SUO S.

VArie me affecerunt literæ tuæ: [8] nam partim læta, partim triſtia continebant. Læta, quod te in urbe [9] teneri nunciabant. Nollem, inquis: ſed ego volo, [10] propterea quod recitaturum ſtatim ut [11] ego" veniſſem pollicebantur. Ago gratias quod exſpector: triſte illud, quod Julius Valens graviter jacet, quanquam ne hoc quidem triſte [12] ſi illius utilitatibus æſtimetur, [13] cujus intereſt" quam maturiſſime inexplicabili morbo liberari. Illud plane non triſte ſolum, verum etiam luctuoſum, quod [14] Julius Avitus deceſſit, dum ex quæſtura [15] redit. Deceſſit [16] autem" in navi, procul à fratre amantiſſimo, procul à matre, à ſororibus. Nihil iſta ad mortuum pertinent: ſed pertinuerunt quum moreretur: perti-

1 Ideoque interim veniet, ne *Bod.* 1. *Lin. Pal.* Ideoque int. veniam, ut ne *Ald.* Sed interim mihi ne *Bod* 2. Quod ſi *veniet* legatur, non video quo modo ſenſum aliquem quis exſculpſerit. Quidam etiam non *advocandi* ſed *orandi* legunt. 2 Aggrediar *Ald.* 3 Turbat doctos viros hic locus. *Bod.* 2. legit: *Nam praterea quod. Bod.* 1. *Hac praterea, quod. Lin.* autem & *Pal. Hanc praterea quod. Caſaubonus* legendum arbitratur; *Nam prater id quod.* Quidam malint: *Ac, praterea quod.* Alii vero: *Num propterea quod Gruterus* putat, illud *nam* delendum, mox ſcribendum, *Pratereo. Buchnerus* addit, *eum ſi* (*Veenhuſius* male edidit *cura ſi*, nam vitio Typographi ſic legitur apud *Buchnerum*, quod quilibet intelligit) pro *tum ſi* ſcribendum. Sed *Scheffero* aliter eſt viſum, putat namque *Plinium* ſic ſcripſiſſe: *Nam prater id, quod in tantis vitiis hominum plura culpanda ſunt, quam laudanda, tum ſi laudaveris, parcus, ſi culpaveris, nimius fuiſſe diceris*, &c. 4 Deſunt *Bod.* 2. *Lin* 5 Tardant *Bod.* 1. *Lin.* 6 Præſternas *Ald. Vulg.* 7 Tam *Bod.* 1. 2. *Lin. Vulg.* 8 Nam parum triſtia cont. *Bod.* 1. 9 Contineri *Lin.* 10 Præterea quod *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald.* 11 Deeſt *Bod* 1. 2. *Lin. Ald.* 12 Deſunt uſque ad *ſolum* in *Lin.* 13 Deſunt *Bod.* 1. 14 Alius ab *Junio Avito*, cujus mors l. VIII. ep. 23. narratur. 15 Rediit *Lin.* 16 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin.*

nent

nent ad hos qui ſuperſunt. 1 Jam quidem in flore primo tantæ indolis juvenis exſtinctus eſt, 2 ſumma conſequuturus, ſi virtutes ejus maturuiſſent. quo ille ſtudiorum amore flagrabat? quantum legit? quantum etiam ſcripſit? quæ nunc omnia cum ipſo ſine fructu poſteritatis 3 abierunt. Sed quid ego indulgeo dolori? 4 cui ſi 5 frænos remittas, nulla materia non maxima eſt. Finem epiſtolæ faciam, ut 6 facere poſſim etiam lacrymis quas epiſtola expreſſit. Vale.

X. 12 C. PLINIUS ANTONINO SUO S.

CUm verſus tuos æmulor, tum maxime quam ſint boni experior. Ut enim pictores pulcram abſolutamque faciem raro, niſi in pejus, effingunt: ita ego ab hoc archetypo 7 labor & decido. quo magis hortor ut quamplurima proferas, quæ imitari omnes concupiſcant, nemo aut pauciſſimi poſſint. Vale.

XI. C. PLINIUS TRANQUILLO SUO S.

LIbera tandem hendecaſyllaborum meorum fidem, qui ſcripta tua communibus amicis ſpoponderunt. appellantur quotidie & 8 flagitantur: ac jam periculum eſt ne cogantur ad exhibendum formulam accipere. Sunt & ipſe in edendo hæſitator, 9 tu mora tamen meam quoque cunctationem tarditatemque viciſti. Proinde aut rumpe 10 jam" moras, aut cave ne 11 eoſdem illos libellos quos tibi hendecaſyllabi noſtri blanditiis elicere non poſſunt, convicio ſcazontes extorqueant. Perfectum opus abſolutumque eſt, nec jam ſplendeſcit lima, ſed atteritur. Patere me videre titulum tuum, patere audire, deſcribi, legi, vænire volumina Tranquilli mei Æquum eſt nos in amore tam mutuo eandem percipere ex te voluptatem, qua tu perfrueris ex nobis. Vale.

1 Jam quod *Pal.* teſte *Grut*, quomodo itidem legunt *Neuſtetteri Codd.* 2 In pontificio codice, cujus copiam *Catanæo* fecit *Philippus Beroaldus*, ſic legebatur: *maxima conſecuturus. Amabam virtutes ejus maturitatemque.* 3 Aruerunt *Bod.* 1. *Lin.* Recte forſan. *Apulejus* enim IV. Metam. p. 154 Edit. *Elmenh. miſeratio exaruit.* 4 Quod ſi *Lin.* 5 Fræna *Bod.* 2. 6 Facerem etiam à lac. *Bod.* 1. Facere poſſim etiam à lac. *Bod.* 2. *Lin.* 7 Laboro *Bod* 1. *Lin. Steph.* Labore *Ald.* 8 Efflagitantur *Lin.* 9 Tu tamen ô ſi *Vulg.* Tu tamen meam *Bod.* 2. *Ald.* 10 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin.* 11 Eoſdem iſtos lib. *Bod.* 2. Eos iſtos de me lib *Lin.*

XII. C.

XII. C. PLINIUS FABATO PRO. SOCERO SUO S.

1 ACcepi literas tuas, ex quibus cognovi ſpecioſiſſimam te porticum ſub tuo filiique 2 tui" nomine dedicaſſe, ſequenti die in portarum ornatum pecuniam promiſiſſe, ut initium 3 novæ" liberalitatis eſſet conſummatio prioris. Gaudeo primum tua gloria, cujus ad me pars aliqua pro neceſſitudine 4 noſtra" redundat: deinde quod memoriam ſoceri mei pulcerrimis operibus video proferri: poſtremo quod patria noſtra floreſcit, quam mihi à quocunque excoli jucundum, à te vero lætiſſimum eſt. Quod ſupereſt, deos precor ut animum iſtum tibi, 5 animo iſti tempus quam longiſſimum tribuant. Nam liquet mihi futurum, ut, peracto quod 6 proxime promiſiſti, inchoes aliud. Neſcit enim ſemel incitata liberalitas ſtare, cujus pulcritudinem uſus ipſe commendat. Vale.

XIII. C. PLINIUS SCAURO SUO S.

REcitaturus oratiunculam quam publicare cogito, advocavi aliquos, 7 ut vererer": paucos, ut verum audirem. 8 Nam mihi duplex 9 ratio recitandi: una, ut ſolicitudine 10 incendar: altera, ut admonear, ſi quid forte me, ut 11 meum, 12 fallat. tuli quod petebam: inveni qui mihi copiam conſilii ſui facerent. Ipſe præterea quædam emendanda annotavi. Emendavi librum quem miſi tibi. Materiam ex titulo cognoſces, cætera liber explicabit: quem jam nunc oportet 13 ibi" conſueſcere, ut ſine præfatione intelligatur. 14 Tu velim quid de univerſo, quid de partibus ſentias, ſcribas mihi. Ero enim vel cautior 15 in continendo, vel conſtantior" in edendo; ſi huc vel illuc auctoritas tua acceſſerit. Vale.

1 Recepi *Bod.* 1. 2. *Lin. Steph.* 2 Deeſt *Bod.* 2. 3 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin. Pal.* pro quo *Vulgg.* legunt *ſequentis.* 4 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin.* 5 Animo vero tempus *Bod.* 1. 6 Maximè prom. *Bod.* 1. 2. *Lin.* 7 Deſunt *Bod.* 2. 8 Nam hic dup. *Bod.* 1. 2. *Lin.* 9 Ratio eſt rec. *Lin.* 10 Accendar *Vulg.* 11 Mecum *Bod.* 1. *Lin. Vulg.* 12 Quidam legunt *fallit.* 13 Ita *Bod.* 1. 2. *Lin. Pal.* Deeſt *Ald.* 14 Ut velim *Bod.* 1. 15 Deſunt *Lin.*

XIV. C. PLINIUS VALERIANO SUO S.

1 ET" tu rogas, & ego 2 promiſi, ſi rogaſſes, ſcripturum me tibi, quem habuiſſet eventum 3 poſtulatio Nepotis circa 4 Tuſcillum Nominatum. Inductus eſt Nominatus, egit ipſe pro ſe nullo accuſante. Etenim legati 5 Vicentinorum non modo non preſſerunt eum, verum etiam ſublevaverunt. Summa defenſionis, *non fidem ſibi in advocatione, ſed conſtantiam defuiſſe: deſcendiſſe ut acturum, atque etiam in curia viſum: deinde ſermonibus amicorum* 6 *perterritum" receſſiſſe. monitum enim ne deſiderio ſenatoris non jam quaſi de nundinis, ſed quaſi de gratia, fama, dignitate certantis tam pertinaciter, præſertim in ſenatu repugnaret: alioqui majorem invidiam* 7 *quam' proxime* 8 *paſſurus.* Erat ſane verum: tamen à paucis acclamatum eſt. Inde ſubjunxit preces multumque lacrymarum: quin etiam tota actione homo in dicendo exercitatus operam dedit, ut deprecari magis (id enim & favorabilius & tutius) quam defendi videretur. Abſolutus eſt ſententia deſignati conſulis 9 Afranii Dextri, cujus hæc ſumma: *Melius* 10 *quidem Nominatum fuiſſe facturum, ſi cauſam* 11 *Vicentinorum eodem animo quo ſuſceperat pertuliſſet: quia tamen in hoc genus culpæ non fraude incidiſſet, nihilque dignum animadverſione admiſiſſe convinceretur,* 12 *liberandum, ita ut Vicentinis quod acceperat redderet.* Aſſenſerunt omnes, 13 præter Flavium Aprum. Is interdicendum ei 14 advocationibus in quinquennium cenſuit: & quamvis neminem auctoritate traxiſſet, conſtanter in ſententia manſit: quin etiam Dex-

1 Deeſt *Bod.* 2. 2 Sub finem epiſt. 4. hujus libri. 3 Ibid. *Nepos (prætor) poſtulavit, ut &c.* 4 Circa Tuſcilium *Bod.* 1. *Lin. Ald.* Contra Tuſcilium *Bod.* 2. 5 Vicetinorum *Ald.* 6 Deeſt *Bod.* 1. 2 *Lin.* 7 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin.* 8 Paſſurus erat. Sane prius tamen à paucis acclamatum exeuntis ſubjunxit *Bod.* 1. *Lin. Pal.* Paſſurus erat. Sane prius tamen à paucis acclamatum exeunti. Subjunxit *Bod.* 2. *Ald. Steph.* Gronovius ſic legit & diſtinguit: *paſſurus. (Erat ſane prius, tamen à paucis, acclamatum exeunti.) Subjunxit preces &c. Scheſſerus autem: paſſurus (Erat ſane, verum tamen à paucis acclamatum) Et inde ſubjunxit.* Et *Gronovii* Explicationem approbat. 9 Afrani *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald.* 10 Nonnulli *enim* legunt: ſed contra fidem Manuſcriptorum 11 Vicetinorum *Ald.* 12 Liberandum tamen ita ut *Vulg.* Sed *tamen* iſtud abeſt Codd. Manuſcriptis: & quidem *Bod.* 1. 2. *Pal.* ſequens *ut* non agnoſcunt: unde fit ut *Gruterus* ſuſpicetur ſcriptum initio *liberandum: Vicentinis quod &c.* excluſo adhuc illo *ita.* niſi forte fuit, *liberandum, dum Vicentinis quod &c.* Quod forſan veroſimile eſt, cum *Bod.* 1. habeat *liberari, dum.* 13 Præter Lacinium. Interdicendum *Bod.* 1. Præterquam Lacinius. Interdicendum *Bod.* 2. Præter Licinium. Int. & præter L. Acrem *Vulg.* ptæter lacrymis interd. *Pal.* 14 Advocatione *Bod.* 2. Advocationi *Lin.*

trum, qui 1 primus diverſum cenſuerat, 2 perlata lege de ſenatu habendo, jurare coëgit è repub. eſſe quod cenſuiſſet: cui, quanquam legitimæ poſtulationi, à quibuſdam reclamatum eſt: 3 exprobrare enim cenſenti ambitionem videbatur. Sed priuſquam ſententiæ dicerentur, Nigrinus tribunus plebis recitavit libellum diſertum & gravem, quo queſtus eſt vænire advocationes, vænire etiam prævaricationes, in lites coiri: & gloriæ loco 4 poni ex ſpoliis civium magnos & 5 ſtatos redditus. Recitavit capita legum, admonuit ſenatuſconſultorum: in fine dixit petendum ab optimo principe ut quia leges, quia ſenatuſconſulta contemnerentur, ipſe tantis 6 vitiis mederetur. Pauci dies, 7 & liber principis ſeverus, & tamen moderatus. leges ipſum, eſt in publicis 8 actis. Quam me juvat quod in cauſis agendis non modo pactione, dono, munere, verum etiam xeniis ſemper abſtinui! Oportet quidem quæ ſunt inhoneſta non quaſi illicita, ſed quaſi 9 pudenda vitare: jucundum tamen ſi prohiberi publice videas quod nunquam tibi ipſe permiſeris. Erit fortaſſe, immo non dubie, hujus propoſiti mei & minor laus, & obſcurior fama, quum omnes ex neceſſitate facient quod ego ſponte faciebam. Interim fruor voluptate, quum alii divinum me, alii meis rapinis, meæ avaritiæ occurſum per 10 ludum ac jocum dictitant. Vale.

XV. C. PLINIUS PONTIO SUO S.

11 SEceſſeram in municipium, quum mihi nunciatum eſt, Cornutum 12 Tertullum accepiſſe Æmiliæ viæ curam. Exprimere non poſſum quanto ſim gaudio affectus & ipſius & meo nomine. ipſius, quod 13 ſit licet, ſicut eſt, ab omni ambitione longe remotus, debet tamen ei jucundus eſſe honor ultro datus; meo, quod aliquanto magis me delectat mandatum mihi officium, poſtquam 14 par Cornuto datum vi-

1 Primum *Ald. Steph.* 2 Prolata *Ald.* Quæ lectio concinnior eſſe videtur, quàm vulgata *perlata.* 3 Exprobrare enim ſententiam dicerentur *Bod.* 2. *Lin.* Ne exprobrare ei ſententiam dicerentur *Vulg.* Exprobrare ei ſententiam diceretur *Bod.* 1: ſed alia manu *dicetur.* 4 Exponi *Bod.* 1. 5 Statutos *Bod.* 1. *Lin.* 6 Incommodis *Bod.* 1. Deeſt *Bod.* 2. *Lin.* 7 Et ecce liber *Bod.* 2. 8 Actibus *Bod.* 1. 9 Inhibenda *Bod.* 1. Jubenda *Bod.* 2. *Ald.* Prohibenda *Vulg.* 10 Ludum acceptum dictitant *Bod.* 1. 2. *Lin Pal.* 11 Receſſeram *Bod.* 2. 12 Tertulum *Bod.* 1. 13 Scilicet *Bod.* 1. 2. *Lin.* 14 *Catanaus* τὸ par, idem interpretatur, & *Plinium* ipſum *Æmilia* quoque *via* curatorem fuiſſe putat. Quod & in vita deo tradit. Sic etiam interpretatur *Reinſius* Inſcript. VI. 114. Sed falluntur viri doctiſſimi. Nam per *par officium* intelligit curam alvei *Tiberis* & riparum, quam ei tribuunt Inſcriptiones apud *Gruter.* p. 454. 3 at de cura viæ nullum uſquam indicium exſtat.

deo.

deo. neque enim augeri 1 dignitate, quam æquari bonis, gratius. Cornuto autem quid melius? quid ſanctius? quid 2 in" omni genere laudis 3 ad" exemplar antiquitatis expreſſius? quod mihi cognitum eſt non fama, qua alioqui optima & meritiſſima fruitur, ſed longis magniſque experimentis. una diligimus, una dileximus omnes fere quos ætas noſtra 4 in" utroque ſexu æmulandos tulit: quæ ſocietas amicitiarum arctiſſima nos familiaritate conjunxit. Acceſſit vinculum neceſſitudinis publicæ. Idem enim 5 mihi", ut ſcis, collega, quaſi voto petitus, in præfectura 6 ærarii fuit: fuit & in conſulatu. tum ego qui vir & quantus eſſet, altiſſime inſpexi, quum ſequerer ut magiſtrum, ut parenrem vererer: quod non 7 tam ætatis maturitate quam vitæ merebatur. His ex cauſis, ut illi, ſic mihi gratulor, nec privatim magis quam publice, 8 quod" tandem homines non ad pericula, ut prius, verum ad honores virtute perveniunt. In infinitum epiſtolam extendam, ſi gaudio meo indulgeam. 9 Prævertor ad ea quæ me agentem hîc nuncius deprehendit. Eram cum proſocero meo, eram cum 10 amita uxoris, eram cum amicis 11 diu" deſideratis, circumibam agellos, audiebam multum ruſticarum querelarum: rationes legebam invitus 12 & curſim (aliis enim chartis, aliis ſum literis initiatus) cœperam etiam itineri me præparare: nam includor anguſtiis commeatus, eoque ipſo quod delegatum Cornuto audio officium, mei admoneor. Cupio te quoque ſub idem tempus Campania 13 tua remittat, ne quis, quum in urbem rediero, contubernio noſtro dies pereat. Vale.

XVI. C. PLINIUS MARCELLINO SUO S.

TRiſtiſſimus hæc tibi ſcribo. Fundani noſtri filia 14 minor eſt defuncta: qua puella nihil unquam feſtivius, ama-

1 Dignitatem *Bod.* 1. *Lin.* 2 Deeſt *Ald.* 3 Deeſt *Lin.* 4 Deeſt *Ald.* 5 Deeſt *Lin. Steph.* hic aliter legit & diſtinguit: *mihi, ut ſis collega, quaſi.* 6 Ærarii fuit, & in conſulatu *Bod.* 1. 2. Ærarii fuit, & conſulatu *Lin.* 7 *Fr. Modius* (Epiſt. LI. Novant. lect.) illud *tam* expungi jubet ſecundum MSS. libros, & Græco more ſubaudiri, præſertim quod *Ulpianus* quoque & *Modeſtinus* ita locuti ſint. Sed Codices noſtri retinent, nec quid ex *Palatino Gruterus* monuit. 8 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin.* & plena diſtinctio ponitur poſt *publice.* 9 Prævertam *Bod.* 1. *Lin. Vulg.* Revertor *Bod.* 2. 10 Amica *Vulg.* 11 Deeſt *Bod.* 2. 12 Et cauſis: malis enim chartis ſum literis initiatus. *Lin.* Ex cauſis: malis enim chartis ſum lit. init. *Bod.* 1. Et cauſas: malis enim chartis ſum literis initiatus. *Bod.* 2. 13 Noſtra *Vulg.* 14 Minor defuncta *Bod.* 1. *Lin.* Minore defuncta *Bod.* 2. *Ald.*

bilius, nec modo longiore vita, ſed [1] prope" immortalitate dignius vidi. Nondum annos [2] quatuordecim [3] impleverat, & jam illi [4] anilis prudentia, matronalis gravitas erat: & tamen ſuavitas puellaris cum virginali verecundia. Ut illa patris cervicibus inhærebat? ut nos amicos paternos & amanter & [5] modeſte complectebatur? [6] ut nutrices, [7] ut pædagogos, ut præceptores, pro ſuo quemque officio diligebat? quam ſtudioſe, quam intelligenter lectitabat? ut parce cuſtoditeque ludebat? qua illa temperantia, [8] qua patientia', qua etiam conſtantia, noviſſimam valetudinem tulit? medicis obſequebatur, ſororem, patrem adhortabatur, ipſamque ſe deſtitutam corporis [9] ſui" viribus, vigore animi ſuſtinebat: duravit hic [10] illi' uſque ad extremum, nec aut ſpatio valetudinis, aut metu mortis infractus [11] eſt, quo plures gravioreſque nobis cauſas relinqueret & deſiderii & doloris. O triſte plane acerbumque funus: [12] ô' morte ipſa mortis tempus indignius. Jam deſtinata [13] erat" egregio juveni, jam electus nuptiarum dies, jam nos [14] advocati. Quod gaudium, quo mœrore mutatum eſt? Non poſſum exprimere verbis, quantum animo vulnus acceperim quum audivi, Fundanum [15] ipſum" (ut multa luctuoſa dolor invenit) præcipientem, quod in veſtes, [16] margaritas, gemmas [17] fuerat erogaturus, hoc in thura & [18] unguenta & odores impenderetur. Eſt quidem ille eruditus & ſapiens, ut qui ſe ab ineunte ætate altioribus ſtudiis [19] artibuſque dediderit: ſed nunc omnia quæ audivit [20] quærit ſæpe, quæ dixit, aſpernatur: [21] expulſiſque [22] virtutibus aliis, pietatis eſt totus. Ignoſces, laudabis etiam ſi cogitaveris quid amiſerit. Amiſit enim filiam quæ non [23] minus mores ejus quam os vultumque referebat, totumque patrem mira ſimilitudine exſcripſerat. Proinde ſi quas ad [24] eum de dolore [25] tam juſto' literas mittes, memento [26] adhibere ſolatium non quaſi [27] caſtigatorium & nimis forte, ſed molle & humanum. Quod

1 Pœne *Bod.* 1. *Lin.* Deeſt *Bod.* 2. 2 Quatuor & decem *Bod.* 1. 3 Expleverat *Bod.* 2. *Lin.* 4 Senilis *Vulg.* Quod malim. Nam *anile* video ferè accipi in vitio: ut *anilis ſtultitia, anilis opinio, anilia deliramenta*; ut apud notæ melioris auctores. Sed *Bod.* 1. 2. *Lin.* habent *talis.* 5 Honeſtè *Vulg.* 6 Et *Bod.* 2. 7 Et *Bod.* 1. 2. *Ald.* 8 Deſunt *Bod.* 1. 2. *Lin.* 9 Deeſt *Bod.* 1 2. *Lin.* 10 Deeſt *Bod.* 2. 11 Eſt animus *Lin.* 12 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald.* 13 Deeſt apud quoſd. 14 Vocati *Ald.* Eleganter. 15 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin.* 16 In marg. in gem. *Lin.* 17 Erat *Bod.* 2. Fuerit *Lin.* 18 In ung. *Bod.* 1. *Lin.* 19 Altiuſque dedit. *Bod.* 2. *Vulg.* Artibuſque dederit *Lin.* 20 Quærit, ſæpe quæ dixit *Bod.* 1. 2. *Lin.* Quærit ſæpeque didicit *Vulg.* 21 Expulſis quoque *Bod.* 2. 22 Virtutibus, & talis pietas eſt *Bod.* 2. *Lin.* Virtutibus, talis pietas eſt *Bod.* 1. 23 Minus formam oris ejus *Bod.* 1. 2. *Lin. Vulg.* 24 Eundem *Vulg.* 25 Deſunt *Bod.* 1. 2. *Lin.* 26 Habere *Bod.* 1. 2. *Lin.* 27 Caſtigaturum *Bod.* 2. *Lin.*

ut

ut facilius admittat, multum 1 faciet medii temporis ſpatium. Ut enim crudum adhuc vulnus medentium manus reformidat, deinde patitur, atque ultro requirit: ſic recens animi dolor conſolationes rejicit ac refugit, mox 2 deſiderat, & clementer admotis acquieſcit. Vale.

XVII. C. PLINIUS 3 SPURINNÆ SUO S

SCio 4 quantopere bonis artibus faveas, quantum 5 gaudii capias, ſi nobiles juvenes dignum aliquid 6 majoribus ſuis faciant: quo feſtinantius nuncio tibi fuiſſe me hodie in auditorio 7 Calphurnii Piſonis. Recitabat 8 ἐρωτοπαίγνιον eruditam ſane luculentamque materiam: 9 ſcripta elegis erat fluentibus, & teneris, & enodibus, 10 ſublimibus etiam verbis", ut 11 popoſcit 12 locus. 13 Alte enim & varie nunc 14 attollebatur, nunc reſidebat: excelſa depreſſis, exilia plenis, ſeveris jucunda mutabat: omnia ingenio pari. Commendabat hæc voce ſuaviſſima, 15 vocem verecundia, multum ſanguinis, multum ſolicitudinis in ore, magna ornamenta recitantis. Etenim neſcio quo pacto magis in ſtudiis homines timor quam fiducia decet. Ne plura (quanquam libet plura, quo 16 ſunt 17 pulcriora de juvene, rariora de nobili) recitatione finita, multum ac diu 18 exoſculatus adoleſcentem, qui eſt acerrimus ſtimulus monendi, laudibus incitavi *pergeret qua cœpiſſet, lumenque quod ſibi majores ſui prætuliſſent, poſteris* 19 *ipſe" præferet*. Gratulatus ſum optimæ matri, 20 gratulatus" & fratri, qui 21 ex auditorio illo non minorem pietatis

1 Favet *Bod.* 1. 2. *Vulg.* 2 Deſiderat, vehementer adm. *Bod.* 1. *Lin. Vulg.* Rectius. 3 Spurinæ *Lin.* 4 Quanto opere *Ald.* 5 Gaudium *Bod.* 2. *Lin.* 6 Moribus *MS. Cl. Min.* 7 Calpurni *Ald.* Calpurnii *Vulg.* Proculdubio rectius eſt *Calpurnius* quàm *Calphurnius*, aut *Calfurnius* (quod nonnullis placet.) Vox enim à *Calpo* deducitur, *Numa* filio; teſte *Plutarcho*, in vita *Numa*, & *Sex. Pompejo*. Nec alio modo in vetuſtiſſimis Inſcriptionibus ſcribitur, ut videre licet apud *Ald.* de Orthog. *Grut.* inſcript. &c. 8 Καλασιρίσμων *Ald. Vulg.* Lectio mendoſa: & mutato accentu ſcribendum eſſet καλασιρισμοῖς, ſi ullum habere locum poſſet. *Pal.* habet *tacta pigmen.* 9 Scrip. el. erat fluentibus, teneris, &c. *Bod.* 1. Scriptæ leges erant fluentibus & ten. &c. *Lin.* Scriptæ legis erat fluentibus verbis & enodibus &c. *Bod.* 2. Scriptæ legis erat fl. *Ald.* 10 Sublimibus etiam ut *Bod.* 1. 2, *Ald.* Sublimibus ut *Lin.* 11 Poſcit *Bod.* 1. 2. *Lin.* 12 Res *Vulg.* 13 Altæ enim & variæ ſententiæ; nunc &c. *Bod.* 2. Aptè enim & varie &c. *Ald.* 14 Attollebantur nunc reſidebant: *Bod.* 1. *Vulg.* 15 Voce verecundâ *Lin.* Illa voce verecundâ *Bod.* 1. 16 Sint *Steph.* 17 Pulcriora, hoc verecunda recitatione amabiliora fieri, multum *Bod.* 1. 18 Oſculatus *Bod.* 1. 19 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin.* Ipſis *Vulg.* 20 Deeſt *Bod.* 2. 21 In aud. *Bod.* 1. 2. *Lin.*

gloriam

gloriam, quam ille alter eloquentiæ [1] tulit. [2] tam [3] notabiliter pro fratre recitante primum metus ejus, mox gaudium eminuit. Dii faciant ut talia tibi ſæpius nunciem. Faveo enim ſeculo, ne ſit [4] ſterile & effœtum: [5] mireque cupio ne nobiles noſtri nihil in domibus ſuis pulcrum niſi imagines habeant: quæ [6] nunc" mihi hos adoleſcentes tacite laudare, adhortari, & quod amborum gloriæ ſatis magnum eſt, [7] agnoſcere videntur. Vale.

XVIII. C. PLINIUS [8] MACRO SUO S.

BEne eſt mihi, quia tibi bene eſt. Habes uxorem tecum, habes filium. Frueris mari, fontibus [9] viridibus, agro, villa amœniſſima: neque enim dubito eſſe amœniſſimam, in qua ſe compoſuerat homo, felicior antequam feliciſſimus fieret. Ego in Tuſcis & venor & ſtudeo, quæ interdum [10] alternis, & interdum" ſimul facio: nec tamen adhuc poſſum pronunciare, utrum ſit difficilius [11] capere aliquid an ſcribere. Vale.

XIX. C. PLINIUS PAULINO SUO S.

VIdeo quam molliter tuos habeas, quo ſimplicius tibi confitebor qua indulgentia meos tractem. Eſt mihi ſemper in animo [12] &" Homericum illud,

—— [13] πατὴρ δ' ὡς ἤπιος ἦεν,

& hoc noſtrum, [14] *paterfamilias*. Quod ſi [15] eſſem natura aſperior & durior, frangeret me [16] tamen" infirmitas liberti [17] mei [18] Zoſimi: cui tanto major humanitas exhibenda eſt, [19] quanto nunc illa magis eget. eſt homo probus, [20] officio-

1 Retulit *Bod.* 1. 2 Jam *Ald.* 3 Nobiliter *Lin. Vulg.* 4 Sterile effectum *Bod.* 2. Sterile effœtum *Bod.* 1. *Lin.* 5 Mireque, ne *Ald. Steph.* 6 Deeſt *Bod.* 2. 7 Cognoſcere *Bod.* 1. 8 Marco *Bod.* 1. Spurinnæ *Vulg.* 9 Ruribus *Bod.* 1. Vitibus *Bod.* 2. *Weſtm. Vulg.* 10 Deſunt *Bod.* 1. 2. *Lin.* 11 Carpere *MS. Cl. Min.* 12 Deeſt *Bod.* 1. 2. 13 Vide *Homer.* Odyſſ. B v. 47. & 234. Sed invenitur in quodam exemplari (inquit *Steph.*) ἐχυρὸς δὲ πατὴρ ὡς ἤπιος ἦεν, quæ ſunt ex Il. Ω. ſed legitur ibi αὐὶ non ἦεν. 14 Paterfamiliæ *Bod.* 1. *Lin.* 15 Eſſet *Bod.* 1. 16 Deeſt *Lin.* 17 Deeſt *Lin.* 18 Roſini *Bod.* 1. 19 Quanto nunc utilior humanitas jam agi ſe: & homo &c. *Bod.* 1. 2. *Pal.* ſed in marg *Bod.* 2. emendatur: *minor utilitas jam agitur.* Quanto illa magis eget. homo &c. *Ald.* Quanto nunc major venit debilitas, jam angitur homo probus, & quanto nunc utilior ægrotanti *Vulg.* Quanto nunc illa utilior. Eſt &c. *Lin.* 20 Et officioſus *Bod.* 1. *Lin.*

ſus,

ſus, literatus, & ars quidem ejus, 1 &" quaſi inſcriptio, 2 comœdus, in 3 qua plurimum facit. Nam pronunciat acriter, ſapienter, apte, decenter etiam; utitur 4 &" cithara perite ultra quam comœdo neceſſe eſt. Idem tam commode orationes & hiſtorias & carmina legit, ut hoc ſolum didiciſſe videatur. Hæc tibi ſedulo expoſui, quo magis ſcires quam multa unus mihi & quam jucunda miniſteria præſtaret. Accedit 5 huc" longa jam caritas hominis, quam ipſa pericula auxerunt. eſt enim 6 à" natura comparatum ut nihil æque amorem incitet & accendat quam carendi metus, quem ego pro hoc non ſemel 7 patior. Nam ante aliquot annos dum intente inſtanterque pronunciat, ſanguinem 8 rejecit, atque ob hoc in Ægyptum miſſus à me, poſt longam peregrinationem confirmatus 9 rediit nuper: 10 deinde" dum per continuos 11 dies nimis imperat voci, veteris infirmiratis tuſſicula 12 admonitus, rurſus ſanguinem 13 reddidit. Qua ex cauſa deſtinavi eum mittere in prædia tua, quæ 14 Forojulii poſſides. audivi enim te ſæpe referentem eſſe ibi & aerem ſalubrem, 15 & lac hujuſmodi curationibus accommodatiſſimum. Rogo ergo ſcribas tuis, ut illi villa, 16 ut domus pateat: offerant etiam ſumptibus 17 ejus, ſi quid opus erit: erit autem opus modico. eſt enim tam parcus & continens, ut non ſolum delicias, verum etiam neceſſitates valetudinis frugalitate reſtringat. ego 18 proficiſcenti tantum viatici dabo, quantum 19 ſufficit & moderato & eunti in tua. Vale.

1 Deeſt *Bod.* 1. *Lin.* 2 Comœdiæ *Bod.* 2. 3 *Quo* mallet *Scheff.*, quia illud *qua* durius nonnihil ad longe præcedens vocabulum *ars* referri videtur. 4 Deeſt *Bod.* 1. *Lin.* 5 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin.* 6 Deeſt *Bod.* 1. 2. 7 Facio *Vulg.* 8 Projecit *Lin.* 9 Redit *Bod.* 2. 10 Deeſt *Lin.* 11 Dies reparatur *Vulg.* Dies nimis imperatur *Bod.* 1. 2. *MS. Cl. Min.* 12 Admonetur *Bod.* 1. 2. *Lin.* 13 Reddit *Bod.* 1. 2. *Lin.* 14 Forojuli *Bod.* 1. 2. *Ald.* 15 Et in hujuſmodi *Ald. Vulg.* 16 Et domus pateant *Bod.* 2. Ut illi domus pateat *Lin.* 17 Ei *Bod.* 2. 18 Proficiſcendi *Steph.* 19 Sufficit eunti in tua *Bod.* 2. *Ald.* Sufficit & eunti in tua *Bod.* 1.

XX. C. PLINIUS URSO SUO S.

1 ITerum Bithyni post breve tempus à 2 Julio Basso, etiam Rufum Varenum proconsulem detulerunt: 3 Varenum", quem 4 nuper" adversus Bassum 5 advocatum" & postularant & acceperant. inducti in senatum, inquisitionem postulaverunt: 6 tum" Varenus petit ut sibi quoque defensionis causa 7 vocare testes liceret: recusantibus Bithynis, cognitio suscepta est. 8 Egi ego pro Vareno non 9 sine eventu. nam bene an male, liber 10 indicabit. In actionibus enim utramque in partem fortuna dominatur: multum commendationis & detrahit & affert memoria, vox, gestus, tempus ipsum: postremo vel amor vel odium rei: liber offensis, liber gratia, 11 liber & secundis" casibus, & adversis caret. 12 Respondit mihi Fontejus 13 Magius, unus ex Bithynis, 14 plurimis verbis, pauciſſimis rebus. 15 Mos est plerisque Græcorum 16 ut illis sit pro copia volubilitas: tam longas tamque rigidas periodos uno spiritu quasi torrente contorquent. Itaque Julius Candidus non invenuste solet dicere, *aliud esse eloquentiam, aliud loquentiam.* Nam eloquentia vix uni aut alteri, 17 immo si Marco Antonio credimus, nemini: hæc vero quam Candidus loquentiam appellat, 18 multis atque etiam impudentissimo cuique maxime contingit. Postero die dixit pro Vareno 19 Homullus callide, acriter, culte: contra Nigrinus presse, graviter,

1 Iterum Bithyni breve tempus & Ruf. Var. proc. det. *Bod.* 1. *Lin. Ald.* Iterum Bithyni breve tempus à Julo Basso & Ruffium Varenum quem proc. *Bod.* 2. *sed in margine duplicem emendationem reperi, viz.* Iterum Bithyni breve tempus petiverunt in Julium Bassum & Ruffum Varenum. Ruffum quem Proc: & Iterum Bithyni breve tempus à Julio Basso quem proconsulem detulerunt, & à Ruffo Vareno quem adversus. 2 Lib. IV. Ep. 9. legimus *Julium Bassum* reum fuisse repetundarum sub *Trajano*, quod provinciam *Bithyniam* expilasset; sed illic scriptum *Pomponium Rufum* adversus *Bassum* egisse, nunc vero *Rufum Varenum*, nisi malimus intelligere appellatum *Pomponium Rufum Varenum*. 3 Deest *Bod.* 1. 4 Deest *Bod.* 1. *Lin.* 5 Deest *MS. Cl. Min.* 6 Deest *Ald.* 7 Evocare *Ald.* 8 Mihi pro *Bod.* 1. 9 Nisi ev. *Bod.* 1. 2. *Lin. Vulg.* 10 Judicabit *Ald.* 11 Desunt *Lin.* 12 Et respondit *Bod.* 1. 2. 13 Magnus *Bod.* 1. *Lin. Ald.* 14 Pluribus *Bod.* 1. 2. *Lin.* 15 Est plerisque Græcor. *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald.* 16 Ut illi pro copia volubilis *Ald.* Ut illi cito copia volubilis *Bod.* 1. 2. *Lin.* 17 Jam non sumus Antonii, credamus nemini *Bod.* 1. 2. Sed in margine *Bod.* 2. à *Laur. Vallâ* sic emendatur hic locus, & parenthesi includitur: *Nam non sumus Antonii, ut demus nemini.* Si *Ciceronem* sequamur, M. *Antonino* debuerat scribi: Ille enim de Orator. ad *Brut.* cap V. *M. Antoninus cui vel primas eloquentiæ patrum nostrorum tribuebat ætas: &c.* 18 Multum *Ald.* 19 Homulus *Bod.* 1. *Ad.*

graviter, ornate. Cenſuit Acilius [1] Rufus, conſul deſignatus, inquiſitionem Bithynis dandam: poſtulationem Vareni ſilentio [2] præteriit. Hæc forma [3] negandi fuit. Cornelius [4] Priſcus conſularis & accuſatoribus quæ petebant & reo tribuit, vicitque numero. Impetravimus rem [5] nec lege comprehenſam, nec [6] ſatis uſitatam, juſtam tamen. Quare juſtam, non ſum epiſtola exſecuturus, ut deſideres actionem. Nam ſi verum eſt Homericum illud,

[7] Τῷ γὰρ [8] ἀοιδὴν μᾶλλον ἐπικλείουσ' ἄνθρωποι,
Ἥτις ἀκουόντεσσι νεωτάτη ἀμφιπέληται,

[9] apud te" providendum eſt [10] mihi", ne [11] gratiam novitatis & florem, [12] quæ" oratiunculam [13] meam vel maxime [14] commendat, epiſtolæ loquacitate [15] præcerpam. Vale.

XXI. C. PLINIUS [16] RUFO SUO S.

[17] DEſcenderam in Baſilicam Juliam, auditurus quibus proxima comperendinatione reſpondere debebam. Sedebant judices, [18] centumviri venerant, [19] obverſabantur advocati, ſilentium longum, tandem à prætore nuncius. Dimittuntur [20] centumviri: eximitur dies, me gaudente, qui nunquam ita paratus ſum, ut [21] non mora læter Cauſa dilationis, Nepos prætor, [22] qui legibus quærit. Propoſuerat

1 Ruffus *Bod.* 2. 2 Præterit *Bod.* 1. 2. *Lin.* 3 Alii legunt *neganda.* 4 Priſc. actoribus quæ *Bod.* 1. 2. *Lin.* 5 Negligenter compr. *Bod.* 1. 2. *Lin.* 6 Satis juſtam, tamen quaſi juſtam, non ſum *Bod.* 2. *Lin.* Satis ſubſiſtentem, juſt. tam. Q. j *Vulg.* 7 Vide *Homer.* Odyſſ. A. v. 352. 8 Ἀοίδ'ων *Ald.* 9 Deſunt *Ald.* 10 Deeſt *Bod.* 1. 11 Gramen *Bod.* 1. 12 Deeſt *Lin.* 13 Illam *Bod.* 1. 2. *Lin.* 14 Commend nt *Bod.* 1. 2. *Lin.* 15 Præteream *Bod.* 1. 2. *Lin. MS. Cl-Min.* Perdam *Vulg.* 16 Ruffo *Bod.* 2. *Lin.* 17 Aſcenderam *Bod.* 1. 18 Decemviri *Bod.* 1. *Lin. Pal.* 19 Obverſabantur advocatis *Bod.* 1 *Lin.* Obſervabantur advocati *Vulg.* 20 Clariſſimi viri *Bod.* 1. 21 Non mora lætor *Bod.* 2. Non morer *Bod.* 1. *Vulg.* 22 Haud aliter, (ut aſſerit *Grut.*) *Palat.* & Vett. Editt. Verum *Modii* MSS. *qui legi de muneribus præpoſuerat breve edictum, admonebat*, ſcribendumque ſuſpicabatur: *qui lege muneribus quærit. Præpoſuerat &c.* Atque hinc *Caſaub.* putat legendum, *qui lege de muneribus quærit*; monuitque *Catanæum* minus rectè ad prætorem urbanum hæc retuliſſe, quod itidem opinatur *Schefferus.* Non tamen vel *Caſauboni* vel *Modii* emendationem probat. Non enim diſpicit, quid hic velit *legibus quærit*, aut quid faciat hoc loco. Putat ſanè cohærere iſta, *qui legibus quærit, propoſuerat breve edictum:* Propoſuerat, ait, edictum legibus, ſecundum quas dicturus jus erat. Sed quæ illæ leges? hoc vero continetur voce corruptâ *quærit*, pro quo quid debeat ſubſtitui, nobis non dixit *Schefferus.* Niſi quis putet *legibus Quiritium.* Quod tamen ideo diſplicet, quia peculiares fuiſſe leges, quibus vetabantur vænire advocationes, ex epiſt. 14. hujus libri novimus. Pro *propoſuerat Bod.* 1. *Lin.* habent *præpoſuerat.*

XX. C. PLINIUS URSO SUO S.

1 ITerum Bithyni poſt breve tempus à 2 Julio Baſſo, etiam Rufum Varenum proconſulem detulerunt: 3 Varenum", quem 4 nuper" adverſus Baſſum 5 advocatum" & poſtularant & acceperant. inducti in ſenatum, inquiſitionem poſtulaverunt: 6 tum" Varenus petit ut ſibi quoque defenſionis cauſa 7 vocare teſtes liceret: recuſantibus Bithynis, cognitio ſuſcepta eſt. 8 Egi ego pro Vareno non 9 ſine eventu. nam bene an male, liber 10 indicabit. In actionibus enim utramque in partem fortuna dominatur: multum commendationis & detrahit & affert memoria, vox, geſtus, tempus ipſum: poſtremo vel amor vel odium rei: liber offenſis, liber gratia, 11 liber & ſecundis" caſibus, & adverſis caret. 12 Reſpondit mihi Fontejus 13 Magius, unus ex Bithynis, 14 plurimis verbis, pauciſſimis rebus. 15 Mos eſt pleriſque Græcorum 16 ut illis ſit pro copia volubilitas: tam longas tamque rigidas periodos uno ſpiritu quaſi torrente contorquent. Itaque Julius Candidus non invenuſte ſolet dicere, *aliud eſſe eloquentiam, aliud loquentiam.* Nam eloquentia vix uni aut alteri, 17 immo ſi Marco Antonio credimus, nemini: hæc vero quam Candidus loquentiam appellat, 18 multis atque etiam impudentiſſimo cuique maxime contingit. Poſtero die dixit pro Vareno 19 Homullus callide, acriter, culte: contra Nigrinus preſſe,

1 Iterum Bithyni breve tempus & Ruf. Var. proc. det. *Bod.* 1. *Lin. Ald.* Iterum Bithyni breve tempus à Julo Baſſo & Ruffium Varenum quem proc. *Bod.* 2. *ſed in margine duplicem emendationem reperi, viz.* Iterum Bithyni breve tempus petiverunt in Julium Baſſum & Ruffum Varenum. Ruffum quem Proc: & Iterum Bithyni breve tempus à Julio Baſſo quem proconſulem detulerunt, & à Ruffo Vareno quem adverſus. 2 Lib. IV. Ep. 9. legimus *Julium Baſſum* reum fuiſſe repetundarum ſub *Trajano*, quod provinciam *Bithyniam* expilaſſet; ſed illic ſcriptum *Pomponium Rufum* adverſus *Baſſum* egiſſe, nunc vero *Rufum Varenum*, niſi malimus intelligere appellatum *Pomponium Rufum Varenum*. 3 Deeſt *Bod.* 1. 4 Deeſt *Bod.* 1. *Lin.* 5 Deeſt *MS. Cl. Min.* 6 Deeſt *Ald.* 7 Evocare *Ald.* 8 Mihi pro *Bod.* 2. 9 Niſi ev. *Bod.* 1. 2. *Lin. Vulg.* 10 Judicabit *Ald.* 11 Deſunt *Lin.* 12 Et reſpondit *Bod.* 1. 2. 13 Magnus *Bod.* 1. *Lin. Ald.* 14 Pluribus *Bod.* 1. 2. *Lin.* 15 Eſt pleriſque Græcor. *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald.* 16 Ut illi pro copia volubilis *Ald.* Ut illi cito copia volubilis *Bod.* 1. 2. *Lin.* 17 Jam non ſumus Antonii, credamus nemini *Bod.* 1. 2. Sed in margine *Bod.* 2. à *Laur. Vallâ* ſic emendatur hic locus & parentheſi includitur: *Nam non ſumus Antonii, ut demus nemini.* Si *Ciceronem* ſequamur, M. *Antonino* debuerat ſcribi: Ille enim de Orator. ad *Brut.* cap V. *M. Antonius cui vel primas eloquentiæ patrum noſtrorum tribuebat ætas: &c.* 18 Multum *Ald.* 19 Homulus *Bod.* 1. *Ad.*

graviter,

graviter, ornate. Censuit Acilius [1] Rufus, consul designatus, inquisitionem Bithynis dandam: postulationem Vareni silentio [2] præteriit. Hæc forma [3] negandi fuit. Cornelius [4] Priscus consularis & accusatoribus quæ petebant & reo tribuit, vicitque numero. Impetravimus rem [5] nec lege comprehensam, nec [6] satis usitatam, justam tamen. Quare justam, non sum epistola exsecuturus, ut desideres actionem. Nam si verum est Homericum illud,

[7] Τῷ γὰρ [8] ἀοιδὴν μᾶλλον ἐπικλείουσ' ἄνθρωποι,
Ἥτις ἀκουόντεσσι νεωτάτη ἀμφιπέληται,

[9] apud te" providendum est [10] mihi", ne [11] gratiam novitatis & florem, [12] quæ" oratiunculam [13] meam vel maxime [14] commendat, epistolæ loquacitate [15] præcerpam. Vale.

XXI. C. PLINIUS [16] RUFO SUO S.

[17] DEscenderam in Basilicam Juliam, auditurus quibus proxima comperendinatione respondere debebam. Sedebant judices, [18] centumviri venerant, [19] obversabantur advocati, silentium longum, tandem à prætore nuncius. Dimittuntur [20] centumviri: eximitur dies, me gaudente, qui nunquam ita paratus sum, ut [21] non mora læter Causa dilationis, Nepos prætor, [22] qui legibus quærit. Proposuerat

1 Ruffus *Bod.* 2. 2 Præterit *Bod.* 1. 2. *Lin.* 3 Alii legunt *neganda.* 4 Prisc. actoribus quæ *Bod.* 1. 2. *Lin.* 5 Negligenter compr. *Bod.* 1. 2. *Lin.* 6 Satis justam, tamen quasi justam, non sum *Bod.* 2. *Lin.* Satis subsistentem, just. tam. Q. j *Vulg.* 7 Vide *Homer.* Odyss. A. v. 352. 8 Ἀοιδὴν *Ald.* 9 Desunt *Ald.* 10 Deest *Bod.* 1. 11 Gramen *Bod.* 1. 12 Deest *Lin.* 13 Illam *Bod.* 1. 2. *Lin.* 14 Commendat *Bod.* 1. 2. *Lin.* 15 Prætream *Bod.* 1. 2. *Lin. MS. Cl. Min.* Perdam *Vulg.* 16 Ruffo *Bod.* 2. *Lin.* 17 Ascenderam *Bod.* 1. 18 Decemviri *Bod.* 1. *Lin. Pal.* 19 Obversabantur advocatis *Bod.* 1 *Lin.* Observabantur advocati *Vulg.* 20 Clarissimi viri *Bod.* 1. 21 Non mora lætor *Bod.* 2. Non morer *Bod.* 1. *Vulg.* 22 Haud aliter, (ut asserit *Grut.*) *Palat.* & Vett. Editt. Verum *Modii* MSS. *qui legi de muneribus præposuerat breve edictum, admonebat,* scribendumque suspicabatur: *qui lege muneribus quærit. Præposuerat &c.* Atque hinc *Casaub.* putat legendum, *qui lege de muneribus quærit*; monuitque (*atanum* minus rectè ad prætorem urbanum hæc retulisse, quod itidem opinatur *Schefferus.* Non tamen vel *Casauboni* vel *Modii* emendationem probat. Non enim dispicit, quid hic velit *legibus quærit*, aut quid faciat hoc loco. Putat sanè cohærere ista, *qui legibus quærit, proposuerat breve edictum:* Proposuerat, ait, edictum legibus, secundum quas dicturus jus erat. Sed quæ illæ leges? hoc vero continetur voce corruptâ *quærit*, pro quo quid debeat substitui, nobis non dixit *Schefferus.* Nisi quis putet *legibus Quiritium.* Quod tamen ideo displicet, quia peculiares fuisse leges, quibus vetabantur vænire advocationes, ex epist. 14. hujus libri novimus. Pro *proposuerat Bod.* 1. *Lin.* habent *præposuerat.*

breve edictum, admonebat accusatores, admonebat reos, exsecuturum se quæ senatusconsulto continerentur. Suberat edicto senatusconsultum hoc: OMNES, [1] QUICQUID NEGOTII HABERENT, JURARE PRIUS QUAM AGERENT JUBEBANTUR, NIHIL SE OB ADVOCATIONEM CUIQUAM DEDISSE, PROMISISSE, CAVISSE. His enim verbis, ac mille præterea, & vænire advocationes [2] & emi vetabantur. [3] Peractis tamen negotiis, permittebantur" pecuniam duntaxat decem millium dare. Hoc facto Nepotis commotus prætor, qui centumviralibus præsidet, deliberaturus an sequeretur exemplum inopinatum, nobis otium dedit. Interim tota civitate Nepotis edictum carpitur, laudatur. [4] multi, *Invenimus qui* [5] *curva* [6] *corrigerent. Quid? ante hunc prætores non fuerunt? Quis autem hic est qui emendet publicos mores?* Alii contra, *Rectissime fecit initurus magistratum: jura* [7] *cognovit: senatusconsulta legit: reprimit* [8] *fœdissimas pactiones: rem pulcerrimam turpissime vænire non patitur.* Tales ubique sermones: qui tamen alterutram in partem ex eventu prævalebunt. Est omnino [9] iniquum, sed usu receptum, quod honesta consilia vel turpia, prout male [10] aut prospere cedunt, ita vel [11] probantur vel reprehenduntur. Inde plerunque eadem facta [12] modo dlligentiæ, modo vanitatis", modo libertatis, modo furoris, nomen accipiunt. Vale.

1 Quisquis negotium *Bod. 1. 2. Lin.* Qui quid negotii *Ald. Steph.* 2 Etenim emi *Bod. 1. Lin.* 3 Desunt *Bod. 1. 2. Lin.* 4 A multis *Bod. 1.* 5 Turbam *Bod. 2.* Cuncta *Vulg.* 6 Corrigeret *Bod. 1. 2. Lin. Ald.* 7 Alii legunt, *recognovit.* 8 Novissimas *Bod. 1. 2. Lin. Vulg.* Quod haud dubie est vitiosum. Legit proinde *Scheff. notissimas*: sed quia in *Aldina* est *fœdissimas*, quod glossam esse verbi veri putat, itaque nescit, annon scripserit, *notatissimas*, id est, maximè reprehensas & notatas. 9 Inimicum *Bod. 1. Lin.* 10 Vel *Lin.* 11 Procedunt *Bod. 1. 2. Lin. Vulg.* 12 Desunt *Bod. 1. 2. Lin.*

LIBER VI.

I. C. PLINIUS [1]TYRONI SUO S.

QUAMDIU ego trans Padum, tu in Piceno, minus te requirebam: poſtquam ego in urbe, tu adhuc in Piceno, [2] multo magis: [3] ſeu quod ipſa loca, in quibus eſſe una ſolemus, acrius [4] me tui commonent: ſeu quod deſiderium abſentium nihil perinde ac vicinitas acuit; [5] quoque propius [6] acceſſeris ad ſpem fruendi, hoc impatientius [7] careas. Quicquid in cauſa, eripe me huic tormento: veni, aut ego illuc, unde [8] inconſulte properavi, revertar, vel ob hoc ſolum, ut experiar an mihi, quum ſine me Romæ cœperis eſſe, ſimiles [9] his" epiſtolas mittas. Vale.

II. C. PLINIUS ARRIANO SUO S.

SOleo nonnunquam in judiciis quærere [10] Marcum Regulum: nolo enim dicere deſiderare. [11] cur ergo quæro? habebat ſtudiis honorem, timebat, pallebat, [12] ſcribebat": quamvis non poſſet dediſcere illud ipſum, quod oculum modo dextrum, modo ſiniſtrum circumlinebat: dextrum, ſi à petitore: alterum, ſi à poſſeſſore eſſet acturus, quod candidum ſplenium in hoc aut illud ſupercilium transferebat: quod ſemper aruſpices conſulebat de actionis eventu, [13] animi ſuperſtitione,

1 Tironi *Lin. Ald.* 2 Hoc non reſpondet (ut notat *Scheff.*) præcedenti *minus*. Illud *multo* enim comparationem habet, quæ non eſt in ſuperioribus. ſuſpicatur itaque, in voce *multo* latere vocabulum; quodnam tamen non indicat. 3 Ex quo ipſa *Bod.* 1. 2. *Lin. Pal. Scheffero.* non eſt dubium, quin vera lectio ſit, *eo quod*. 4 Metus commovent *Bod.* 1. *Lin.* 5 Quodque *Vulg.* 6 Acceſſerit *Bod.* 1. *Lin.* 7 Cupias *Bod.* 1. 2. *Lin. Vulg.* 8 Conſulto *Bod.* 2. Conſulte *Lin.* Conſule te *Bod.* 1. 9 Deeſt *MS. Cl. Min.* 10 Meum Regulum *Bod.* 1. 2. *Lin.* 11 Si ſuperius lib. V. Ep. 1. videri queat (inquit *Grut.*) eſſe ab librariis, *cur ampliſſimo gratius?* poteſt & hic quoque ſupervacaneum dici triga iſthæc verborum, *Cur ergo quaro?* in *Lin.* legitur, *Cur ego quaro?* 12 Deeſt *Lin.* 13 Animi ſuſpicione *Bod.* 1. *Caſaubonus* malebat *anili ſuperſtitione*, quod placet *Grutero*, nec diſplicet *Buchnero*. At ne ſic quidem locus integer videtur. Certe quod ſequitur, *à magno ſtudiorum honore veniebat*, non habet in præcedentibus, quo referatur. Nam illud, *quod ſemper aruſpices conſulebat*, cohæret cum ſuperiori, *quamvis non poteſt dediſcere illud ipſum*, plane ſicut cætera. Putat itaque *Scheffer.* corruptum locum, & primo poſt *transferebat* ſcribendum punctum, mox novam faciendam periodum,

tione, ſed tamen [1] à magno ſtudiorum honore veniebat. [2] Jam illa perquam jucunda una dicentibus, quod libera tempora [3] petebat, quod audituros conrogabat. [4] Quid enim jucundius quam ſub alterius invidia, quamdiu velis, & in alieno auditorio quaſi deprehenſum commode dicere? Sed utcunque ſe habent iſta, bene fecit Regulus, quod eſt mortuus, melius ſi ante. [5] Nunc enim ſane poterat ſine malo publico vivere ſub eo principe, ſub quo nocere non poterat: ideo fas eſt, nonnunquam eum quærere. Nam poſtquam obiit ille, increbuit paſſim & invaluit conſuetudo, binas vel ſingulas clepſydras, interdum [6] & dimidias, & dandi & petendi. Nam [7] & qui dicunt, egiſſe malunt quam agere: & qui audiunt, finire quam judicare. tanta negligentia, [8] tanta deſidia, tanta denique irreverentia ſtudiorum periculorumque eſt. An nos ſapientiores majoribus noſtris? nos legibus ipſis juſtiores, quæ tot horas, [9] tot dies, tot [10] comperendinationes largiuntur? hebetes illi & ſupra modum tardi? Nos apertius dicimus, celerius intelligimus, religioſius judicamus, [11] qui paucioribus clepſydris ptæcipitamus cauſas, [12] quam diebus explicari ſolebant? O [13] Regule, qui [14] ambitione ab omnibus [15] obtinebas [16] quod fidei pauciſſimi præſtant. Equidem quoties judico, [17] quod ſæpius facio quam dico, [18] quantum quis plurimum poſtulat aquæ do. etenim temerarium exiſtimo, divinare quam ſpatioſa ſit cauſa inaudita, tempuſque negotio finire, cujus modum ignores: præſertim cum [19] primum religioni ſuæ judex patientiam debeat, quæ pars magna juſtitiæ eſt. At quædam ſupervacua dicuntur: etiam: ſed ſatius eſt & hæc dici, quam non dici neceſſaria. Præterea, an ſint ſupervacua, niſi quum audieris, ſcire non poſſis. Sed de his melius coram, ut de pluribus vitiis civitatis. Nam tu quoque

dum, & ſic ponendum: *At, quod ſemper aruſpices conſulebat, de actionis eventu, à nimia ſuperſtitione, ſed tamen &c.* Illud *At* abſumpſit ſyllaba præcedens, *animi* autem factum eſt per connexionem litterarum, quæ debebant eſſe diviſæ. 1 Et magno *Bod.* 1, 2. *Lin.* Et à mag. *Ald.* 2 Tum *Bod.* 1. *Lin. Vulg.* 3 Petebat, auditores conr. *Lin.* Petebat, audituros conr. *Bod* 1. 2. 4 Quid enim juc. *Vulg.* 5 Nunc etiam ſane *Vulg.* 6 Etiam dim. *Bod.* 2. 7 Deeſt *Bod.* 1. *Lin.* 8 Deeſt *Bod.* 1. 2 9 Quæ tot *Ald.* 10 Perendinationes *Bod.* 1. *Lin.* 11 Quia *Ald.* 12 Quæ *Bod.* 1. 2. 13 Regulus *Bod.* 2. *Lin.* Regulum *Vulg.* 14 Jam amb. *Ald.* 15 Obtinebat *Bod.* 2. 16 Quod fide *Bod.* 1. Cui fidem *Bod.* 2. *Lin.* 17 Quod vel ſæp. *Bod.* 1. 2. *Lin.* 18 In *Bod.* 2. corruptè legitur: *quantum tu qui plurimum poſtulat atque docet*; ſed à *Vallâ* in margine emendatur: *quantum plurimum temporis poſtulat do ei qui docet.* Sunt qui legunt: *quantum quis plurimum temporis poſtulat tantum do eo qui docet, ſed quantum quis plurimum poſtulat. Bod.* etiam 1. & *Lin.* pro *aquæ do*, habent *atque docent*; pro quo tamen quidam non abſurde legunt *qui dicit.* Alii autem pro *aq. do*, malint *addo etiam.* 19 Primam religioni *Bod.* 1. *Lin. Ald.*

amore

amore 1 communium ſoles emendari cupere quæ jam corrigere difficile eſt. Nunc reſpiciamus 2 domos" 3 noſtras. Ecquid omnia in 4 tua recte? in mea 5 novi nihil. mihi autem & gratiora ſunt bona, 6 quod perſeverant: & leviora incommoda, 7 quod aſſuevi. Vale.

III. C. PINIUS 8 VERO SUO S.

GRatias ago quod agellum, quem nutrici meæ donaveram, colendum ſuſcepiſti. 9 Erat quum donarem centum millium nummûm: poſtea, decreſcente redditu, 10 etiam pretium minuit, quod nunc te curante reparabit. Tu modo memineris commendari tibi à me non arbores & terram (quanquam hæc quoque) ſed munuſculum meum, quod eſſe quam fructuoſiſſimum non illius magis intereſt quæ accepit, quam mea qui dedi. Vale.

IV. C. PLIN. 11 CALPHURNIÆ SUÆ S.

NUnquam ſum magis de occupationibus meis queſtus, quæ me non ſunt paſſæ aut proficiſcentem te valetudinis cauſa in Campaniam 12 proſequi, aut 13 profectam, è veſtigio ſubſequi. Nunc enim præcipue ſimul eſſe cupiebam, ut oculis meis crederem, quid viribus, quid corpuſculo 14 acquireres, 15 & qui denique ſeceſſus, voluptates, regioniſque abundantiam 16 inoffenſa tranſmitteres. Equidem etiam fortem te 17 non ſine cura deſiderarem. eſt enim ſuſpenſum & anxium de eo quem ardentiſſime diligas, interdum nihil ſcire. Nunc vero me cum abſentiæ tum infirmitatis tuæ ratio, incerta & varia ſolicitudine exterret. Vereor omnia, 18 imaginor omnia', quæque natura metuentium eſt, ea maxime mihi quæ 19 maxime" abominor fingo. Quo impenſius rogo ut

1 Notat *Caſaubonus*, in quibuſdam libris legi *communi*, putatque ſcribendum: *Nam tu quoque in more communi ſoles.* Sed *Scheff* ſuſpicatur & hic conjuncta, quæ debebant dividi, legendumque: *Nam tu quoque à more communi* 2 Deeſt *Bod.* 1. *Lin. Vulg.* 3 Noſtra *Bod.* 1. *Vulg.* 4 Tuis *Bod.* 2. 5 Nonnihil *MS. Cl. Min.* 6 Quæ perſ. *Bod.* 1. 7 Sed aſſ *Bod.* 1. 2. *Lin.* 8 Urſo *Bod.* 2. 9 Et erat *Bod.* 1. 2. *Lin.* 10 Et pret. *Lin.* 11 Calpurniæ *Lin. Ald.* Capuaniæ *Bod.* 2. 12 Sequi *Bod.* 1. Perſequi *Bod.* 2. 13 Profecta *Bod.* 1. *Lin.* 14 Adpareres *Ald. Vulg.* 15 Et quid *Bod.* 1. *Ecquid* ex conjecturâ *Latinii.* 16 Inoffenſa valetudine *Vulg.* 17 Male aliæ edd. *& non ſine.* neque viſitur ea copula in vett. edd. aut *Palat.* 18 Deſunt *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald. Pal.* iſto loco tamen non videntur aliena. 19 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin.*

timori

timori meo quotidie ſingulis, vel etiam binis epiſtolis conſulas. Ero enim ſecurior, dum 1 legam: ſtatimque timebo, quum legero. Vale.

V. C. PLINIUS URSO SUO S.

SCripſeram tenuiſſe 2 Varenum, ut ſibi evocare teſtes liceret, quod pluribus æquum, quibuſdam iniquum & quidem 3 pertinaciter viſum, maxime Licinio Nepoti, qui ſequenti ſenatu, quum de rebus aliis 4 referretur, de proximo ſenatuſconſulto diſſeruit, finitamque cauſam retractavit. 5 Addidit etiam, petendum à conſulibus ut 6 referrent ſub exemplo legis ambitus de lege repetundarum, an placeret in futurum ad 7 eam legem 8 adjici, ut ſicut accuſatoribus inquirendi, 9 teſtibuſque denunciandi poteſtas ex ea lege eſſet: ita reis quoque fieret. Fuerunt quibus hæc ejus oratio, ut ſera 10 & intempeſtiva & præpoſtera, diſpliceret: quæ 11 omiſſo contradicendi tempore caſtigaret peractum cui potuiſſet occurrere. 12 Jubentius quidem Celſus prætor, tanquam emendatorem ſenatus, & multis & vehementer 13 increpuit. Reſpondit Nepos, rurſuſque Celſus: neuter contumeliis temperavit. Nolo referre quæ dici ab ipſis moleſte tuli: quo magis quoſdam è numero 14 noſtro" improbavi, qui modo ad Celſum, modo ad Nepotem, prout hic vel ille diceret, cupiditate audiendi 15 curſitabant: & nunc quaſi ſtimularent & accende-

1 Lego *Bod.* 2. *Ald.* 2 Vid. ep. 20. L. V. 3 Pertinax *Bod.* 2. 4 Refertur *Bod.* 1. *Lin.* 5 Addit *Lin.* 6 Referretur *Lin.* 7 Eandem *Bod.* 2. 8 Adici *Bod.* 1. 9 Teſtibus denunc. *Lin.* 10 Ut intemp. ut præp. *Bod.* 2. 11 *Amiſſo* legunt *Boxhornius* & *Latinius.* 12 Juventius *Ald.* Quod idem nomen eſt, (*b*) & (*v*,) ut ſæpe fit apud veteres, permutatis. Sic ſcriptum in Inſcriptione quadam *Cologneſa*, in agro *Veron.*, ab *Aldo* imprimis, & poſtea à *Grutero* editâ:

SEX. IVVENT. SVAVIS.
DIANAE. LVCIF. LVNAE.

Cujuſmodi Scriptionis plura alia exempla apud *Gruterum* reperire licet. Aliquando item à veteribus *Iventius* ſcriptum fuit; quod teſtatur Inſcriptio alia *Colognola* itidem reperta, & ab *Aldo* & *Grut.* memorata:

D. M
L. IVENT. IANVAR
AMIC. OPT.
FECIT. ONESIMA
V. A. LX

Sic etiam haud raro ſcriptum eſt *Fluium*, pro, *Fluvium*; *Dumvir*, pro *Duumvir*; & *Flaus*, pro, *Flavus*. Cæterum clam me non eſt, exſtare apud *Grut.* p. 607. epiſtolam quandam *Jubentii Celſi*, cum exemplo cujuſdam libelli ab eo ſcripti, & à *Catanæo* item editi, ex codice quodam *Plinii* manu *Campani* (ut inquit) tranſcripti; in aliquibus tamen ab exemplari *Gruteriano* diſcrepantis. In hac epiſtolâ & libello ſubjecto diſerte ſcribitur *Jubentius*, & *jubentutis* pro *juventutis*. 13 Increpavit *Bod.* 2. 14 Deeſt *Lin.* 15 Curſitarent *Bod.* 1. Curſitantes *Bod.* 2. Curſitantem *Lin.*

rent,

rent, nunc quaſi 1 reconciliarent componerentque, frequentius ſingulis, ambobus interdum propitium Cæſarem, ut in ludicro aliquo 2 precarentur. Mihi quidem illud etiam peracerbum fuit, quod ſunt alter alteri quid pararent indicati. Nam & Celſus Nepoti ex libello reſpondit, & Celſo Nepos ex pugillaribus. Tanta loquacitas amicorum 3 fuit", ut homines jurgaturi id ipſum invicem ſcirent, tanquam conveniſſent. Vale.

VI. C. PLINIUS 4 FUNDANO SUO S.

SI quando, nunc præcipue cuperem eſſe te Romæ, & ſis rogo. Opus eſt mihi voti, laboris, ſolicitudinis ſocio. Petit honores Julius Naſo, petit cum multis, cum bonis, quos ut glorioſum, ſic eſt difficile ſuperare. Pendeo ergo, & exerceor ſpe, 5 atque" afficior metu, 6 & me" conſularem eſſe non ſentio. 7 nam" rurſus mihi videor omnium quæ 8 decurri candidatus. Meretur hanc curam 9 longa mei caritate: eſt mihi cum illo non ſane paterna amicitia: neque enim potuit eſſe per meam ætatem. Solebat tamen vix dum adoleſcentulo mihi pater ejus cum magna laude 10 monſtrari. erat non 11 ſtudiorum tantum, verum etiam ſtudioſorum amantiſſimus: ac prope quotidie ad audiendos, quos tunc ego 12 frequentabam, Quintilianum 13 &" 14 Niceten ſacerdotem ventitabat: vir alioqui clarus 15 & gravis, & qui prodeſſe filio memoria ſui debeat. Sed multi nunc in ſenatu, quibus ignotus ille, multi quibus notus, ſed non niſi viventes reverentur: quo magis huic, omiſſa gloria patris, in qua magnum ornamentum, gratia infirma, 16 ipſi enitendum & laborandum eſt".

1 Conciliarent *Bod.* 2. 2 Precabantur *Bod.* 1. 2. *Lin.* 3 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin.* 4 Fundanio *MS. Cl. Min.* 5 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald.* 6 Deſunt *Bod.* 1. *Lin.* 7 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin. Pal.* 8 Decucurri *Bod.* 2. *Ald. Livius* quoque XXII. 4. *decucurrerunt*, ut *Gronovius* ex membranis notavit. *Paullinus* ad *Cyther.* v. 799.

Sed ſermo lapſus decucurrit longius.

Atque ita etiam in aliis compoſitis, ut *incucurrerat Livius*, *procucurrerunt Caſ.*, *diſcucurrit Sueton.*, *concucurrit Flor. pracucurrit Prudent.* 9 Longa amicitia: eſt *Bod.* 2. 10 Monſtrare *Bod.* 1. 2. *Lin.* 11 Studioſorum tantum, verum etiam ſtudiorum *Ald.* 12 Frequentabat, vir alioqui *Bod.* 1. 2. *Lin. MS. Cl. Min.* 13 Deeſt *Ald.* 14 Niceam *Vulg.* Sed nullus temporibus *Trajani* alibi occurrit. Nam *Nicea Athenienſium* imperator, & *Megarenſis* alter vetuſtiores fuerunt. Noſtra lectio proinde eſt vera. *Nicetes* enim ab Auctore Dialogi de cauſſ. corr. eloq. c. XV. memoratur, & de eo exſtat *Philoſtrati Lemnii* in vitis Sophiſtarum elogium, ut notavit *Lipſius*. Nominat & Seneca pater l. IX. controverſ. 15 Ac *Bod.* 1. *Lin.* 16 Ipſi elaborandum eſt *Bod.* 1. 2. *Lin.*

1 Quod

1 Quod quidem ſemper, quaſi provideret hoc tempus, ſedulo fecit, paravit amicos, quos paraverat, coluit: me certe, ut primum ſibi 2 judicare permiſit, ad 3 amorem imitationemque delegit. Dicenti mihi ſolicite aſſiſtit, aſſidet recitanti: primus etiam 4 &" cum maxime naſcentibus opuſculis meis intereſt, nunc ſolus, ante cum 5 fratre, cujus 6 nuper amiſſi ego ſuſcipere partes, ego vicem debeo implere. Doleo enim 7 & illum immatura morte indigniſſime raptum, & hunc optimi 8 fratris adjumento deſtitutum, ſoliſque amicis relictum. Quibus ex cauſis exigo ut venias, & ſuffragio meo tuum jungas. permultum intereſt mea, te 9 oſtentare & mecum 10 circuire. ea eſt auctoritas tua, ut putem me efficacius tecum etiam meos amicos rogaturum. Abrumpe ſi qua te retinent. hoc tempus meum, hoc fides, hoc etiam dignitas poſtulat. Suſcepi candidatum, & ſuſcepiſſe me notum eſt: ego ambio, ego periclitor. In ſumma, ſi datur Naſoni quod petit, illius honor: ſi negatur, 11 mea" repulſa eſt. Vale.

VII. C. PLINIUS 12 CALPHURNIÆ SUÆ S.

SCribis 13 te" abſentia mea non mediocriter affici: unumque habere ſolatium, quod pro me libellos meos teneas, 14 ſæpe etiam in 15 veſtigio meo colloces: 16 gratum eſt quod nos requiris, quod his fomentis meis acquieſcis: invicem ego epiſtolas tuas lectito, atque identidem in manus quaſi novas ſumo: ſed eo magis 17 ad deſiderium tui accendor. Nam cujus literæ tantum habent ſuavitatis, hujus ſermonibus quantum dulcedinis ineſt? Tu tamen frequentiſſime ſcribe, licet hoc ita me 18 delectet ut torqueat. Vale.

1 Qui quidem *Bod.* 1. 2 Ætas judicare *Ald. Steph.* 3 Ad amorem, rem, imit. *Lin.* 4 Deeſt *Lin.* 5 Patre *Bod.* 1. 2 *Lin.* 6 Nunc amiſſi *Lin.* 7 Et mihi illum *Lin.* 8 atris *Bod.* 2. 9 *Barthius* malit *oſtentari.* 10 Mecum circumire *Lin* Tum circumire *Bod.* 1. Tum circuire *Ald. Steph. Bod.* 2. 11 Deeſt *Bod.* 2. 12 Calpurniæ *Bod.* 1. *Lin. Ald.* 13 Deeſt *Bod.* 1. 14 Sæpe enim in *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald.* 15 Explicat *Buchnerus* eam lecti partem, in qua ipſe recumbere ſolebat. Sed *veſtigium* ita ſimpliciter hoc voluiſſe appellare, contra omnem aliorum conſuetudinem, haud videtur. Itaque *Scheff.* putat aut corruptum eſſe vocabulum, aut aliquid hic deſiderari, quod tamen non excogitavit, ſed aliorum deliberationi reliquit. 16 Gratum quod his fomentis acquieſcis *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald.* 17 Deſiderio tui *Bod.* 1. 18 Delectat *Lin.*

VIII. C.

VIII. C. PLINIUS PRISCO SUO S.

ATtilium Creſcentem & noſti & amas. quis enim [1] illum ſpectatior paulo aut non novit, aut non amat? hunc ego non ut multi, ſed arctiſſime diligo. oppida noſtra unius diei itinere dirimuntur: ipſi amare invicem, [2] qui eſt flagrantiſſimus amor, adoleſcentuli cœpimus. manſit hic poſtea, nec [3] refrixit judicio, ſed invaluit. Sciunt qui alterutrum noſtrûm familiarius intuentur. Nam & ille amicitiam meam [4] latiſſima prædicatione circumfert, & ego [5] pro me fero [6] quam [7] ſit mihi curæ modeſtia, quies, ſecuritas ejus. Quin etiam quum inſolentiam cujuſdam tribunatum plebis inituri vereretur, [8] idque indicaſſet mihi, reſpondi,

[9] Οὔ τις ἐμεῦ ζῶντος ἀχὴ ἐπὶ χθονὶ δερκομένοισι,
Σοὶ κοίλης ὑφὰ νηυσὶ βαρείας χεῖρας [10] ἐποίσει.

[11] Quorſum hæc? Ut ſcias non poſſe Attilium me incolumi injuriam accipere. Iterum dices, [11] Quorſum hæc? [12] Debuit ei pecuniam Valerius Varus: hujus eſt hæres Maximus noſter, quem & ipſe amo, ſed conjunctius tu. Rogo ergo, exigo etiam pro jure amicitiæ, cures ut Attilio meo ſalva ſit non ſors modo, [13] ſed etiam uſura [14] plurium annorum. homo eſt alieni abſtinentiſſimus, ſui diligens, nullis quæſtibus ſuſtinetur, [15] nullus illi niſi ex frugalitate redditus. Nam ſtudia, quibus plurimum præſtat, ad voluptatem tantum & gloriam exercet: [16] gravis eſt ei vel minima jactura, quia reparare quod [17] amiſeris gravius [18] eſt. Exime hunc illi, exime hunc mihi ſcrupulum: ſine me ſuavitate ejus, ſine leporibus perfrui. neque enim poſſum triſtem videre, cujus hilaritas me triſtem eſſe non patitur. In ſumma noſti facetias [19] hominis: quas velim [20] attendas, ne in bilem [21] & amaritudinem vertat injuria: quam vim habeat offenſus, crede ei quam in amore ha-

1 Illo *Bod.* 1. 2 Cum eſt *Bod.* 1. 2. *Lin.* 3 Hic neque frixit *Bod.* 1. 2. *Lin.* 4 Lætiſſima *Lin.* Latiſſime *Bod.* 2. *Ald. Steph.* 5 Præ *Bod* 1. *Ald.* 6 Quantæ *Bod.* 1. *Lin.* 7 Sint mihi curæ, moleſtiæ *Bod* 1. 8 Idque quod *Lin.* 9 Homer. Iliad A. v. 88 In quibuſdam exemplaribus (prout notavit *Steph*) harum *Plinii* epiſt. legitur tantum Οὔτις ἐμεῦ ζωοῖσι. Et magis veriſimile eſt eum principium duntaxat loci notiſſimi attuliſſe, ut ſolet etiam *Cicero.* 10 Ἐποίσῃ *Ald.* 11 Quorſus *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald.* 12 Debuit enim pec. *Lin.* 13 Verumetiam *Bod* 1. 2. *Lin.* 14 Plurimum *Ald.* 15 Nullus ex frug. *Bod.* 1. *Lin.* Nullus illi ex frug. *Bod.* 2. 16 Et gravis eſt ei vel min jact., &quia *Bod.* 1. 2. *Lin.* 17 Amiſerit *Bod.* 1. 2. *Lin.* 18 Deeſt *Bod* 1. 2. *Lin.* 19 Ejus *Vulg.* 20 Intendas *Bod.* 2. 21 Aut *Bod.* 1. *Lin.*

bet. non feret magnum & liberum ingenium cum contumelia damnum. 1 Verum ut ferat ille, ego meum damnum", meam contumeliam judicabo: ſed non tanquam pro mea, hoc 2 eſt' gravius, iraſcar. quanquam quid denunciationibus & quaſi minis ago? quin potius, ut cœperam, rogo, oro, des operam ne ille ſe, quod validiſſime vereor, à me, ego me neglectum à te putem. 3 dabis autem, ſi hoc perinde curæ eſt tibi quam illud mihi. Vale.

IX. C. PLINIUS 4 TACITO SUO S.

COmmendas mihi 5 Julium Naſonem candidatum. Naſonem mihi? quid ſi meipſum? Fero tamen & ignoſco. Eundem enim commendaſſem tibi, ſi te Romæ morante ipſe abfuiſſem. Habet 6 hoc ſolicitudo, quod omnia neceſſaria putat. tu tamen cenſeo alios roges: ego precum tuarum miniſter, 7 adjutor", particeps ero. Vale.

X. C. PLINIUS ALBINO SUO S.

QUum veniſſem in ſocrus meæ villam 8 Alſienſem, quæ aliquando 9 Rufi Virginii fuit, ipſe mihi locus optimi illius & 10 maximi viri deſiderium non ſine dolore renovavit. hunc enim 11 incolere ſeceſſum, atque etiam ſenectutis ſuæ nidulum vocare conſueverat. Quocunque me contuliſſem, illum animus, illum oculi requirebant. libuit etiam 12 monumentum

1 Deſunt *Lin. Gronovio* videtur excidiſſe particula, cum eſſet: *verum, ut ferat ille, ego, ut meum damnum, meam contumeliam, vindicabo.* Quod placet *Scheffero*, qui totum locum ita ſcribit; *verum ut ferat ille, ego meum damnum, meam contumeliam vindicabo, ſed non tanquam pro mea. Hoc eſt, gravius iraſcar.* Sententia: licet ille ſuam velit ferre contumeliam, tamen ego non feram meam, quæ mihi per ipſius contumeliam affertur. Et feram non tanquam mea eſſet, aut mihi illata, ſed ipſi. Hoc eſt, feram gravius, quia in amicorum injuria vindicanda eſſe acrior ſoles & durior, quam in meâ. Sic etiam pro *judicabo* in *Bod.* 1. legitur *vindicabo*, & ſane magis nervoſe. 2 Deeſt *Bod.* 2. 3 Locus corruptus. quo enim refertur illud *quam*, quod ſequitur? *Scheffer.* itaque ſcribit: *dabis autem hoc, ſi hoc perinde curæ.* Sciolis illud *hoc* videbatur bis poſitum ſine cauſſa, itaque prius deleverunt. 4 Jacinto *Bod* 2. 5 Quem ſupra epiſt. 6. noſter *Fundano* commendaverat. 6 Hæc *Bod.* 1. 7 Deeſt *Bod.* 1. 8 Aſſienſem *Bod* 2. 9 Cujus funus lib. II. ep. 1. laudatum fuit. 10 Maxime *Lin.* 11 Colere *Lin.* 12 Monimentum *Bod.* 1. 2. *Ald. Steph.* Utroque modo, tam *vit.* cum (*i*) quàm cum (*u*) ſcribitur, in lapidibus: frequentius cum (*u.*) Et proculdubio rectius. Nam ut à *doceo* eſt *documen*, unde *documentum*: ita à *moneo, monumen*, inde *monumentum.*

tum 1 ejus videre, & vidiſſe pœnituit. Eſt enim adhuc imperfectum, nec difficultas operis in cauſa modici, ac potius exigui: ſed inertia ejus, cui cura mandata eſt. Subit indignatio cum miſeratione, poſt decimum mortis annum reliquias neglectumque cinerem, 2 ſine titulo", ſine nomine jacere, cujus memoria orbem tertarum gloria pervagetur. At ille mandaverat caveratque ut 3 divinum illud & immortale factum verſibus inſcriberetur,

HIC SITUS EST 4RUFUS, PULSO QUI VINDICE QUONDAM,
IMPERIUM ASSERUIT NON SIBI, SED PATRIÆ.

Tam rara in amicitiis fides, tam parata oblivio mortuorum, ut ipſi nobis debeamus 5 etiam" conditoria exſtruere, omniaque hæredum officia præſumere. Nam cui non eſt verendum quod videmus accidiſſe Virginio? cujus injuriam ut indigniorem, ſic etiam notiorem ipſius claritas facit. Vale.

XI. C. PLINIUS 6MAXIMO SUO S.

O Diem lætum, adhibitus in conſilium à præfecto urbis 7 audivi ex diverſo agentes, ſummæ ſpei, ſummæ indolis 8 juvenes duos", Fuſcum Salinatorem & 9 Numidium Quadratum,

tum. Fallitur igitur *Servius*, cum ſcribit, in XII. Æneid. *Monumenta ſunt memoria: monimenta verò à mentis admonitione ſunt dicta.* 1 Illius *Bod.* 1. 2 Deſunt *Bod.* 1. 2. *Lin.* 3 *Dio Caſſius* lib. LXIII. p. 725. *Hanov.* MDCVI. Ῥῆφος τὸν αὐλοκράτορα ἀρχιν, τὸν στρατιώτην πολλάκις αὐτῷ ἐγκωμίων, ἐκ ἠθέλησε λέξασθαι. 4 Rufus *Lin.* 5 Deeſt *Bod.* 1. *Lin.* 6 Marino *Bod.* 2. 7 Audii *Bod.* 1. *Ald.* 8 Deſunt *Lin.* Juvenes, Fuſc. *Bod.* 1. 2. *Ald.* 9 Vividium *Bod.* 1. Vinnudium *Bod.* 2. Umidium *Lin.* Tumidium *Ald.* Quidam *Vinidium* legunt. *Catanæus* legendum putat *Numidium.* Verum hallucinatur vir doctiſſimus. Teſtatur enim cl. *Noriſius* [de Epochis Syromaced. p. 184.] exſtare in Bibliothecâ manuſcriptorum Mediceâ codices epiſtolarum *Plinii* qui legunt *Uminidium Quadratum* & *Umidium Quadratum*, quarum lectionum hanc (quæ etiam in cod. noſtro *Lin.* habetur) veram eſſe exiſtimat. Quod confirmatur ex eiſd. codd. in ep. 24. lib. VII. qui aviam *Plinii Umidiam* & *Commidiam* appellant, quæ *Numidia Quadratilla* in editionibus vulgatis vocitatur. Fictam ſane eſſe *Numidiorum* apud *Romanos* gentem inde colligitur, quod *Numidii* nuſquam in vetuſtis apud *Gruterum* monumentis memorantur; cum tamen *Umidii* ſive *Ummidii* in inſcriptis antiquitus ſaxis ſæpius legantur. *Tacitus* l. XII. Ann. ad A. U. 804, *Claudio* Cæſare imperante, laudat *T. Vinidium Quadratum præſidem Syriæ*, qui tamen à *Joſepho* l. XX. Antiq. c. 5. *Numidius Quadratus* nuncupatur. Cod. MS. *Vaticanus Taciti*, *Lipſio* teſte, *Tumidum* legit. Reg. *Midium Quadratum*; at *Ryckii* codex *Umidium*

tum, egregium par, nec modo temporibus noſtris, ſed literis ipſis ornamento futurum. Mira utrique probitas, conſtantia ſalva, decorus habitus, os [1] Latinum, vox virilis, tenax memoria, magnum ingenium, judicium æquale: quæ ſingula mihi voluptati fuerunt: atque inter hæc illud, [2] quod & ipſi me ut rectorem, ut magiſtrum intuebantur, & [3] iis" qui audiebant me æmulari, meis inſtare veſtigiis videbantur. O diem (repetam enim) lætum, [4] notandumque mihi candidiſſimo calculo. Quid enim aut publice lætius quam clariſſimos juvenes nomen & famam ex ſtudiis petere? aut mihi optatius, quam me ad recta tendentibus quaſi exemplar eſſe propoſitum? Quod [5] gaudium" ut perpetuo capiam, deos oro: [6] ab iiſdem, teſte te, peto, ut omnes qui me imitari tanti putabunt, meliores eſſe quam me velint. Vale.

XII. C. PLINIUS FABATO PROSOCERO SUO S.

TU vero non debes ſuſpenſa manu commendare mihi, quos tuendos putas. Nam & [7] te" decet multis prodeſſe, & me ſuſcipere quicquid ad curam tuam pertinet. Itaque [8] Vectio Priſco quantum plurimum potuero, præſtabo; præſertim in arena mea, hoc eſt, apud centumviros. Epiſtolarum, quas mihi, ut ais, aperto pectore ſcripſiſti, obliviſci me jubes: at ego nullarum libentius memini. Ex illis enim vel præcipue ſentio quantopere me diligas, cum ſic [9] exegeris mecum ut ſolebas cum tuo filio. Nec diſſimulo, hoc mihi jucundiores eas [10] fuiſſe, quod habebam bonam cauſam, cum ſummo ſtu-

midium Quadrat. Mirum proinde eſt *Ryckium*, contra fidem MS. ſui, & lapidum veterum *Numidium* ſemper in *Tacito* emendâſſe, *Joſephi* & *Plinii* noſtri auctoritate ſola ductum, in quibus *Numidium* vulgo legitur. Quam lectionem putat etiam eſſe confirmatam à *Caſaubono* & *Reineſio*. Ille enim [in not. ad *Æl. Spartianum*] pro *Numilio Q.* in *Spartiano Numidium Q.* vult legi; quem ſequitur *Reineſius*, & *Numidium* in *Tacito* ſcribendum eſſe contendit; [*Reineſ.* Epiſt. XXIII] cum tamen *Rupertus Umidium* ſive *Ummidium* probarit, [vide *Rupert.* epiſt. ap. *Reineſ.* ep. XXI.] utpote cui videbatur munitiſſimus eſſe *Salmaſius*, qui [in Not. ad *Spart.*] non ſolum in *Plinio* noſtro, verumetiam in *Joſepho* & *Spartiano Umidium* ſive *Ummidium* ſcribendum eſſe docuit, ob nullas alias rationes quam quod ex *Codd. MSS.* pleriſque & Inſcriptionibus vetuſtiſſ. hanc lectionem veram eſſe colligatur. 1 Planum *Bod.* 1. 2. *Lin. Pal. Vulg.* 2 Quod ipſum ut *Bod.* 1. 2. *Lin.* 3 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin. Pal.* Qvidam malint *etiam qui audiebant.* Et *Grut.* pro *aud.* legi vult *videbant.* 4 Notandum mihi *Ald.* 5 Deeſt *Bod.* 1. *Lin.* 6 Ad hoſdem teſtes peto *Bod.* 1. *Lin.* Ad eoſdem teſtes peto *Bod.* 2. *Pal.* Ad idem teſtes peto *Weſtm.* 7 Deeſt *Bod.* 1. 8 Betrio *Bod.* 1. Bectio *Bod.* 2. Bettio *Lin.* Bittio *Ald.* Betitio *Vulg.* 9 Egeris *Bod.* 2. *Vulg.* 10 Eſſe *Lin.*

dio

dio curaſſem quod tu curari volebas. Proinde etiam [1] atque etiam" rogo, ut mihi ſemper eadem ſimplicitate, quoties ceſſare [2] videbor, (nunquam [3] enim ceſſabo) convicium facias. quod & ego intelligam à ſummo amore proficiſci, & tu non meruiſſe me gaudeas. Vale.

XIII. C. PLINIUS URSO SUO S.

UNquamne vidiſti quemquam [4] tam laborioſum & exercitum, quam Varenum meum? cui quod ſumma contentione impetraverat, defendendum & quaſi rurſus petendum fuit. Bithyni ſenatuſconſultum apud conſules carpere [5] &" labefactare ſunt auſi, atque etiam [6] abſenti principi criminari: ab illo ad ſenatum remiſſi, non deſtiterunt. Egit Claudius Capito irreverenter magis quam [7] conſtanter, ut qui [8] ipſum' ſenatuſconſultum apud ſenatum accuſaret. Reſpondit Fronto Catius graviter [9] magis" & firme: ſenatus [10] ipſe [11] mirificus. Nam illi quoque, qui prius [12] negarant Vareno quæ petebat, eadem danda, poſtquam erant data, cenſuerunt. Singulos enim, integra re, diſſentire fas [13] eſſe: peracta, quod pluribus placuiſſet, cunctis tuendum. Acilius [14] tantum [15] Rufus, & cum eo ſeptem an octo? ſeptem immo, in priore ſententia [16] perſeverarunt. [17] Erant" in hac paucitate nonnulli, quorum [18] temporaria gravitas, vel potius gravitatis imitatio ridebatur. [19] Tu tamen æſtima quantum nos in ipſa pugna [20] prælii &" certaminis maneat, cujus quaſi præluſio atque præcurſio has contentiones [21] excitavit. Vale.

XIV. C. PLINIUS [22] MAURICO SUO S.

SOlicitas me in Formianum: veniam [23] ea conditione, ne quid contra commodum tuum facias: qua pactione invi-

1 Deſunt *Bod.* 1. 2. *Lin.* 2 Videor *Ald.* 3 Etiam *Bod.* 2. 4 Tam laborioſe exercitum, *&* tam laborioſum, tam exercitum *Vulg.* Tam laborioſum, exercitum *Bod.* 1. *Lin. Steph.* 5 Ac *Lin.* Deeſt *Bod.* 1. 2. 6 Abſentem principem *Bod.* 2. Abſente principe *Vulg.* 7 Inconſtanter *Bod.* 2. 8 Deeſt *Ald.* pro quo *Bod.* 1. *Lin.* habent *per.* 9 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald. Steph.* 10 Ille *Bod.* 2. 11 Mirifice *Bod.* 1. 12 Negarent *Bod.* 1. 13 Eſt *Bod.* 2. 14 Tamen *Vulg.* 15 Rurſus *Bod.* 1. 2. *Vulg.* 16 Perſeverare *Bod.* 1. 2. *Lin.* 17 Deeſt *Bod.* 1 2. *Lin.* 18 Temporalis *Bod.* 2. 19 Tu tamen exiſtima quantum prælium, quanta pugna certamini maneat *Vulg* 20 Deſunt *Bod.* 1. 2. *Lin.* 21 Incitavit *Lin.* 22 Maurio *Bod.* 1. 23 Ex cond. *Bod.* 1. 2. *Lin. Vulg.*

cem

cem mihi caveo. neque [1] enim'' mare & littus, ſed te, otium, [2] libertatem ſequor : alioqui ſatius eſt in urbe remanere. Oportet enim omnia aut ad alienum arbitrium, aut ad ſuum facere : mei certe ſtomachi hæc natura eſt, ut nihil niſi totum & merum velit. Vale.

XV. C. PLINIUS ROMANO SUO S.

MIrificæ [3] rei non interfuiſti : ne ego quidem, ſed [4] me recens [5] fabula excepit''. [6] Paſſienus Paulus, ſplendidus eques Romanus, & inprimis eruditus, ſcribit elegos. [7] gentilitium hoc illi : eſt enim municeps Propertii, atque etiam inter majores ſuos Propertium [8] numerat. [9] Is'' quum recitaret, ita cœpit dicere. *Priſce jubes?* Ad hoc [10] Jabolenus Priſcus (aderat enim ut Paulo amiciſſimus) *Ego vero non jubeo.* Cogita [11] qui riſus hominum, qui joci. [12] Eſt omnino Priſcus dubiæ ſanitatis : intereſt tamen officiis, [13] adhibetur conſiliis, atque etiam jus civile publice reſpondet : quo magis quod tunc fecit, [14] &'' ridiculum & notabile fuit. Interim [15] Paulo aliena deliratio aliquantum frigoris attulit. [16] tam ſolicite recitaturis providendum eſt non ſolum ut ſint ipſi ſani, verum etiam ut ſanos [17] adhibeant. Vale.

XVI. C. PLINIUS [18] TACITO SUO S.

PEtis ut tibi [19] avunculi mei exitum ſcribam, quo verius tradere poſteris poſſis : gratias ago. Nam video, morti ejus, ſi celebretur à te, immortalem gloriam eſſe propoſitam. Quamvis enim pulcerrimarum clade terrarum, ut populi, ut [20] urbes memorabili caſu, quaſi ſemper victurus occiderit : quamvis ipſe [21] plurima [22] opera & manſura condiderit, multum'' tamen perpetuitati ejus ſcriptorum tuorum æternitas ad-

1 Deeſt *Lin.* 2 Et libertatem *Bod.* 1. 2. *Lin.* 3 Rei interfuiſtine? Ne ego &c. *Bod.* 1. *Lin.* Rei intetfuiſtine? ego quidem, ſed mœrens *Vulg.* 4 Ad me *Bod.* 2. 5 Deſunt *Bod.* 1 2. *Lin.* 6 Paſſenius *Bod.* 1. *Lin.* Paſſemius *Bod.* 2. 7 Gentile *Bod.* 1. *Vulg.* 8 Nominat *Lin.* 9 Deeſt *Bod.* 1. 10 Javolenus *Bod.* 2. *Ald. Vulg.* Et ſic ſemper in Pandectis legitur. Jabolemus *Bod.* 1. Janolenus *Lin.* 11 Ex conjectura *Latinii* legendum : *qui riſus omnium, qui joci quoque.* 12 Quotiens omnino Priſcus *Bod.* 1. 2. 13 Adhibitus *Bod.* 2. 14 Deeſt *Bod.* 1. *Lin.* 15 Noſtro Paulo *Bod.* 2. 16 Jam *Bod.* 2. 17 Exhibeant *Bod.* 2. 18 Cornelio Tacito *MS. Cl. Min.* 19 Avonculi *Ald.* & ſic in ſeqq. 20 Urbis legit *Caſaub.* 21 Plurima ſcripſerit, tamen perpetuitati *Bod.* 2. 22 Deſunt *Bod.* 1. *Lin.*

det.

det. Equidem beatos puto, quibus deorum munere datum eſt aut facere ſcribenda, aut ſcribere legenda: beatiſſimos vero quibus utrumque. Horum in numero avunculus meus & ſuis libris & tuis erit. Quo libentius ſuſcipio. depoſco etiam quod injungis. Erat Miſeni, 1 claſſemque imperio præſens regebat. 2 nono calend. Septembris, hora 3 diei fere ſeptima, mater mea 4 indicat ei, apparere nubem inuſitata & magnitudine & ſpecie. 5 Uſus ille ſole, mox 6 frigidam guſtaverat jacens, ſtudebatque: 7 poſcit ſoleas, aſcendit locum ex quo maxime miraculum illud conſpici poterat. nubes (1 incertum procul intuentibus ex quo monte: 9 Veſuvium fuiſſe poſtea cognitum eſt) oriebatur, cujus ſimilitudinem & formam non alia magis arbor quam pinus expreſſerit. Nam longiſſimo velut trunco elata in altum, quibuſdam ramis diffundebatur.

1 Claſſem imperio *Bod.* 1. 2 Nono Calend., hora *Bod.* 1. *Lin.* Calend. Novemb. *Bod.* 2. Nonum Cal. hora *Pal.* In quibuſd. editt. legitur: *Novemb. KL. hora.* Quidam etiam codices, ſi fides *Talermo* (lib. I. cap. 1. de vera *C. Plinii Secundi* patria, edit. *Veron.* MDCVIII. 4to) habent: *III. Non. Novemb.* Circumſtantiæ autem (ut vir cl. *Joan. Maſſon* docuit) *VIIII.* vel *VIII.*, ut alii malunt, legendum eſſe probant. De hoc loco doctiſſimus *Dodwellus* ſententiam ſuam per literas perquam humaniter pro more ſuo mecum communicavit. Ex tanta codicum diſcrepantia vir clariſſimus ſuſpicatur, nullam harum lectionum veram eſſe. Conjicit itaque legendum *Nono calend. Octob.* Quam conjecturam confirmari arbitratur ex eo quod *Dion* terræmotum iſtum celeberrimum contigiſſe dicat, πρὸς αὐτὰ τὰ φθινόπωρον. Si proinde virum doctiſſimum ſequamur, terræmotus acciderit die proximè præcedente eum in quem incidit *Æquinoctium Autumnale Civile*, qui fuit juxta Kalendarium antiquum *Romanum* Sept. XXIV. *Hora ſeptima* incœpit, ut *Plinius* hoc loco innuit. At *hora prima* etiam *perſeverabat* (prout *Plinius* ep. 20. iſtius libri indicat) quæ debuit proinde pertinere ad diem XXIV. Sept. ipſum nimirum diem *Æquinoctii*. Hæc explicatio aptè concordat cum *Dionis* verbis. A *Fidicula* porro *occaſ.* *Plinius* ſenior etiam *Autumni* initium deducit. At eodem *Plinio* teſte *Cæſar* hunc Auguſti XI. aſſignavit, quem tamen Auguſti XII. tribuit *Columella*; *feriaque Autumnales* menſe Auguſto celebrabantur. Juxta hanc ergo rationem debet eſſe falſa lectio vulgata. Scripturæ iſtæ *Calend. Novemb.*, *III. Non. Novemb. &c.* ex ſcribæ errore manifeſtè ortæ ſunt; cui originem dedit varius modus ſcribendi *Non. Kal.* alii quippe *non.* alii *nou.* ſcribebant. *Dionis* φθινόπωρον cum Novembr. nullo modo convenire poteſt. *Tiſri* autem menſis *Judæorum* quo gratias referebant ob terræ fruges, ad finem *Agricolarum anni*, cum menſe Septembri commiſſus fuit, ut accuratiſſime *Dodwellus* oſtendit in Diſſ. de Cyclis & tabulis ad eaſd. Quin & librarius facile potuit ſcribere *Septemb.* pro *Octob.* ſi menſes numeris *Romanis* (ut dicimus) expreſſi fuerint, viz *VIIbris.* ſive *VIIIbris.* Quam ſcripturam eo veriorem eſſe putabat, quia voces *hora ſeptima* ſequebantur. 3 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin.* 4 Indicabat *Lin.* 5 Surgit ille è ſole, ut ſolebat, frigida guſtata. jacens enim ſtudebat *Vulg.* Et ſic legit *Harduinus* in textu. 6 Frigida *Bod.* 1. 2. *Lan. Pal. Ald* Quam lectionem confirmat ep. 5. l. III. *Poſt ſolem plerumque frigida lavabatur.* &c. Confer *Salmaſ.* in notis ad *Vopiſc.* p. m. 419. edit. *Pariſ.* 7 Popoſcit *Bod.* 1. 2. *Lin.* 8 Et inc. *Bod.* 1. 2. *Lin.* 9 Veſevum, Vesbium & Veſuvium *Vulg.*

1 credo

1 credo quia recenti ſpiritu evecta, deinde ſeneſcente eo deſtituta, 2 aut etiam pondere ſuo victa, in 3 latitudinem vaneſcebat: candida interdum, interdum ſordida & maculoſa, prout terram cineremve ſuſtulerat. Magnum propiuſque noſcendum 4 id eruditiſſimo viro viſum. Jubet liburnicam aptari: mihi ſi venire una vellem, facit copiam. reſpondi, ſtudere me malle, & forte ipſe quod ſcriberem, dederat. 5 Egrediebatur domo, 6 accipit codicillos. 7 Retinæ Claſſiarii imminenti periculo exterriti (8 nam villa ea ſubjacebat, nec ulla niſi navibus fuga) ut ſe tanto 9 diſcrimine eriperet 10 orabant. 11 Non" vertit ille conſilium, 12 ſed quod ſtudioſo animo 13 inchoaverat, obit maximo. 14 Deducit quadriremes, aſcendit ipſe 15 non Retinæ modo, ſed multis (erat enim frequens amœnitas 16 oræ") laturus auxilium. 17 properat illuc unde alii fugiunt: rectumque curſum, 18 recta gubernacula in periculum tenet, adeo ſolutus metu, ut omnes illius mali motus, omnes figuras, ut deprehenderat oculis, dictaret enotaretque. Jam navibus cinis 19 inciderat, quo propius 20 accederet, calidior & denſior; jam pumices etiam, 21 nigrique & ambuſti & fracti igne lapides: jam vadum ſubitum, ruinaque montis littora obſtantia, 22 cunctatuſque paulum an retro flecteret, mox gubernatori ut ita faceret monenti, *Fortes*, inquit, *fortuna* 23 *juvat*: *Pomponianum pete.* 24 Stabiis erat, diremptus ſinu medio. 25 Nam ſenſim circumactis curvatiſque littoribus 26 mare infunditur. Ibi, quanquam nondum periculo appropinquante, conſpicuo tamen, & quum creſceret, proximo, ſarcinas contulerat in naves, certus fugæ,

1 Credo & rec. *Bod.* 1. *Lin.* 2 Ut *Bod.* 1. 2. 3 Altitudinem *Bod.* 1. 2. *Lin.* 4 Pronomen *id* à *Caſaubono* eſt: ante quem *ut* lectum. 5 Malit *Caſaub. Egreditur domo*, niſi accipias pro, quum egrederetur domo, & referas ad illud *orabant*, quod ſequitur. 6 Accepit *Bod.* 1. 2. *Lin.* 7 Rectinæ Naſci imminenti periculo exterritæ. *Bod.* 2. *Lin. Ald.* Retinere ſoror im. per. exterrita *Bod.* 1. Retinere amici immin. per. exterrere *Vulg.* 8 Navicula ejus *Bod* 1. *Lin.* Nam villa ejus *Pal. Ald. Scheffer.* legit: *navis illa ejus ſubj.* 9 Diſcrimini *Bod.* 1. 10 Orabat *Bod.* 2. *Lin.* 11 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald.* 12 Et quod *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald.* 13 Inchoabat *Ald* 14 Periodus iſthæc, (ait *Grut.*) aliquotque ſequentes valde obſcuræ, mireque in iis variant edd. vett. item *Palatinus.* 15 Rectinæ *Lin. Ald.* Retinet modum *Bod.* 1. 2. *Scheffers* notavit quod eſt inter hæc oppoſitio. Debebat ſaltem ſcribere, *non Retinæ modo, ſed & alibi multis.* Itaque aut hic deeſt quidpiam, aut in illo *multis* latet loci alicujus vocabulum, quod quale debeat eſſe, non facile quis dixerit. 16 Deeſt *Bod.* 1. 17 Prop. inde alii fug. *Bod.* 1. Prop. illuc unde fug. *Bod.* 2. Prop. unde alii fug. *Lin.* 18 Rectaque *Bod.* 1. 2. *Lin.* 19 Incidebat *Ald.* 20 Accederent *Ald.*, quod placet *Scheffero.* 21 Nigri & amb. *Bod.* 1. Nigrique amb. *Bod.* 2. *Lin.* 22 Cunctatus paul. *Bod.* 1. 2. 23 Adjuvat *Bod.* 1. 24 (Scriba is erat) Devenit ſinu med. *Bod.* 1. Juxta hic erat perveneratque ſin. med. *Vulg.* 25 Jam *Lin.* 26 Maxime mare *Bod.* 1.

ſi contrarius ventus reſediſſet: quo tunc avunculus meus ſecundiſſimo invectus complectitur trepidantem, conſolatur, hortatur: utque timorem ejus ſua ſecuritate leniret, deferri ſe in balineum jubet, lotus [1] accubat, cœnat, [2] atque hilaris, aut, quod [3] eſt" æque magnum, ſimilis hilari. Interim è Veſuvio monte pluribus locis latiſſimæ flammæ [4] altaque incendia relucebant, quorum fulgor & claritas [5] tenebris noctis excitabatur. ille agreſtium trepidatione [6] ignis relictas deſertaſque villas [7] per ſolitudinem ardere, in remedium formidinis [8] dictabat: tum ſe quieti dedit, & quievit veriſſimo [9] quidem ſomno. Nam meatus animæ, qui illi propter amplitudinem corporis gravior & ſonantior erat, ab [10] iis qui limini obverſabantur, audiebatur. Sed area ex qua [11] diæta adibatur, ita jam cinere, [12] mixtiſque pumicibus oppleta ſurrexerat, ut ſi longior in cubiculo mora [13] eſſet", exitus negaretur. Excitatus procedit, ſeque Pomponiano, cæteriſque qui pervigilarant reddit. In commune conſultant [14] an" intra [15] tecta" [16] ſubſiſtant, an in aperto vagentur. Nam crebris vaſtiſque tremoribus tecta nutabant, & quaſi emota ſedibus ſuis, nunc huc, nunc illuc abire aut referri videbantur. Sub [17] dio rurſus, quanquam levium exeſorumque pumicum caſus [18] metuebatur. quod tamen [19] periculorum collatio elegit, & apud illum quidem rationem, apud alios timorem timor vicit, cervicalia capitibus impoſita linteis conſtringunt. Id munimentum adverſus [20] decidentia fuit. Jam dies alibi, illic nox omnibus noctibus nigrior denſiorque: [21] quam tamen faces multæ variaque lumina ſolvebant. Placuit egredi in littus, & [22] è proximo aſpicere [23] ecquid jam mare admitteret, quod adhuc vaſtum & adverſum permanebat. Ibi ſuper [24] abjectum linteum recubans, [25] ſemel atque iterum [26] frigidam popoſcit, hauſitque: [27] deinde flammæ, flammarumque prænuncius odor ſulfuris, [28] alios in fugam [29] vertunt, excitant illum. [30] innixus ſervis duobus aſſurrexit, & ſtatim concidit, ut ego [31] conjecto, craſſiore caligine ſpiri-

1 Diſcumbit *Vulg.* 2 *Idque hil.* malit *Caſaub.* 3 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin.* 4 Atque *Bod.* 1. *Lin. Ald.* 5 Tenebras noctis pellebat *Vulg.* Tenebris noctis excipiebatur *Lin.* Tenebras noctis excipiebat *Bod.* 1. 2. 6 Nonnulli legunt *igni*, & *Bod.* 1. 2. habent *ignes relictos.* 7 Pro ſolitudine *Bod.* 1. 8 Dictitabat *Bod.* 1. 2. *Ald. Steph.* 9 Equidem *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald.* 10 His *Bod.* 1. *Lin.* 11 Zeta *Tal. Lin.* 12 Miſſiſque *Vulg.* 13 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin.* 14 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin.* 15 Deeſt *Bod.* 2. 16 Conſiſtant *Lin.* 17 Divo *Bod.* 1 2. *Ald.* 18 Metuebantur *Bod.* 2. 19 Malorum *Bod.* 1. 2. *Lin.* 20 Incidentia *Bod.* 1. 2. 21 Quanquam fac. *Bod.* 1. 22 Ex *Bod.* 1. 2. *Lin.* 23 Quid *Bod.* 2. 24 Adjectum *Bod.* 1. 25 Sedit atque iterum *Bod.* 2. 26 Frigidam aquam *Bod.* 1. 2. *Lin.* 27 Inde *Bod.* 1. 28 Se alii *Bod.* 1. 2. 29 Verterunt *Lin.* 30 Innitens *Vulg.* 31 Colligo *Vulg.*

tu obſtructo, clauſoque ſtomacho, qui illi natura invalidus & anguſtus & frequenter 1 interæſtuans erat. Ubi dies redditus (is ab eo, quem noviſſime viderat, tertius) corpus inventum 2 eſt" integrum, illæſum opertumque ut fuerat indutus: habitus corporis quieſcenti quam defuncto ſimilior. Interim Miſeni ego & mater. ſed nihil ad hiſtoriam, nec tu aliud quam de exitu ejus ſcire voluiſti. Finem 3 ergo" faciam: unum adjiciam, omnia 4 me", quibus interfueram, quæque ſtatim quam maxime vera memorantur, audiveram, 5 vere perſequutum: tu 6 potiſſima excerpes. aliud eſt enim epiſtolam, aliud hiſtoriam: aliud amico, aliud omnibus ſcribere. Vale.

XVII. C. PLINIUS RESTITUTO SUO S.

INdignatiunculam quam in cuiuſdam amici auditorio cepi, non poſſim mihi temperare quo minus apud te, quia non 7 contingit coram, per epiſtolam effundam. Recitabatur liber abſolutiſſimus: hunc duo aut tres, ut ſibi & paucis 8 videntur, diſerti, ſurdis mutiſque ſimiles audiebant. Non labra diduxerunt, non 9 moverunt manum, non denique aſſurrexerunt ſaltem laſſitudine ſedendi. Quæ tanta gravitas? quæ tanta ſapientia? quæ immo pigritia, arrogantia, ſiniſteritas, ac potius amentia, in hoc totum diem impendere, ut offendas, ut inimicum relinquas, ad quem 10 tanquam" 11 amiciſſimus veneris? Diſertior ipſe es? tanto magis 12 ne invideris. nam qui invidet, minor eſt. Denique, ſive plus, ſive minus, ſive idem præſtas, lauda vel inferiorem, vel ſuperiorem, vel parem. Superiorem, quia niſi laudandus ille 13 eſt", non potes ipſe 14 laudari: inferiorem aut parem, quia pertinet ad tuam gloriam quam 15 maximum videri quem præcedis vel exæquas. Equidem omnes qui aliquid in ſtudiis faciunt, venerari etiam mirarique ſoleo. eſt enim res difficilis, ardua, faſtidioſa, & quæ eos à quibus contemnitur, 16 dedignatur. Niſi forte aliud judicas tu: quanquam quis uno te reverentior hujus operis, quis benignior 17 æſtimator? Qua ratione ductus, tibi potiſſimum indignationem meam prodidi, quem habere ſocium maxime poteram. Vale.

1 Intus æſtuans *Bod* 2. 2 Deeſt *Bod* 1. 2. *Lin.* 3 Deeſt *Bod.* 2. 4 Deeſt *Bod.* 2. 5 Vera *Bod.* 1. 2. *Lin.* Deeſt *Ald.* 6 Potiſſimum *Bod.* 1. 7 Contigit *Bod.* 1. 2. *Lin. Pal.* 8 Viderentur *Bod.* 1. 9 Manus moverunt *Bod.* 2. 10 Deeſt *Bod.* 1. 11 Amiciſſimum *Bod.* 1. 2. *Lin.* 12 Ne ipſe *Lin.* 13 Deeſt *Ald.* 14 Non laudari *Ald.* 15 Maxime *Bod.* 1. 16 Invicem contemnat *Bod.* 1. 2. *Lin. Pal.* Interimit *Ald.* 17 Atteſtator *Bod.* 1. 2.

XVIII. C.

XVIII. C. PLINIUS [1] SABINO SUO S.

ROgas ut agam [2] Firmanorum publicam cauſam: quod ego, quanquam plurimis occupationibus diſtentus, admitar. cupio enim & ornatiſſimam coloniam advocationis officio, & te gratiſſimo tibi munere obſtringere. Nam cum familiaritatem noſtram, ut ſoles prædicare, ad præſidium ornamentumque tibi ſumpſeris, nihil eſt quod negare debeam, præſertim pro patria petenti. Quid enim precibus aut honeſtius piis, aut efficacius amantis? Proinde Firmanis tuis, ac jam potius noſtris, obliga fidem meam, quos labore & ſtudio meo dignos cum ſplendor ipſorum, tum hoc maxime pollicetur, quod credibile eſt optimos eſſe, inter quos tu talis exſtiteris. Vale.

XIX. C. PLINIUS [3] NEPOTI SUO S.

SCis tu acceſſiſſe pretium agris, præcipue [4] ſuburbanis? [5] Cauſa ſubitæ caritatis, res multis agitata ſermonibus, proximis comitiis [6] honeſtiſſimas voces [7] ſenatui expreſſit, *Candidati ne conviventur, ne mittant munera, ne pecunias deponant.* Ex quibus duo priora tam aperte quam immodice fiebant: hoc tertium, quanquam occultaretnr, pro comperto habebatur. [8] Homulus deinde noſter [9] uſus" [10] vigilanter hoc conſenſu ſenatus, ſententiæ loco poſtulavit, ut conſules deſiderium univerſorum notum principi facerent, peterentque ſicut aliis vitiis, huic quoque [11] providentia ſua occurreret: [12] occurrit. Nam ſumptus candidatorum [13] fœdos illos & infames ambitus lege reſtrinxit. eoſdem patrimonii tertiam partem conferre juſſit in ea quæ ſolo continerentur, deforme arbitratus ([14] ut erat) honorem petituros, urbem Italiamque, non pro patria, ſed pro hoſpitio aut ſtabulo quaſi perigrinantes habere. Concurſant ergo candidati certatim: quicquid venale audiunt, emptitant; [15] ut ſint" [16] quoque plura venalia, effi-

1 Sabinio *Bod.* 1. 2 Formianorum *Vulg. Frimum* oppidum & Colonia eſt *Piſenorum*, atque à *Ptolemæo* vocatur Φρμιον, à *Strabone* autem Φρμον. 3 Neroni *Bod.* 2. 4 Interrogationis forma à *Caſaubono* reſtituta. 5 Cauſam *Bod.* 2. 6 Honeſtiſſima voce *Bod.* 1. 2 *Lin.* 7 Senatus *Bod.* 1. 2. *Lin.* 8 Homullus *Ald.* 9 Deeſt *Bod.* 1. *MS. Cl. Min.* 10 Vigilat. Rurſus conſ. *Bod.* 1. *Lin.* Vigilat. Rurſus hoc conſ. *Bod.* 2. 11 Prudentia *Bod.* 2. 12 Occurritque. Sumptus *Bod.* 1. Occurrit. Sumptus *Bod.* 2. *Lin.* 13 Frigidos *Bod.* 1. 2. *Lin.* 14 Et *Bod.* 1. *Lin.* 15 Deſunt *Bod.* 1. *Lin. Ald.* 6 Quoque ſint pl. *Bod.* 1.

ciunt. Proinde, si pœnitet te Italicorum prædiorum, hoc vendendi tempus, tam hercule quam in provinciis comparandi, dum [1] iidem candidati [2] illic vendunt, [3] ut hic emant. Vale.

XX. C. PLINIUS [4] CORNELIO SUO S.

AIs te adductum literis, quas exigenti tibi de morte avunculi mei scripsi, cupere cognoscere, quos ego Miseni [5] relictus (nam [6] id enim ingressus abruperam) non solum metus, verum etiam casus pertulerim.

[7] *Quanquam animus meminisse horret, ------*
Incipiam ------

Profecto avunculo, ipse reliquum tempus studiis (ideo [8] enim remanseram) impendi: mox balineum, cœna, somnus inquietus & brevis. præcesserat per multos dies tremor terræ minus [9] formidolosus, qui Campaniæ non solum castella, verum etiam oppida vexare solitus: [10] illa vero nocte ita invaluit, ut non moveri omnia, sed [11] everti crederentur. [12] Irrumpit cubiculum meum mater: surgebam invicem, si quiescere, excitaturus. resedimus in area domus, quæ mare [13] a tectis modico spatio dividebat. dubito constantiam [14] vocare an [15] prudentiam debeam: agebam enim duodevicesimum annum. Posco librum Titi Livii, & quasi per otium lego, atque etiam, ut cœperam, excerpo. Ecce amicus avunculi, qui nuper ad eum ex Hispania venerat, ut me & matrem sedentes, me vero etiam legentem [16] videt, illius patientiam, securitatem meam corripit: nihilo segnius ego intentus in librum. [17] Jam hora diei prima, & adhuc dubius & quasi languidus dies, jam quassatis [18] circumjacentibus tectis, quanquam in aperto loco, [19] angusto tamen, magnus & certus ruinæ metus. [20] Tum demum excedere oppido visum. Sequitur

1 Idem *Bod.* 1. *Lin. Ald.* 2 Illi *Bod.* 1. 3 Desunt *Bod.* 1. 2. *Lin.* 4 Deest *Ald.* 5 Literis *Bod.* 1. Deest *Bod.* 2. 6 Mala fide agit *Catan.* qui sic leg. *Id enim ingressus* [*littus*] *abruperam*, quod interpretatur, inibi mihi secessum elegi. *Plinius* enim hic tantummodo repetit quod prioribus ad *Tacitum* epistolis omissum est. *Schefferus* suspicatur *Plinium* scripsisse: *Id enim ingressus, literas abruperam*, vel; *id enim ingressus literis, abruperam*. quomodo *ingredi sermone* quid reperitur. 7 Ex *Virgil.* Æn. II. v. 12. 8 Deest *Bod.* 1. 2. *Lin Ald.* 9 Formidolosus, quia Campaniæ solitus: illa vero nocte *Bod.* 1. 2. *Lin. Pal. Ald.* Plane pro mente *Senecæ* in Natt. Quæst. 10 Ille *MS. Cl. Min.* 11 Verti *Bod.* 1. *Lin.* 12 Irrupit *Bod.* 2. Invasit in *Vulg.* 13 Deest *Lin.* 14 Rogare *Bod.* 1. *MS. Cl. Min.* Malè. 15 Impudentiam *Bod.* 1. *Lin.* Imprudentiam *Ald.* 16 Vidit *Bod.* 2. 17 Deest *Bod.* 1. *Lin.* 18 Circumadjacentibus *Bod.* 1. 19 In angusto *Lin.* 20 Tunc demum utrique excedere oppido *Bod.* 2.

vulgus

vulgus attonitum, quodque in pavore ſimile [1] prudentiæ, alienum conſilium ſuo præfert, ingentique agmine abeuntes premit & impellit. Egreſſi tecta conſiſtimus, multa ibi miranda, multas formidines patimur. nam vehicula quæ produci juſſeramus, quanquam in planiſſimo campo, in contrarias partes agebantur, ac ne lapidibus quidem fulta, in eodem veſtigio quieſcebant. Præterea mare in ſe reſorberi, & tremore terræ quaſi repelli [2] videbatur. Certe [3] proceſſerat littus, multaque animalia maris [4] in" ſiccis arenis [5] detinebat. Ab altero latere nubes atra & horrenda [6] ignei" ſpiritus [7] tortis vibratiſque diſcurſibus rupta, in longas flammarum figuras dehiſcebat: [8] fulgoribus illæ & ſimiles & majores erant. Tum vero ille idem ex Hiſpania amicus, acrius & inſtantius, [9] *Si frater*, inquit, *tuus, tuus avunculus vivit, vult eſſe vos ſalvos: ſi* [10] *periit, ſuperſtites voluit: proinde quid ceſſatis evadere?* Reſpondimus, *non commiſſuros* [11] *nos", ut de ſalute* [12] *ejus incerti, noſtræ conſuleremus.* Non moratus ultra proripit ſe, effuſoque curſu periculo aufertur: nec multo poſt, illa nubes deſcendere in terras, operire maria, cinxerat Capreas & abſconderat: Miſeni quod procurrit, abſtulerat. Tum mater orare, hortari, jubere quoquo modo [13] fugerem: poſſe enim juvenem, *ſe & annis & corpore gravem bene morituram, ſi mihi cauſa mortis non fuiſſet.* Ego contra *ſalvum me, niſi una, non futurum.* deinde manum ejus amplexus, addere gradum [14] cogo: paret ægre [15] incuſatque ſe quod me moretur. Jam cinis adhuc tamen rarus: reſpicio: denſa caligo [16] tergis imminebat, quæ nos torrentis modo infuſa terræ, ſequebatur. *Deflectamus* (inquam) *dum videmus, ne in via ſtrati, comitantium turba in tenebris obteramur.* [17] Vix conſederamus, & nox, non [18] quaſi illunis [19] aut nubila, ſed qualis in locis clauſis lumine exſtincto: audires ululatus fœminarum, infantium quiritatus, clamores virorum: alii parentes, alii conjuges vocibus requirebant, vocibus noſcitabant: hi ſuum caſum, illi ſuorum miſerebantur: erant qui metu mortis mortem precarentur. multi ad deos manus tollere, plures nuſquam jam deos ullos, æternamque illam & noviſſimam no-

1 Prud. eſt *Bod.* 2. 2 Videbamus *Bod.* 1. *Lin. Ald.* Videbantur *Bod.* 2. 3 Præceſ. *Bod.* 1. 2. *Lin.* 4 Deeſt *Bod.* 2. *Lin.* 5 Detinebantur *Bod.* 1. 6 Deeſt *Bod.* 1. 7 Porrectis *Bod.* 2. 8 Fulguribus *Bod.* 2. 9 Hæc lectio vera, altera falſa; *Si frater, inquit, tuus avunculus.* Ait, *frater tuus*, reſpiciens *Plinium*, matrem hujus *Plinii*; ait *avunculus tuus*, ipſum reſpiciens, qui hæc ſcribit. *Bod.* 1. ita legit: *Si frater, inquit, meus, tuus avune* 10 Perit *Bod.* 1. 11 Deeſt *Bod.* 2. Non *Ald.* 12 Illius *Bod.* 1. 2. *Lin.* 13 Effugerem *Lin.* 14 Cogor *Lin.* 15 Incuſat ſe *Lin.* 16 Terga *Bod* 1. Terris *Lin.* 17 Viam deſerueramus *Ald. Vulg.* 18 Qualis *Bod* 2. *Ald.* 19 Quidam legunt &.

ctem

ctem mundo interpretabantur. nec defuerunt qui fictis mentitisque terroribus vera pericula augerent. Aderant qui Miseni illud ruisse, illud ardere: falso, sed credentibus nunciabant. 1 Paulum reluxit, quod non dies nobis, sed adventantis ignis indicium videbatur: & ignis quidem longius substitit: 2 tenebræ rursus, cinis rursus multus & gravis: hunc identidem assurgentes excutiebamus, 3 operti alioqui, atque etiam obliti pondere essemus. Possem gloriari, non gemitum 4 mihi", non vocem parum fortem in tantis periculis 5 excidisse, nisi me cum omnibus, omnia mecum perire 6 misero, magno tamen mortalitatis solatio credidissem. Tandem illa caligo tenuata quasi in fumum nebulamve 7 decessit: mox dies 8 vere", sol etiam effulsit, luridus tamen: qualis esse quum 9 deficit solet. 10 Occurrabant trepidantibus adhuc oculis mutata omnia, altoque cinere tanquam nive obducta. Regressi Misenum, curatis utcunque corporibus, suspensam dubiamque 11 noctem spe ac metu exegimus, metus prævalebat. Nam & tremor terræ perseverabat, & plerique 12 lymphati terrificis vaticinationibus & sua & aliena mala 13 ludificabantur. nobis tamen ne 14 tunc quidem, quanquam 15 &" expertis periculum, & 16 exspectantibus, abeundi consilium; donec de avunculo nuncius 17 veniret. 18 Hæc nequaquam historia digna non scripturus, leges, & tibi, scilicet qui requisisti, imputabis, si digna ne epistola quidem videbuntur. Vale.

XXI. C. PLINIUS 19 CANINIO SUO S.

SUm ex iis qui mirer antiquos: non tamen, ut quidam, temporum nostrorum ingenia despicio. Neque enim 20 quasi" lassa & effœta natura 21 ut" nihil 22 jam laudabile pariat. atque adeo nuper audivi 23 Verginium Romanum pau-

1 Paululum *Bod* 1. 2. 2 Teneb. rursus, tumultus gravit: huuc *Bod.* 1. 2. *Lin.* 3 Op. al. etiam &c. *Bod.* 1. Op. al. de cœlo obliti pondere essemus *Bod.* 2. 4 Deest *Bod.* 1. 5 Mihi exc. *Bod.* 2. 6 Misere mag. *Bod* 1. Misero quidem, mag. *Bod.* 2. 7 Discessit *Bod.* 1. 8 Verus *Vulg.* Deest *Bod.* 1. 2. *Lin.* 9 Deficit sol *Bod.* 1. Defecit sol *Lin.* Deficere solet *Vulg.* 10 Et occurs. *Bod.* 1. *Lin.* Occurrebant *Ald.* 11 Mentem *Ald. Steph.* minus bene. 12 Lymphatici *Bod.* 1. 13 Ludificabant *Bod.* 2. 14 Nunc *Lin.* 15 Deest *Bod.* 1. *Lin.* 16 Spectantibus *Bod.* 2. *Ald.* Ea spectantibus *Bod.* 1. *Lin. Steph.* 17 Deest *Bod.* 1. 2. *Lin.* Et quidem venustius subauditur. 18 *Gruterus* Glossema hic irrepsisse putat, & *Plinium* scripsisse conjicit: *Hæc nequaquam historiâ digna: tibi imputabu, si digna ne epistola quidem videbuntur.* 19 Canino *Bod.* 2. 20 Deest *Bod.* 1. 2. *Lin.* 21 Deest *Bod.* 1. *Ald.* 22 Jam laudabile parit *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald.* 23 Vergilium *Bod.* 2. *Lin. Vulg.*

cis

cis legentem comœdiam ad exemplar veteris comœdiæ ſcriptam, tam bene, ut eſſe 1 quandoque poſſit exemplar. Neſcio an 2 noris hominem, quanquam noſſe debes. eſt enim probitate morum, ingenii elegantia, operum varietate monſtrabilis. Scripſit mimiambos tenuiter, argute, venuſte, atque in hoc genere eloquentiſſime. Nullum eſt enim genus quod abſolutum, non poſſit eloquentiſſimum dici. 3 Scripſit comœdias, Menandrum alioſque ætatis ejuſdem æmulatus. licet has inter Plautinas, Terentianaſque numeres. Nunc primum ſe in vetere comœdia, ſed non tanquam inciperet, oſtendit: non illi vis, non granditas, non ſubtilitas, non amaritudo, non dulcedo, non lepos 4 defuit. ornavit virtutes, inſectatus eſt vitia, fictis nominibus decenter, veris uſus eſt 5 apte. Circa me tantum benignitate 6 nimia modum exceſſit, niſi quod 7 tamen poëtis mentiri licet. In ſumma extorquebo ei librum, legendumque immo ediſcendum mittam tibi. neque enim dubito futurum ut non deponas, ſi ſemel ſumpſeris. Vale.

XXII. C. PLINIUS 8 TYRONI SUO S.

MAgna res acta eſt omnium qui ſunt provinciis præfuturi, magna omnium qui ſe ſimpliciter credunt amicis. Luſtricus 9 Bruttianus quum 10 Montanum Atticinum comitem ſuum 11 in multis flagitiis deprehendiſſet, Cæſari ſcripſit: Atticinus flagitiis addidit, ut quem deceperat, accuſaret. Recepta cognitio eſt. fui in conſilio, egit uterque pro ſe, egit autem carptim, & 12 κατὰ κεφάλαια: quo genere veritas ſtatim oſtenditur. Protulit 13 Bruttianus 14 teſtamentum ſuum, quod 15 Atticini manu ſcriptum eſſe dicebat. Hoc enim & arcana familiaritas, & 16 querendi de eo quem ſic amaſſet, neceſſitas indicabatur. 17 enumeravit crimina fœda manifeſtaque: ille quum diluere non poſſet, ita 18 regeſſit, ut, dum defenditur,

1 Quoque *Bod.* 2. 2 Mireris hom. *Bod.* 1. *MS. Cl. Mſn.* 3 Scribit *Bod.* 2. 4 Deſunt *Lin.* 5 Aperte *Bod.* 2. 6 Nimium *Bod* 1. *Lin.* 7 Cum poët. *Lin.* 8 Tironi *Bod.* 1. 2. 9 Brutianus *Bod.* 1. 10 Montanium Acticinum *Bod.* 2. Mortanicum Atticanium *Lin.* 11 In multis flagitiis, additis ut quem deceperat accuſaret *Bod.* 1. Multis flag depr., Cæſari ſcripſit Atticinum flagitiis additis, ut quem decep. accuſaret *Bod.* 2. *Lin.* 12 Κεφάλαιον *Ald. Vulg.* 13 Brutianus *Bod.* 1. 14 Ut teſtamentum *Bod.* 1. *Lin.* 15 Atticinii *Bod.* 2. *Lin.* 16 Sic ſcribendum non *quærendi*. Senſus enim eſt: *Bruttianus* propter ſuum teſtamentum *Atticini*, accuſatoris jam ſui manu ſcriptum protulit, ut eſſet apud omnes inſigne ejus perfidiæ argumentum ac τεκμήριον. 17 Et numeravit *Bod.* 1. *Lin.* 18 Receſſit & ſe geſſit *Vulg.* Remgeſſit *Pal.*

turpis;

tutpis; dum accuſat, ſceleratus probaretur. Corrupto enim ſcribæ ſervo, interceperat commentarios, 1 intercideratque, ac per ſummum nefas utebatur adverſus amicum crimine ſuo. Fecit pulcerrime Cæſar. 2 non enim de Bruttiano, ſed ſtatim de 3 Attico 4 pronunciavit. damnatus & in inſulam relegatus: 5 Bruttiano juſtiſſimum integritatis 6 teſtimonium redditum, quem quidem etiam conſtantiæ gloria ſecuta eſt. Nam defenſus expeditiſſime, accuſavit vehementer; nec minus acer quam bonus & ſincerus apparuit. Quod tibi ſcripſi, ut te ſortitum provinciam præmonerem, plurimum tibi credas, 7 nec cuiquam ſatis fidas: deinde ſcias, ſi quis forte te, quod abominor, 8 fallat, paratam ultionem: qua tamen ne ſit 9 opus, etiam atque etiam attende. Neque enim tam jucundum eſt vindicari, quam decipi miſerum.

XXIII. C. PLINIUS 10 TRIARIO SUO S.

IMpenſe petis ut agam cauſam pertinentem ad curam tuam, pulcram alioquin & famoſam: faciam, ſed non gratis. Quî fieri poteſt (inquis) ut non 11 gratis tu? Poteſt. exigam enim mercedem honeſtiorem gratuito patrocinio. Peto, atque etiam paciſcor, ut ſimul agat Cremutius 12 Ruſo: ſolitum hoc mihi, & jam in pluribus claris adoleſcentibus factitatum. Nam mire concupiſco bonos juvenes oſtendere foro, aſſignare famæ. Quod, ſi cui, præſtare 13 Ruſoni meo debeo, vel propter natales ipſius, vel propter eximiam mei caritatem: quem magni 14 æſtimo 15 in 16 iiſdem judiciis, ex 16 iiſdem etiam partibus conſpici, audiri. Obliga me, obliga antequam 17 dicat. nam quum 18 dixerit, gratias ages: ſpondeo ſolicitudini tuæ, ſpei meæ, magnitudini cauſæ 19 ſuffecturum. Eſt indolis optimæ, brevi producturus alios, ſi interim 20 provectus fuerit à nobis. Neque enim cuiquam tam

1 Incideratque *Bod.* 2. *Lin.* 2 Non de Brutiano *Bod.* 1. 2. *Lin.* 3 Atticinio *Bod.* 2. 4 Perrogavit *Bod.* 1. *Lin. Pal. Ald.* Ita omnino legendum eſt, quod & *Gruterus* monuit. *Perrogare* enim eſt omnium ordine, qui ad cenſendum vocati, rogare ſententiam. Quo genere civilitatis uti ſolebat *Trajanus*, nobilitatus ea virtute princeps. Nam ſuperbi & arrogantes auditis paucis, pleriſque præteritis, ſententiam ferunt. Sic Noſter Paneg. c. 60. Et eodem verbo uſus eſt *Suetonius* Aug. c. XXXV. Item *Lampridius* in Commodo. 5 Brutiano *Lin.* 6 Præmium *Vulg.* 7 Ne *Bod.* 1. 2. *Lin.* 8 Fefellerit *Vulg.* 9 Uſus *Vulg.* 10 Trajano *Bod.* 1. 2. 11 Gratis. Tu potes. *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald.* 12 Ruſo *Bod.* 1. *Lin.* 13 Ruſoni *Bod.* 1. *Lin.* 14 Exiſtimo *Bod.* 2. 15 Deeſt *Ald.* 16 Hiſdem *Bod.* 1. *Lin.* 17 Dicam *Bod.* 1. 2. *Lin.* 18 Dixero *Bod.* 2. 19 Suffecturus *Lin.* Satisfacturum *Vulg.* 20 Productus *Bod.* 2.

clarum

clarum ſtatim ingenium 1 eſt", ut poſſit emergere, niſi illi materia, occaſio, fautor etiam commendatorque contingat. Vale.

XXIV. C. PLINIUS 2 MACRO SUO S.

QUam multum intereſt quid à 3 quo fiat. eadem enim facta claritate vel obſcuritate facientium 4 aut' tolluntur altiſſime, aut humillime deprimuntur. Navigabam per Larium noſtrum, quum ſenior amicus oſtendit mihi villam, atque etiam cubiculum, quod in lacum prominet. *Ex hoc* (inquit) *aliquando municeps noſtra cum marito ſe præcipitavit.* Cauſam 5 requiſivi. Maritus ex diutino morbo circa velanda corporis, ulceribus putreſcebat: uxor ut inſpiceret exegit: 6 neque enim quemquam fidelius 7 judicaturum 8 poſſetne ſanari. vidit, deſperavit. hortata eſt ut moreretur, comeſque ipſa mortis, dux immo 9 &' exemplum & neceſſitas fuit. Nam ſe cum marito ligavit, abjecitque in lacum. Quod factum ne mihi quidem, qui municeps, niſi proxime auditum eſt: non quia minus illo clariſſimo Arriæ facto, ſed quia 10 minor eſt ipſa. Vale.

XXV. C. PLINIUS 11 HISPANO SUO S.

12 SCribis, Robuſtum, ſplendidum equitem Romanum cum 13 Attilio 14 Scauro amico meo Ocriculum uſque commune iter 15 feciſſe, deinde 16 nuſquam comparuiſſe: petis ut 17 Scaurus veniat, noſque, ſi poteſt, in aliqua inquiſitionis veſtigia inducat. Veniet; vereor ne fruſtra. ſuſpicor enim tale neſcio quid Robuſto accidiſſe, quale aliquando Metilio Criſpo, municipi meo. Huic ego ordines impetraveram, atque etiam proficiſcenti 18 quadringenta millia nummûm ad inſtruendum ſe ornandumque donaveram: nec poſtea aut

1 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin.* 2 Marco *Bod.* 1. 3 *Caſauboni* emendatio. *Vulg.* enim *quoque.* 4 Deeſt *Lin.* 5 Requiſii *Ald.* 6 Nec *Bod.* 2. *Lin.* 7 Indicaturum *Bod.* 2. 8 Poſſetne ſanari. Deſperavit *Bod.* 1. 2. *Lin.* 9 Deeſt *Lin.* 10 Minor ipſa. Vale *Bod.* 2. *Lin.* Minor. Vale. *Bod.* 1. 11 Niſcano *Bod.* 2. In quibuſd. *Vipſano*, teſte *Cl. Min.* 12 Scribit robuſtus & ſplendidus eques Romanus *Bod.* 1. Scribit Robuſtus, ſplendidus eques Romanus *Lin.* 13 Atilio *Ald.* Quidam legunt *Acilio.* 14 Caro *Ald. Pal.* 15 Peregiſſe *Bod.* 1. 2. Exegiſſe *Lin.* 16 Nunquam *Lin.* 17 Carus *Bod.* 1. *Lin. Ald.* 18 Quadraginta *Lin. Pal.* Quod probant *Gruterus*, *Caſaubonus* & *Latinius.* Fuit ſanè *Plinius* effuſa liberalitate, non tamen prodigus. Ideo *quadraginta* eſt vera lectio. Neque uni huic benefaciendum habuit; ſed multis, ut ex epiſtolis ſæpe patet.

epiſtolas ejus, aut aliquem de exitu nuncium accepi. interceptuſne ſit à ſuis, an cum ſuis, [1] dubium: certe non ipſe, [2] non quiſquam ex ſervis ejus apparuit. utinam ne in Robuſto idem experiamur. tamen accerſamus [3] Scaurum. demus hoc tuis, demus optimi adoleſcentis honeſtiſſimis precibus, qui [4] pietate ſumma, mira etiam ſagacitate patrem quærit: dii faveant ut ſic inveniat ipſum, quemadmodum jam cum quo fuiſſet, invenit. Vale.

XXVI. C. PLINIUS [5] SERVIANO SUO S.

GAudeo, & gratulor, quod Fuſco Salinatori filiam tuam deſtinaſti. Domus patritia, pater honeſtiſſimus, mater pari laude. Ipſe eſt ſtudioſus, literatus, etiam diſertus; [6] puer ſimplicitate, comitate juvenis, ſenex gravitate: neque enim amore decipior. Amo quidem effuſe ([7] ita officiis, ita reverentia meruit) [8] judico tamen, & quidem tanto acrius quanto magis amo: [9] tibique, ut qui exploraverim, ſpondeo, habiturum te generum, quo melior fingi, ne voto quidem, potuit. Supereſt ut avum te quam maturiſſime [10] ſimillimo ſui faciat. Quam felix tempus illud, quo mihi liberos illius, nepotes tuos, ut meos vel liberos vel nepotes, ex veſtro ſinu ſumere, & quaſi pari jure tenere [11] continget! Vale.

XXVII. C. PINIUS SEVERO SUO S.

ROgas ut cogitem quid deſignatus conſul in honorem principis cenſeas. Facilis inventio, non facilis electio. eſt enim ex virtutibus ejus larga materia, [12] tamen quod ſentiam indicabo, ſi prius hæſitationem meam oſtendero. Dubito [13] num idem tibi [14] ſuadere quod mihi debeam. Deſignatus ego conſul, omni hac, etſi non adulatione, ſpecie tamen adulationis abſtinui. non tanquam liber & conſtans, ſed tan-

1 Non dubium *Ald.* 2 Deeſt *Ald.* 3 Carum *Ald.* 4 Pietate, mira & ſag. *Bod.* 1. *Lin.* Pietate, mira etiam ſag. *Bod.* 2. *Ald.* 5 Severo *Bod.* 2. 6 Etiam puer *Bod.* 1. 2. *Lin.* 7 Et ita *Ald.* 8 Judicio *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald.* 9 Tibi quidem, ut qui *Bod.* 1. 2 Tibi quidem & quod *Lin.* 10 Simillimum ſui *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald. Steph. Vulg.* Ineptè. Noſtra lectio *ſimillimo ſui* (i. e. nepote) ex *Caſauboni* caſtigatione eſt. Cl. *Thomaſio* placuit etiam *ſimillimorum ſui.* Non male. 11 Contingere *Lin.* Contingat *Ald.* 12 Tam vel quod malo quodam indicabo *Bod.* 1. *Pal.* Scribam tamen quod ſentiam, *vel*, quod malo indicabo *Vulg.* 13 Nunc *Lin.* 14 Suadebo *Lin.*

quam

quam intelligens principis noſtri: cujus [1] videbam hanc eſſe præcipuam laudem, ſi nihil quaſi ex neceſſitate [2] decernerem. [3] Recordabar etiam, plurimos honores peſſimo cuique delatos, à quibus hic optimus ſeparari non alio [4] modo' magis poterat quam diverſitate cenſendi: quod ipſum diſſimulatione & ſilentio non præterii, ne forte non judicium illud meum, ſed oblivio videretur. Hoc tunc ego: ſed non omnibus eadem placent, [5] nec conveniunt quidem. Præterea, faciendi [6] aliquid vel non faciendi" vera ratio, cum hominum ipſorum, tum rerum etiam ac temporum [7] conditione innititur. Nam recentia opera maximi principis præbent facultatem nova, magna, vera cenſendi: quibus ex cauſis (ut ſupra ſcripſi) dubito, an idem nunc tibi quod tunc mihi ſuadeam. Illud non dubito, debuiſſe me in [8] parte conſilii tui ponere [9] quod ipſe feciſſem. Vale.

XXVIII. C. PLINIUS PONTIO SUO S.

SCio quæ tibi cauſa fuerit impedimento, quo minus præcurrere adventum [10] meum' in Campaniam poſſes: ſed quanquam abſens totus huc migraſti, tantum mihi copiarum tam urbanarum quam ruſticarum nomine tuo oblatum eſt, quas omnes improbe [11] quidem', accepi tamen. Nam me tui ut ita facerem rogabant; & verebar ne [12] &' mihi & illis iraſcereris ſi non feciſſem: in poſterum niſi adhibueris modum, ego adhibebo. [13] Etiam' tuis denunciavi, ſi rurſus tam multa attuliſſent, omnia relaturos. Dices, *oportere me tuis rebus ut meis uti.* etiam; ſed perinde illis ac meis parco. Vale.

XXIX. C. PINIUS QUADRATO SUO S.

AVidius Quietus, qui me unice dilexit, & [14] quo non minus gaudeo, probavit, ut multa alia Thraſeæ (fuit enim [15] familiaris) ita hoc ſæpe referebat, præcipere [16] ſolitum,

1 Videbant *Bod.* 2. 2 Decernere *Bod.* 1. 2. *Lin.* 3 Vel rec. *Bod.* 1. *Lin.* 4 Deeſt *Lin.* 5 Ne *Bod.* 2. 6 Deſunt *Bod.* 1. 2. *Lin. MS. Cl. Min.* 7 Conditio initur *Bod.* 1. Conditio terminatur *Bod.* 1. *Lin.* Conditione mutatur *Pal. Vulg.* Nonnulli malint *conditione nititur.* 8 Partes *Bod.* 1. *Lin. Ald.* 9 Quod *Bod.* 1. *Lin. Ald.* 10 Deeſt *Bod.* 1. 11 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald.* 12 Deeſt *Bod* 2. 13 Deeſt *Bod.* 2. *Lin.* 14 Cui non minimum gaudeo *Ald.* Cui non minus g. *Steph.* Sic etiam *Latinius*, niſi quod pro *cui* habeat *quod.* 15 Ei fam. *Bod* 2. 16 Solebat *Bod.* 1. *Lin.* Fere ſolebat *Bod.* 2.

ſuſcipiendas eſſe cauſas aut amicorum, aut deſtitutas, aut ad exemplum pertinentes. Cur amicorum? non eget interpretatione. Cur deſtitutas? quod in illis maxime & conſtantia agentis & humanitas cerneretur. Cur pertinentes ad exemplum? quia plurimum [1] refert, bonum an malum [2] induceretur. Ad hæc ego genera cauſarum, ambitioſe fortaſſe, addam tamen claras & illuſtres. æquum [3] enim" eſt agere nonnunquam gloriæ & [4] famæ, id eſt ſuam cauſam: hos terminos, quia me conſuluiſti, dignitati ac verecundiæ tuæ ſtatuo. Nec me præterit, [5] uſum & eſſe & haberi optimum dicendi magiſtrum. video etiam multos parvo ingenio, literis nullis, ut bene agerent agendo conſequutos. Sed & [6] illud quod vel Pollionis, vel tanquam Pollionis, accepi, veriſſimum experior; *Commode agendo factum eſt, ut ſæpe agerem, ſæpe* [7] *agendo, ut minus commode.* quia [8] ſcilicet" aſſiduitate nimia facilitas magis quam [9] facultas, nec fiducia, ſed temeritas, paratur. Nec vero [10] Iſocrati, quo minus haberetur ſummus orator [11] offecit, quod infirmitate vocis, [12] mollitie frontis, ne in publico diceret impediebatur. Proinde multum lege, ſcribe, meditare, ut [13] poſſis cum voles dicere: dices cum velle debebis. Hoc fere temperamentum ipſe ſervavi, nonnunquam neceſſitati, quæ pars rationis eſt, parui. Egi enim quaſdam, à ſenatu juſſus, [14] quo tamen in numero [15] fuerunt ex illa Thraſeæ diviſione, hoc eſt, ad exemplum pertinentes. Adfui [16] Bæticis contra Bæbium [17] Maſſam. quæſitum eſt, an danda eſſet inquiſitio: data eſt. Adfui [18] rurſus,

1 Referret *Bod. 1. Pal.* 2 Duceretur *Bod. 1. Lin. Pal.* Ducem haberet *Vulg.* 3 Deeſt *Lin.* 4 Famæ Idem dignitati ac ver. t ſtatuo *Bod. 1. 2. Lin. Ald.* 5 Id, uſum eſſe *Bod. 1. Lin.* Id, uſum & eſſe *Bod. 2.* Uſitatum eſſe *Ald.* 6 Illud, quod vel Pollionis accepi, veriſ. *Bod. 1.* Illud vel Pollionis accepi veriſ. *Bod. 2. Lin.* 7 Agendo tamen eſt, ut minus *Bod. 1.* Agendo factum eſt, ut m. *Bod. 2. Lin.* 8 Deeſt *Lin.* 9 Doctrin. *Vulg.* 10 Socrati *Bod. 1.* 11 Effecit *Bod. 1. 2. Lin.* 12 Mollitia *Bod. 1 2. Lin. Ald.* 13 Poſſes *Lin.* 14 Quæ tamen &c. *Lin. Caſaubonus* legit: *qua tertio in numero fuerunt, ex illa Thraſea diviſione.* Quam lectionem manifeſtam fore putat, ſi quis ſupra allatæ diviſionis meminerit. Fuerat (inquit) ſcriptum notis III. pro *tertio*; imperiti homines putarunt eſſe *tn.* & *tamen* legerunt: quæ vox ita vulgo ſcribi per compendium ſolet. At viro ſummo non aſſentitur *Scheffer.* Nam ſi ſic legendum eſſet, ſequeretur omnes à ſenatu juſſas pertinuiſſe ad exemplum, quod *Plinius* non vult, ſed quaſdam tantum, & nominatim eas, quas ſubjicit. Hoc ergo dicit *Plinius*, non tantum triplices illas cauſas, quas volebat *Thraſea*, obſervaſſe, ſed & quartum genus pertinens ad gloriam, & quintum pertinens ad neceſſitatem, cum à ſenatu hoc ipſi injungeretur. Quanquam in hoc quinto genere eſſent cauſæ quædam pertinentes ad illam *Thraſeæ* diviſionem, quoniam ſpectabant ad exemplum. 15 Aliquæ fuerunt *Bod. 2.* 16 Bethycis *Ald.* 17 Baſſum *Bod. 1. 2. Lin. Steph.* 18 Rurſus, rurſus idem querentibus *Lin.* Alii legunt *quar.* pro *quæ.*

iiſdem

iisdem querentibus de Cæcilio Classico. quæsitum est an provinciales, ut socios ministrosque proconsulis, plecti oporteret: pœnas 1 luerunt. Accusavi Marium Priscum; qui, lege repetundarum damnatus, utebatur clementia legis, cujus severitatem immanitate criminum excesserat: relegatus est. Tuitus sum Julium Bassum, ut 2 incustoditum nimis & incautum, ita minime malum; judicibus acceptis in senatu remansit. Dixi proxime pro Vareno, postulante ut sibi invicem 3 vocare testes liceret: impetratum est. In posterum opto, 4 ut ea potissimum jubear, quæ me deceat 5 vel sponte fecisse. Vale.

XXX. C. PLINIUS 6 FABATO SUO S.

DEbemus mehercule 7 natales tuos perinde ac nostros celebrare, cum lætitia nostrorum ex tuis pendeat, cujus diligentia 8 & cura hic hilares, istic securi sumus. Villa 9 Camilliana, quam in Campania possides, est quidem vetustate vexata: 10 ea tamen quæ sunt pretiosiora, aut integra, manent, aut leviſſime læsa sunt. 11 Attendimus ergo, ut quam saluberrime reficiantur. Ego 12 videor habere multos amicos, sed hujus generis, cujus & tu quæris, & res 13 exigit, prope neminem. sunt enim omnes togati & urbani: rusticorum autem prædiorum administratio poscit durum aliquem & agrestem, cui 14 nec labor ille gravis, nec cura sordida, nec tristis 15 solitudo videatur. Tu de 16 Rufo honestissime cogitas. fuit enim filio tuo familiaris. Quid tamen 17 nobis ibi præstare 18 possit ignoro, velle plurimum 19 credo. Vale.

1 Luere *Bod.* 2. *Lin.* 2 Incustoditum nimis & cautum *Bod.* 1. *Lin.* Incustoditum & cautum minus *Bod.* 2. 3 Evocare *Ald.* Quo modo legendum esse insinuat *Gronovius.* 4 Ut potissimum jubear *Bod.* 1. Ut id potissimum jubear quod *Bod.* 2. Ut potissimum jubeat quæ *Lin. Catanæus* videtur legisse *jubeant*, subi. senatores. Prædictas enim causas egerat jubente senatu. 5 Me sponte *Bod.* 2. 6 Fabato Prosecero *Bod.* 1. 2. 7 Novales *Vulg.* scilicet agros, propter sequentia, præsertim illud, *rusticorum autem prædiorum administratio.* 8 Ac *Bod.* 1. 9 Camiliana *Bod.* 1. *Lin.* Camiliani *Ald.* 10 Et tamen *Bod.* 1. *Steph.* 11 Attendemus *Lin.* 12 Video *Lin.* 13 Exigens *Bod.* 2. 14 Neque *Ald.* 15 Solicitudo *Bod.* 2. *Lin.* 16 Ruffo honestissimo *Lin.* Rufo honestissimo *Bod.* 1. 17 Novi sibi *Bod.* 1. *Lin. Ald. Steph. Vulg.* 18 Poscit *Lin. Ald.* 19 Scio *Vulg.*

XXXI. C.

XXXI. C. PLIN. [1] CORNELIANO SUO S.

EVocatus in consilium à Cæsare nostro ad Centum Cellas ([2] hoc loco nomen) longe maximam cepi voluptatem. Quid enim jucundius, quam principis justitiam, gravitatem, comitatem in secessu quoque, ubi [3] hæc maxime recluduntur, inspicere? Fuerunt variæ [4] cognitiones, & quæ virtutes judicis per plures species experirentur. Dixit causam Claudius [5] Aristo, princeps Ephesiorum, homo munificus, & [6] innoxiæ popularitatis: inde invidia, & [7] ab dissimillimis dissimilis delator immissus. itaque absolutus vindicatusque est. [8] Sequenti die [9] audita est Gallita adulterii rea. Nupta hæc tribuno militum, honores petituro, & suam & mariti dignitatem centurionis amore maculaverat: maritus legato consulari, ille Cæsari scripserat. Cæsar, [10] excussis probationibus, centurionem exauctoravit, atque etiam relegavit. Supererat crimini, quod nisi duorum esse non poterat, reliqua pars ultionis; sed maritum, non sine aliqua reprehensione patientiæ, amor uxoris retardabat: quam quidem etiam post delatum adulterium domi habuerat, quasi contentus æmulum removisse. Admonitus ut perageret [11] accusationem, peregit invitus, sed illam [12] damnari, etiam invito accusatore, necesse erat: damnata; [13] & Juliæ legis pœnis relicta est. Cæsar & nomen centurionis, & commemorationem disciplinæ militaris sententiæ adjecit, ne omnes ejusmodi causas revocare ad se videretur. Tertio die inducta cognitio est, multis sermonibus & vario rumore jactata [14] de Julii Tyronis codicillis, quos ex parte veros esse constabat, ex parte falsi [15] dicebantur. [16] Substituebantur crimini [17] Sempronius Senecio, eques Romanus, & [18] Eurythmus, Cæsaris libertus & procurator. Hæredes, quum Cæsar esset in Dacia, communiter epistola [19] scripta, petierant ut susciperet cognitionem: susceperat. reversus diem

1 Cornelio *MS. Cl. Min.* 2 Hoc longo nomine maximam cepi *Bod.* 1. *Lin.* Hoc nomine longe maximam cepi *Bod* 2. Hoc nomen, magnam cepi *Ald.* 3 Deest *Bod.* 1. 2. *Lin.* 4 Cogitationes *Bod.* 1. 2. *Lin.* 5 Ariston *Bod.* 2. *Lin.* Aristion *Ald.* 6 Innoxiæ popularis *Bod.* 1. 2. *Lin.* 7 Ad dissimillimum delator *Bod.* 1. A dissimilibus delator *Bod.* 2. Ad dissimulandum delator *Lin. Vulg.* Ab dissimillimis delator *Ald.* 8 Et sequenti *Bod.* 2. 9 Audita Calitta *Bod.* 1. Audita Galitta *Lin.* Audita est Galitta *Ald.* 10 Excussit *Bod.* 1. *Lin.* 11 Accusationes *Lin.* 12 Damnare *Lin.* 13 Est Jul. *Lin.* 14 Præpositio *Casauboni* consilio addita. 15 Videbantur *Lin.* 16 Substituebant se *Bod* 1. Substituebatur *Lin.* 17 Mironius *Bod.* 1. Semiroconinus *Bod.* 2. Semironius *Lin.* Semiranus *Vulg.* 18 Eurythinus *Bod.* 1. 2. 19 Deest *Lin.*

dixerat:

dixerat: [1] & quum ex hæredibus quidam, quàsi reverentia [2] Eurythmi, [3] remitterent accuſationem, pulcerrime dixerat, *Nec ille* [4] *Polycletus eſt, nec ego* [5] *Nero.* Induſerat tamen petentibus dilationem, [6] cujus tempore exacto conſederat auditurus. A parte hæredum intraverunt duo: omnino [7] poſtularunt ut omnes hæredes agere cogerentur, quum detuliſſent omnes, aut ſibi quoque deſiſtere permitteretur. Loquutus eſt Cæſar ſumma gravitate, ſumma moderatione: quumque advocatus [8] Senecionis & Eurythmi dixiſſet, ſuſpicionibus relinqui reos, niſi [9] audirentur; *Non curo* (inquit) *an iſti ſuſpicionibus* [10] *relinquantur, ego relinquor.* [11] Dein, converſus ad nos, [12] Ἐπίσκοπε, quid facere debeamus? iſti enim [13] queri volunt quod ſibi licuerit non accuſare. tum ex [14] conſilii ſententia juſſit denunciari hæredibus omnibus [15] aut agerent, aut ſinguli [16] approbarent cauſas non agendi, alioqui ſe vel de calumnia [17] pronunciaturum. Vides quam honeſti, quam ſeveri dies, quos jucundiſſimæ remiſſiones ſequebantur. Adhibebamur quotidie [18] cœnæ: erat modica, ſi principem [19] cogites: interdum [20] ἀκροάματα audiebamus, interdum jucundiſſimis ſermonibus nox ducebatur. Summo die abeuntibus nobis ([21] quam diligens in Cæſare humanitas!) xenia ſunt miſſa: ſed mihi ut gravitas cognitionum, conſilii honor, ſuavitas ſimplicitaſque convictus, ita locus ipſe perjucundus fuit. Villa pulcerrima cingitur viridiſſimis agris: imminet littori, [22] cujus

1 Deſunt uſque ad *Nec ille Pol. &c.* in *Bod.* 1. 2 Eurythimo *Bod* 2 *Lin.* 3 Remitteret *Ald* Mitterent *MS. Cl. Min.* 4 Pollicitus *Bod.* 1. 2. *Lin.* Polydytus *Vulg.* Vera lectio *Polycletus.* Fuit Neronis libertus potentiſſimus & avariſſimus de quo conſulendus *Tacitus* Ann. XIV. 39. & Hiſt. I. 37. n. 6. ac II. 59 n 3. & *Dio Caſſ.* p. 720. in *Nerone* Non tantum libertis ſuis *Trajanus*, quantum mali principes, indulgebat. 5 Fero *Bod.* 2. 6 Cujus temporis exactio: conſederat, auditurus aperte: hæredum *Bod.* 1. Cujus tempore exacto, conſederat: auditurus aperte: hæredum *MS. Cl. Min.* 7 Poſtulaverunt *Bod.* 1. 2. 8 Senecionis, Eurythini *Bod.* 1. 9 Audiretur *Lod.* 1. Audiret *Lin.* 10 Relinquerentur *Bod.* 1. 11 Deinde *Bod.* 1. 2. *Lin.* 12 Subſcribo doctiſſimo *H. Stephano*, cui vox ἐπίσκοπε non placet: pro qua ſubſtituit καλαισχύνατι, ſive καλασκέπτε, ex vet. exemplari. 13 Sic *Ald.* & plerique alii; quaſi indignabundus Cæſar dixerit, hæredes tergiverſatione id agere, ut conqueri poſſint; ſaltem aliis ſuſpicionem præbeant, ſibi non licuiſſe per libertí graciam. Confirmat hoc ſententia conſilii, quæ ſubſequitur. nam pœnam minatur, niſi perſequuti fuerint, quod cœpiſſent. *Catanæus* & *Thomaſius Quari* legunt, quaſi dicat: volunt, ut quæramus, quod poſſint jure deſiſtere. 14 Conſulis *Bod.* 1. *Lin. Pal. Vulg.* Diſplicet *Gronovio.* 15 Ut *Bod.* 1. *Lin.* 16 Provocarent ad cauſas *Bod.* 2. 17 Nunciaturum *Lin.* 18 Cœna *Bod.* 1. 2. *Lin.* 19 Cogitares *Bod.* 1. Conſiderares *Lin.* 20 Acromata *Lin.* 21 Haud aliter Codices noſtri. Et ſic quoque MSS. *Modii* & *Pal. Vulg.* enim: *tam diligens in Cæſare humanitas fuit.* 22 Cujus in ſinu fluit cum maxime portus, velut amphitheatrum. Hujus *Bod.* 1. *Pal.*

jus in ſinu quam maximus portus, velut amphitheatrum. Hujus ſiniſtrum brachium firmiſſimo opere munitum eſt; dextrum elaboratur. In ore [1] portus" inſula aſſurgit, quæ illatum vento mare objacens frangat, tutumque ab utroque latere decurſum navibus præſtet: aſſurgit autem arte viſenda. ingentia ſaxa latiſſima navis provehit: contra hæc alia ſuper alia [2] dejecta ipſo pondere manent, ac ſenſim quodam velut aggere conſtruuntur. [3] Eminet jam & apparet ſaxeum dorſum: impactoſque fluctus in immenſum elidit & tollit. vaſtus illic fragor, [4] canumque circa mare. Saxis deinde pilæ adjiciuntur, quæ procedenti tempore enatam inſulam imitentur. Habebit hic portus [5] etiam nomen auctoris, eritque vel maxime ſalutaris. nam per longiſſimum ſpatium littus importuoſum hoc receptaculo [6] utetur. Vale.

XXXII. C. PLINIUS QUINTILIANO SUO S.

QUamvis & ipſe ſis continentiſſimus, & filiam tuam ita inſtitueris, ut decebat filiam tuam, [7] Tutilii neptem, quum tamen ſit nuptura honeſtiſſimo viro, Nonio Celeri; cui ratio civilium officiorum neceſſitatem quandam nitoris imponit; debet, ſecundum conditiones mariti, veſte, [8] comitatu (quibus non quidem augetur dignitas, ornatur tamen) inſtrui. Te porro animo beatiſſimum, modicum facultatibus ſcio: itaque partem oneris tui mihi vindico, &, tanquam parens alter puellæ noſtræ, confero quinquaginta [9] millia" nummûm: plus collaturus, niſi [10] à" verecundia tua ſola mediocritate munuſculi impetrari poſſe confiderem, ne recuſares. Vale.

Pal. Cujus in ſinu fluit cum maxime portus. Hujus *Lin.* Cujus in ſinu fluit cura maxime [in marg. emendatur *figura maximi*] portus. Hujus *Bod.* 2. Cujus in ſinu portus, velut amphitheatrum; cujus *Ald.* 1 Deeſt *Ald.* 2 Delecta *Bod.* 2. *Lin.* 3 Eminentia & *Bod.* 1. 2. 4 Canumque contra m. *Lin.* 5 Etiam habet nomen *Bod.* 1. *Lin.* Etiam nomen *Ald.* 6 Utitur *Bod.* 1. 7 Tulli *Bod.* 1. Tutili *Bod.* 2. (in marg. *Rutili*) *Lin.* 8 Ita Codd. MSS. noſtri, quibus adſtipulantur exemplar *Palatinum*, & membranæ à *Modio* expreſſæ. *Aldus*, *Stephanus* & *Vulg. comitatu augeri*; *quibus non quidem augetur dignitas, ornatur tamen & inſtruitur.* 9 Deeſt *Lin.* 10 Deeſt *Bod.* 1.

XXXIII. C.

XXXIII. C. PLINIUS ROMANO SUO S.

1 TOllite 2 *cuncta*, inquit, *cœptoſque auferte labores*: ſeu ſcribis aliquid, ſeu legis, tolli, auferri jube, & accipe orationem meam, ut illi arma, 2 divinam. 3 Num ſuperbius potui? revera, ut inter meas 4 pulcram. nam mihi ſatis eſt certare mecum. Eſt hæc pro 5 Accia Variola & dignitate perſonæ, & exempli raritate, & judicii magnitudine inſignis: Nam fœmina ſplendide nata, nupta 6 prætorio viro, exhæredata ab octogenario patre, intra undecim dies, quam ille novercam ei amore captus induxerat, quadruplici judicio bona paterna repetebat. Sedebant judices 7 centum & octoginta. (tot enim quatuor conſiliis 8 conſcribuntur) 9 ingens utrinque advocatio, & numeroſa ſubſellia: præterea denſa circumſtantium corona latiſſimum judicium multiplici circulo ambibat. Ad hoc, ſtipatum tribunal, atque etiam ex ſuperiore baſilicæ parte, qua fœminæ, qua viri, & 10 audiendi, quod erat difficile, &, quod facile, viſendi ſtudio imminebant. Magna exſpectatio patrum, magna filiarum, magna etiam novercarum. Secutus eſt varius eventus. Nam duobus conſiliis vicimus, totidem victi ſumus. Notabilis prorſus 11 res' & mira; eadem in cauſa, iiſdem judicibus, iiſdem advocatis, eodem tempore tanta diverſitas accidit caſu 12 quidem, ſed non ut caſus videretur. Victa eſt noverca, 13 ipſa' hæres ex parte ſexta; victus 14 Suburranus, qui 15 exhæredatus

1 *Virgil.* Æn. VIII. 439. ubi *Vulcani* juſſu opus quod in manibus erat, intermittunt Cyclopes, ut *Achillis* arma fabricarent. 2 Sic emendat *Caſaubonus*. Nec abnuit *Bod.* 2. Vulg. enim *divina*. Sed perperam, ut evincunt quæ proximè ſequuntur. 3 Sin id ſuperbius poſui *Vulg.* 4 Pulcra *Bod.* 1. *Lin.* 5 Actia Virriola *Bod.* 1. 2. *Lin.* 6 Prætori *Bod.* 1, 2. *Lin. Ald.* 7 *Catanæus* opinatur legendum *centum quadraginta*. Nam Judicum numerus fuit centum quinque, poſtea autem crevit ad centum ſeptuaginta quinque, immo ad centum octoginta. Additiones iſtæ ad decurias ab *Auguſto* & *Caligulâ* factæ. Poſtea autem numerus fuit redactus ad centum quadraginta, ſervata tamen ſemper appellatione centumvirorum. 8 Colliguntur *Steph. Vulg.* 9 Ingens utrinque advocatorum, & numeroſa ſubſellia præſtantium corona *Bod.* 1. 2 *Pal. Ald.* Ingens utrinque advocatorum & univerſa ſubſellia præſtantium corona *Lin.* Monuit *Catanæus* loco *præſtantium*, alias legi *prehenſantium*. 10 Audiendi quod facile & viſendi ſtud. *Bod.* 2. Aud. quod diff. & quod f. v. ſ. *Ald.* 11 Deeſt *Bod.* 1. *Lin. Ald.* 12 Quidem, non caſus vid. *Bod.* 1. *Lin.* Qui non caſus vid. *Bod* 2. Quod non caſus vid. *Ald.* 13 Deeſt *Lin.* 14 Subetrimus *Bod.* 1. Subberinus *Bod.* 2. *Pal.* Saluberrimus *Lin.* Suberinus *Ald.* In nullo alio Auctore nomen hoc reperitur, niſi quod in epiſtolis apud *Ciceronem* legatur, *C. Suberinus Calenus*. 15 Exhæreditatus *Bod.* 1.

datus 1 à" patre ſingulari impudentia alieni patris bona vindicabat, non auſus ſui petere. Hæc tibi expoſui, primum ut ex epiſtola ſcires quæ ex oratione non poteras: deinde, (2 nam detegam artes) ut 3 orationem libentius legeres, ſi non legere tibi, ſed intereſſe judicio videreris: 4 quam, ſit licet magna, non deſpero gratiam 5 breviſſimæ impetraturam. nam & copia rerum, & 6 arguta diviſione, & 7 narratiunculis pluribus, & eloquendi varietate 8 renovatur. Sunt multa (non auderem niſi tibi dicere) elata, multa pugnantia, multa ſubtilia. Intervenit enim acribus illis & 9 erectis frequens neceſſitas computandi, ac pene calculos tabulamque poſcendi, ut repente in privati judicii formam 10 centumvirale vertatur. Dedimus vela indignationi, dedimus iræ, dedimus 11 dolori: & in ampliſſima cauſa, quaſi magno mari, pluribus ventis ſumus vecti. In ſumma, ſolent quidam ex contubernalibus noſtris exiſtimare hanc orationem (iterum dicam) 12 præcipuam, ut inter meas 13 ὡς ὑπὲρ Κτησιφῶντος eſſe. an vere, tu facillime judicabis, 14 quia tam memoriter tenes 15 omnes, ut conferre cum hac, dum hanc ſolam legis, poſſis. Vale.

XXXIV. C. PLINIUS MAXIMO SUO S.

RE&te feciſti, quod 16 gladiatorium munus Veronenſibus noſtris promiſiſti, à quibus olim amaris, 17 ſuſpiceris, ornaris. Inde etiam uxorem cariſſimam 18 tibi & probatiſſimam habuiſti, 19 cujus memoriæ ut opus aliquod, ita maxime 20 funebre debebatur. Præterea, tanto conſenſu rogabaris, ut negare 21 non conſtans, ſed durum videretur. Illud quoque 22 egregium, quod tam facilis, tam liberalis in edendo fuiſti. nam per hæc etiam magnus animus oſtenditur. Vellem 23 Africanæ, quas coëmeras plurimas, ad præfinitum diem

1 Deeſt *Lin.* 2 Jam *Bod.* 1. 3 Orationes *Lin.* 4 Quantum ſit *Bod.* 2. 5 *Breviſſimè Steph.* quod placet *Buchnero* 6 Argumenta *Bod.* 2. 7 Narratiuncula *Lin.* 8 Renovantur *Bod* 2. 9 Rectis *Bod.* 1. 10 Centumviralem *Bod.* 2. 11 Dolori: in amp. *Bod.* 1. Dolori: & amp. *Bod.* 2 12 Deeſt *Bod.* 1. *Lin. Ald.* 13 *Demoſthenis* orationem pro *Cteſiphonte.* Ὡς deeſt *Ald.* 14 Qui *Bod.* 1 *Ald. Steph.* 15 Deeſt *Bod.* 2. 16 Gladiatorum *Ald. Lin.* 17 Suſciperis *Bod.* 2 18 Tibi hab. *Ald.* Tibi prob. hab. *Steph.* 19 Hanc lectionem codd. noſtris & *Palatino* fundatam veram eſſe cum *Cellario* opinor. *Ald.* enim *Steph.* & *Vulg.*: *cujus memoria aut opus aliquod, aut ſpectaculum, atque hoc potiſſimum, quod maximè funeri debeatur.* 20 Funeri debeatur *Lin.* Funebre debetur *Bod.* 1. 2. 21 Inconſtans & dur. *Bod.* 2. 22 Egregiè *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald.* 23 Panthera *Africana*, tantæ vivacitatis, ut exſectis viſceribus diu & acriter pugnent. *Plin.* ſen. l. VIII. c. 18.

1 occur-

occurriſſent: ſed licet ceſſaverint [2] illæ, tempeſtate deten-æ, tu tamen meruiſti ut acceptum tibi [3] fieret, quod quo mi-ius exhiberes, non per te ſtetit. Vale.

1 Occurriſſe *Bod.* 1. 2 Illa tem-peſtate detentæ *Bod.* 1. *Lin. Steph Vulg.* 3 *Gruterus* mavult *ferrent*; quod mollius omnino eſt, & ſenſus poſtulat, quæcunque etiam lectio ſervetur.

LIBER VII.

I. C. PLINIUS [1]RESTITUTO SUO S.

TERRRET me hæc tua tam pertinax valetudo, & quanquam te temperatiſſimum noverim, vereor tamen ne quid illi etiam in mores tuos liceat. Proinde moneo patienter reſiſtas. Hoc laudabile, hoc ſalutare admittit humana natura. Quod ſuadeo, ipſe certe ſic agere ſanus cum meis ſoleo. Spero quidem, ſi forte in adverſam valetudinem incidero, nihil me deſideraturum vel pudore vel [2]pœnitentia dignum: ſi tamen ſuperaverit morbus, denuncio ne quid mihi [3]detur, niſi permittentibus medicis: [4]ſciantque, ſi dederint, ita vindicaturum ut ſolent alii [5]quæ negantur. Quinetiam quum peruſtus ardentiſſima febri, tandem remiſſus unctuſque acciperem à medico potionem, [6]porrexi manum, [7]utque me tangeret dixi, [8]admotumque jam labris poculum reddidi. Poſtea quum viceſimo valetudinis die [9]balineo præpararer, [10]muſſanteſque medicos repente vidiſſem, cauſam [11]requiſivi. reſponderunt, poſſe me tuto lavari, non tamen [12]omnino' ſine [13]aliqua ſuſpicione. Quid (inquam) neceſſe eſt? atque ita ſpe balinei, cui jam videbar inferri placide leniterque, dimiſſa, ad abſtinentiam rurſus, non ſecus ac modo ad balineum, animum vultumque compoſui. Quæ tibi ſcripſi, primum ut te non ſine exemplo monerem: deinde ut in poſterum ipſe ad eandem temperantiam aſtringerer, [14]quum me hac epiſtola quaſi pignore obligaviſſem". Vale.

II. C. PLINIUS JUSTO SUO S.

QUEMADMODUM congruit ut ſimul & affirmes te aſſiduis occupationibus impediri, & ſcripta noſtra deſideres, quæ

1 Geminio *Bod.* 2. *Lin.* Gemino *Vulg.* 2 Patientia *Vulg.* 3 Deſit *Bod.* 1. *Lin.* Dent. *Bod.* 2. 4 Sciatiſque ſi ita dederitis, ita vind. *Lin.* Sciatiſque ſi dederitis, ita vind. *Bod.* 1. *Ald Vulg.* 5 Quia negarant *Bod.* 2. 6 Porrexit *Bod.* 1. *Lin.* 7 Utque tangeret *Bod* 2. Utque intingeret *Lin.* Ut tangeret *Ald.* 8 Admotum jamque *Lin.* 9 Balneo *Bod.* 1. 2. 10 Muſſantes medico repetente *Lin.* 11 Requiſii *Ald.* 12 Deeſt *Lin.* 13 Alia *Lin.* 14 Hac epiſtola quaſi pignore *Bod.* 1. 2. *Lin.*

vix ab otioſis impetrare 1 aliquid perituri temporis 2 poſſunt"? 3 Patiar ergo æſtatem inquietam 4 nobis 5 exercitamque tranſcurrere: & 6 hyeme demum, quum credibile erit noctibus ſaltem vacare te poſſe, quæram quid potiſſimum ex nugis 7 meis tibi exhibeam. Interim abunde eſt, ſi epiſtolæ non ſunt moleſtæ. Sunt autem, 8 & ideo breviores erunt. Vale.

III. C. PLINIUS PRÆSENTI SUO S.

9 TAntane perſeverantia? tu modo in Lucania, modo in Campania. *Ipſe enim* (inquis) *Lucanus, uxor Campana.* Juſta cauſa longioris abſentiæ, non perpetuæ tamen. Quin ergo aliquando in urbem redis? ubi dignitas, honor, amicitiæ tam ſuperiores quam minores. 10 Quouſque regnabis, quouſque vigilabis quum voles? dormies quamdiu voles? 11 quouſque calcei nuſquam? toga feriata? liber totos

1 Aliquod *Bod.* 1. 2 Deeſt *Bod.* 1. *Lin. Pal.* Abeſſe poterat, ſi reſcriberetur: *deſideres, vix ab otioſis impetratura aliquid perituri temporis?* 3 Patior *Lin.* 4 Vobis *Bod.* 2 *Lin. Pal.* quod fortè rei propoſitæ aptius. 5 *Cl. Min.* putat legendum *inexercitam:* ſin minus congruat verbo priori *inquietam*, cum proximè ſequenti verus ſenſus. 6 Hyemem *Lin.* 7 Si meis tibi exhibeas *Lin.* 8 Et vel eo *MS. Cl. Min.* 9 Tanta perſ. *Bod.* 1. 10 Deſunt *Bod* 1. 2. *Lin.* Quouſque regna vis? *Ald.* 11 Interpunctio ex conjectura *Lipſii* eſt; [vide l. I. Epiſt. quæſt. cap. 5.] quam ita probavit *Gruterus*, ut in textum reciperet. Prius diſtinguebatur: *Quouſque calcei? nuſquam toga feriata? Caſaubonus* aliter emendavit: *Quouſque calcei, nunquam toga? feriaberis liber totos dies?* ſed verior *Lipſii* reſtitutio eſt. *Buchnero* tamen ſic emendandum videbatur: *Quouſque calcei nuſquam? nuſquam toga? feriatus ac liber totos dies?* Sane repetitio particulæ *nuſquam*, & elegans eſt, & ſervit affectui; & facili lapſu deſcribentis ſemel omitti potuit, jam poſita ſemel. Nec dura cæterorum mutatio eſt. Putat itaque *Buchn.* totam compoſitionem, ſi ita refingatur, molliorem juxta concinnioremque ac pleniorem fore. Porro in ſeceſſu & municipiis, non togati, ſed tunicati fuerunt. Inde eſt, *nuſquam toga. Martialis* de ſeceſſu ſuo l. XII. Epig. 18.

Igneta eſt toga: ſed datur potenti
Rupta proxima veſtis à cathedra.

Sed quid de altero faciemus, *Calcei nuſquam?* Ergone, inquies, calceorum uſus nullus in villa? Imo nullus, (inquit *Buch.*) aut prope nullus, elegantiorum quidem, ac pretioſiorum & quibus ordines diſtinguebantur; ut lunati illi patriciorum, quibus in urbe neceſſe erat ornari: in rure enim ſoliis, caligis, peronibus contenti eſſe poterant. Itaque *Calceos κατ' ἐξοχὴν* de altero genere dixiſſe, exiſtimandus. Sed actum agit homo ingenioſus, ut vult *Gronovius.* Nam in omnibus his intelligitur *ſunt* vel *eſt tibi.* Quouſque calcei nuſquam ſunt tibi? toga feriata eſt tibi? Liber totos dies eſt tibi in manibus ad ſtudendum? Non enim liber hic *ἐπιδεικτικὸς*, ex ſententiâ *Gronovii.* Calceos autem & togam ſimul ſumebant, ſimul ponebant. Unde calceos propria togæ tormenta vocat *Tertullian.* in lib. de Pallio. Vide etiam *Sueton. Octav.* c. LXXIII & LXXVIII. Confer item *Salmaſ.* in *Tertul.*

dies:

dies? tempus eſt [1] te" reviſere moleſtias noſtras, vel [2] ob" hoc ſolum, ne voluptates iſtæ ſatietate langueſcant. Saluta pauliſper, quo ſit tibi jucundius ſalutari: terere in hac turba, ut te ſolitudo delectet. Sed quid imprudens quem [3] revocare conor, retardo? fortaſſe enim his ipſis admoneris, ut te magis ac magis otio involvas, quod ego non [4] abrumpi, ſed intermitti volo. Ut enim ſi cœnam tibi facerem, dulcibus cibis acres acutoſque miſcerem, ut obtuſus illis & oblitus ſtomachus his excitaretur; ita nunc hortor, ut jucundiſſimum genus vitæ nonnullis interdum, quaſi [5] acrioribus condias. Vale.

IV. C. PLINIUS PONTIO SUO S.

AIs legiſſe te hendecaſyllabos meos: requiris etiam quemadmodum cœperim ſcribere, homo, ut tibi videor, ſeverus, ut ipſe [6] fateor, non ineptus. Nunquam à [7] poëtice (altius enim repetam) alienus [8] fui": [9] quin etiam quatuordecim natus annos Græcam tragœdiam ſcripſi. Qualem? inquis. Neſcio, tragœdia vocabatur. Mox quum è [10] militia rediens, in Icaria inſula ventis detinerer, Latinos elegos in illùd ipſum mare ipſamque inſulam feci. Expertus ſum me aliquando & heroïco, hendecaſyllabis nunc primum, quorum hic natalis, [11] hæc cauſa eſt. Legebantur in Laurentino mihi libri [12] Aſinii Galli de comparatione patris & Ciceronis: incidit epigramma Ciceronis [13] in Tyronem ſuum: [14] dein quum meridie (erat enim æſtas) [15] dormiturus me recepiſſem, [16] nec obreperet ſomnus, cœpi reputare, maximos oratores hoc ſtudii genus, & in oblectationibus habuiſſe & in laude poſuiſſe. Intendi animum, [17] contraque opinionem meam, poſt longam deſuetudinem, perquam exiguo temporis momento id ipſum quod me ad ſcribendum [18] ſolicitaverat, his verſibus exaravi;

Quum libros Galli legerem, quibus ille parenti
Auſus de Cicerone [19] *dare palmamque, decuſque,*

1 Deeſt *Ald.* 2 Deeſt *Steph.* 3 Evocare *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald.* 4 Rumpi *Bod.* 2. 5 Acoribus *Weſtm. Tal.* 6 Patior *Bod.* 1. 2. *Lin.* 7 Poëtica *Bod.* 1. 2. *Lin.* 8 Deeſt *Bod.* 1. *Lin.* 9 Qui & jam *Bod.* 1. 10 Cilicia *Vulg.* 11 Hæ cauſæ. Et leg. *Bod.* 1. *Lin.* Hæ cauſæ leg *Pal.* 12 Aſiani *Bod.* 1. 2. *Lin.* 13 Ad Tyr. *Bod.* 1. 14 Dehinc *Bod.* 1. Deinde *Bod.* 2. 15 Dormitaturus *Lin.* 16 Ne *Bod.* 1. *Lin.* 17 Contra op. *Bod.* 1. 18 Solicitabat *Lin.* 19 *Caſaubonus* ſcribi juſſit, *dare eſt. Pontanus* [in not. ad *Macrob.* l. VII. c. 15.] ſic emaculavit:

Plauſus de Cicerone daret, &c.
Daret item habetur in *Bod.* 2. & *Lin.*

Laſcivum

Laſcivum inveni 1 *luſum Ciceronis, & illo*
Spectandum ingenio quo ſeria condidit, & quo
Humanis ſalibus, multo varioque lepore
Magnorum oſtendit mentes gaudere virorum.
Nam queritur quod fraude 2 *mala fruſtratus* 3 *amantem,*
Paucula cœnato ſibi debita ſuavia Tyro
Tempore nocturno 4 *ſubtraxerit. His ego lectis,*
Cur 5 *poſt hæc, inquam, noſtros celamus amores?*
6 *Nullumque in medium* 7 *timidi damus? atque fatemur*
Tyroniſque dolos, Tyronis 8 *noſſe fugaces*
Blanditias, & furta novas addentia flammas?

Tranſii ad elegos; hos quoque non minus celeriter explicui: addidi alios facilitate corruptus: deinde in urbem reverſus, ſodalibus legi. Probaverunt. 8 dein plura metra, ſi quid otii, maxime 9 in itinere, tentavi. Poſtremo placuit exemplo multorum unum ſeparatim hendecaſyllaborum volumen abſolvere, nec pœnitet. Legitur, deſcribitur, cantatur etiam, 10 à Græcis quoque, quos Latine hujus libelli amor docuit, nunc cithara nunc lyra perſonatur. Sed quid ego tam 11 glorioſe? quanquam poëtis furere conceſſum eſt; & tamen non de meo, ſed de aliorum judicio loquor, qui ſive judicant, ſive errant, me delectant. Unum precor, ut poſteri quoque aut errent ſimiliter, aut judicent. Vale.

1 Verſum *Bod.* 1. 2 Male *Bod.* 1. *Lin.* 3 Amantes *Lin.* 4 Subtraxit *Lin.* 5 Poſthac *Bod* 1. 6 Puta *amorem* ex celatis amoribus. *Caſaubonus*, *Nullique*, ut *nulli* pro *non*, conſueto more poſitum ſit. *Buchnero* in mentem venit *Nilumque* verbum *Lucretianum*, pro *nihilum*. 7 Timide *Bod.* 1. 8 Noſce *Bod.* 1. 2. *Pal. Ald.* Cum *ce* pro *que* paſſim ponatur, hinc *Caſaubonus* conjiciebat,

----- *Tyroniaſque fugaces*
Blanditias, -----

tertia in *Tyroniaſque* producta. Ut, ſicut à *Bio*, *Bioneus*, ex Βίωνειος; ita à *Tyro*, *Tyronius*, ex Τυρώνειος, dicatur. propius (ut notavit *Buchn.*) ad ſcripturam vulgarem videbatur,

----- *Tyroninaſque fugaces*

legere. *Tyronia*, vel *Tyronina fugaces blanditias* pro *Tyronis fugaces blanditias*. Quanquam cauſa non eſt, cur à recepta lectione recedamus. *Fatemur noſſe*, id eſt, palam oſtendimus, & nos peritos amatoriarum nequitiarum eſſe, quales fuerunt *Tyronis* doli. Et elegantiſſime ac peracute *fugaces blanditias* dixit. Significat enim non ruſticitatem aut truculentiam, ſeu faſtum (quod poterat videri) fuiſſe, quod *Tyro* amanti domino ſe ſubduxiſſet; ſed blanditiam potius; quæ non tam verbo, quàm facto ipſo captaret patronum, & magis magiſque amorem illius erga ſubducentem ſe, ex deſiderio ipſo amantis, inflammaret. 9 Inde *Bod.* 1. 2. *Lin.* 10 Si in *Bod.* 1. 2. *Lin.* 11 Et à *Gr. Lin.* 12 Furioſe *Steph. Vulg.*

V. C. PLINIUS [1] CALPHURNIÆ SUÆ S.

INcredibile est quanto desiderio [2] tui tenear. in causa amor primum; deinde, quod non consuevimus abesse. Inde est quod magnam partem noctium in imagine tua [3] vigil exigo: inde quod interdiu quibus horis te visere solebam, ad diætam tuam [4] ipse me, [5] ut verissime dicitur, pedes ducunt: quod denique [6] æger & mœstus, & similis excluso, à vacuo limine recedo. Unum tempus his tormentis caret, quo in foro & amicorum litibus conteror. Æstima tu quæ vita mea sit, cui requies in labore, in [7] miseria curisque solatium [8] est". Vale.

VI. C. PLINIUS MACRINO SUO S.

[9] RAra & notabilis res [10] contigit Vareno, sit licet adhuc dubia. Bithyni accusationem ejus, ut temere inchoatam, omisisse [11] narrantur, de eo adest provinciæ legatus: attulit decretum concilii ad Cæsarem, [12] attulit ad multos principes viros", attulit etiam ad nos, Vareni advocatos. [13] Perstat tamen idem ille [14] Magius: quin etiam [15] Nigrinum, optimum virum, [16] pertinacissime exercet. per hunc à Consulibus postulabat, ut Varenus exhibere rationes cogeretur. Adsistebam Vareno jam tantum ut amicus, & tacere decreveram. nihil enim tam contrarium, quam si advocatus à senatu datus defenderem [17] ut reum, cui opus esset [18] ne reus videretur. Quum tamen, finita postulatione Nigrini, consules ad me oculos retulissent; *Scietis*, inquam, *constare nobis silentii nostri rationem*, [19] *quum veros legatos* [20] *provinciæ audieritis*, [21] *contra Nigrinum; ad quem missi sunt? Ego;* [22] *ad me quoque.*

1 Calpurniæ *Bod.* 1. *Lin. Ald.* 2 Tuo *Lin.* 3 Vigilem *Bod* 1. 2. *Lin.* 4 Ipsi *Bod.* 2. *Lin Ald. Steph.* 5 Et *Bod.* 1. 6 Æger metu, ac *Bod.* 2. Æger metu. & *MSS Catanæi.* Æger metus, & *Pal* corruptè. Æger & victus *Bod.* 1. & sic editt. antiquiss. Æger mente. & *Vulg.* Æger, mœstus, ac *Lin.* 7 Miseriis *Lin.* 8 Deest *Bod.* 1. 2. 9 Vide l. V. ep. 20. & l. VI. ep. 13. 10 Contingit *Lin.* 11 Narrantur dico, adest *Bod.* 1. 2. *Lin. Pal. Ald.* Adeo ut *Gruterus* putet scriptum primitus: *omisisse narrantur, narrantur dico? adest legatus.* Ita certe videtur legisse *Catanæus.* 12 Desunt *Bod.* 1. 13 Præstat *Bod.* 1. *Ald.* 14 Magnus *Bod.* 2. *Lin. Ald.* 15 Nigrinium *Bod.* 2. Nigrum *Ald.* 16 Pertinacissimum *Ald.* 17 Et *Bod.* 1. *Lin.* 18 Et ne *Bod.* 1. Etiam ne *Bod.* 2. 19 Sin ver. *Bod.* 1. Si non ver. *Bod.* 2. Sic ver. *Lin.* 20 Prout in re aud. *Bod.* 1. *Lin.* Prout ante aud. *Bod.* 2. Proinde aud. *Vulg.* 21 Contra Nigrinus *Ald.* plena distinctione posita post *aud.* 22 Apud me *Vulg.*

habes

habeo decretum provinciæ. Rurſus ille; *Poteſt tibi liquere.* Ad hoc ego; *Si tibi ex diverſo* 1 *liquet, poteſt & mihi quod eſt* 2 *melius in cauſa liquere.* Tum legatus 3 Polyænus cauſas abolitæ accuſationis expoſuit, poſtulavitque ne 4 cognitioni Cæſaris præjudicium fieret. Reſpondit 5 Magius; iterumque Polyænus ipſe raro & breviter interloquutus. 6 Multum[a] 7 me[b] 8 intra ſilentium tenui. accepi enim, non minus interdum oratorium 9 eſſe tacere, quam dicere; atque adeo repeto, quibuſdam me capitis reis vel magis ſilentio quam oratione accuratiſſima profuiſſe Mater amiſſo filio (quid enim prohibet, quanquam alia ratio ſcribendæ epiſtolæ fuerit, de ſtudiis diſputare?) libertos ejus, eoſdemque cohæredes ſuos, falſi 10 & veneficii reos 11 detulerat ad principem, judicemque 12 impetraverat Julium Servianum. Defenderam reos ingenti quidem cœtu: erat enim cauſa notiſſima. Præterea utrinque ingenia clariſſima. Finem cognitioni quæſtio impoſuit, quæ ſecundum reos 13 dedit. Poſtea mater 14 adiit principem: affirmavit ſe novas probationes inveniſſe. Præceptum eſt 15 Serviano, ut vacaret finitam cauſam 16 retractanti, ſi quid novi afferret. Aderat matri Julius Africanus, nepos Julii oratoris: quo audito 17 Paſſienus Criſpus dixit, *Bene, me hercule,* 18 *bene*: *ſed quo tam bene?* 19 Julius Nepos, juvenis ingenioſus, 20 ſed parum callidus, quum multa dixiſſet, aſſignatumque tempus impleſſet; *Rogo,* inquit, 21 *Serviane, permittas mihi unum* 22 *verſum* 23 *adjicere.* Tum ego, quum omnes me ut diu reſponſurum 24 intuerentur, *Reſpondiſſem,* inquam[c], *ſi unum illum verſum Africanus adjeciſſet, in quo non dubito omnia nova fuiſſe.* Non facile me repeto, tantum 25 conſequutum 26 aſſenſum agendo, 27 quantum tunc non agendo[d]. Similiter nunc & probatum & exceptum eſt, quod pro Vareno hactenus 28 non tacui.

1 Liquere poteſt *Bod.* 2. 2 Melius cauſa liquere. Tum *Bod.* 1. 2. *Lin.* Melius liquere. Tum *Ald.* 3 Polycænus *Bod.* 2. Et ſic infra. 4 Cognitione *Bod.* 1 *Lin.* 5 Magnus *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald.* 6 Deeſt *Bod.* 2. 7 Deeſt *Bod.* 1. *Lin.* 8 In ſilentio *Ald.* 9 Eſt *Bod.* 1. 10 Ut *Ald.* 11 Detulerit *Ald.* 12 Impetraverant *Bod.* 1. 13 Ceſſit *Bod.* 2. 14 Adit *Ald.* 15 Suburano *Bod.* 1. *Lin. Ald* Suburbano *Bod.* 2. 16 Retractandi *Bod* 1. 2. *Lin.* 17 Poſſienus *Bod.* 2. 18 Beneque: Quid eſt tam bene? *Bod.* 2. Bene: ſed quid tam bene? *Bod* 1 *Lin.* Bene; ſi quid tam bene. *Vulg.* Bene: ſed quidem tam bene *MS. Cl. Min.* 19 Hujus nepos *Bod.* 1. 2. *Lin. MS. Cl. Min.* 20 Sed non parum *Bod.* 1. *Lin. Ald.* Et non parum *Bod.* 2. 21 Suburane *Bod.* 1. *Lin. Ald.* Suburbane *Bod.* 2. 22 Verbum *Vulg.* 23 Adicere *Bod.* 1. *Lin.* Dicere *Ald.* 24 Deſunt *Bod.* 1. *Lin.* 25 Deeſt *Bod.* 1. *Lin. Pal.* 26 Tam aſſenſum *Pal.* 27 Deſunt *Bod.* 1. *Lin.* Quantum non agendo *Ald.* 28 Illud *non* (ut monuit *Grut.*) viſitur quidem in *Palat.* ſed alia poſitura, *quod pro Vare 10* [*non*] *tacui hactenus. Modius* ait non exſtare in *Neuſtetterianis*, cenſeretque diſſerte pugnare cum iis quæ præcedunt. Sed fallitur vir doctus. Nam, *hactenus non tacui*, eſt, tantillum, & non plus locutus

tacui. Conſules, ut Polyænus poſtulabat, omnia integra principi ſervaverunt; cujus cognitionem ſuſpenſus exſpecto. Nam dies ille nobis pro Vareno aut ſecuritatem & otium dabit, aut intermiſſum laborem renovata ſolicitudine injunget. Vale.

VII. C. PLINIUS SATURNINO SUO S.

ET proxime Priſco noſtro, & rurſus, quia ita juſſiſti, gratias egi, libentiſſime quidem. eſt enim 1 mihi perjucundum, quod viri optimi 2 mihique amiciſſimi adeo cohæſiſtis, ut invicem vos obligari putetis. Nam ille quoque præcipuam ſe voluptatem ex amicitia tua capere 3 profitetur, certatque tecum honeſtiſſimo certamine mutuæ caritatis, quam ipſum tempus augebit. Te negotiis diſtineri ob hoc moleſte fero, quod deſervire ſtudiis non potes: ſi tamen alteram litem per judicem, alteram, 4 ut ais, ipſe finieris, incipies primum iſtic otio frui, deinde ſatiatus ad nos reverti. Vale.

VIII. C. PLINIUS PRISCO SUO S.

EXprimere non poſſum, quam jucundum ſit mihi quod Saturninus noſter ſummas tibi apud me gratias aliis ſuper alias 5 epiſtolis agit. perge ut cœpiſti, virumque optimum quam familiariſſime dilige, magnam voluptatem ex amicitia ejus percepturus, nec ad breve tempus. nam quum omnibus virtutibus 6 abundet, tum hac præcipue, quod habet maximam in amore conſtantiam. Vale.

IX. C. PLINIUS 7 FUSCO SUO S.

QUæris quemadmodum in ſeceſſu, quo jamdiu 8 frueris, putem te ſtudere oportere: 9 utile in primis, & multi

cutus ſum: tacui præterquam, quod raro & breviter, ut dixi, interloquutus ſum. Habet quidem & locum, *hactenus tacui*, non egi, niſi paucis iſtis, quæ interfatus ſum 1 tacui, niſi quod iſta, quorum tum memini, dixi. Magis tamen placet negandi particulam retineri, quum eam ſervent tam *Codd. MSS.* noſtri, quàm *Pal.* & editt. vett. 1 Deeſt *Bod.* 1. 2. 2 Virique *Bod.* 1. 2. *Lin.* 3 Videtur vel melius profitetur *Lin.* 4 Ut ipſe fin. *Bod.* 1 2. *Lin.* Tu ipſe fin. *Vulg.* 5 Epiſtolas *Bod.* 1. *Lin.* 6 Abundat *Bod.* 1. 2. 7 Tuſco *Bod.* 1. *Lin. Vulg.* 8 Fueris *Bod* 1. *Lin.* 9 Utile mihi primum & multis præcipue erit vel *Bod.* 1. *Lin.* Utile mihi primum & multi præceperunt, vel *Bod.* 2.

præcipiunt,

præcipiunt, vel ex Græco in Latinum, vel ex Latino vertere in Græcum: quo genere exercitationis proprietas ſplendorque verborum, copia figurarum, vis explicandi, præterea imitatione optimorum ſimilia inveniendi facultas paratur: ſimul quæ legentem fefelliſſent, transferentem fugere non poſſunt. Intelligentia ex hoc & judicium acquiritur: [1] nihil obfuerit, quæ legeris hactenus, ut rem argumentumque teneas, quaſi [2] æmulum ſcribere, lectiſque conferre, ac ſedulo penſitare, quid tu, quid [3] ille commodius. magna gratulatio, [4] ſi tu" nonnulla, [5] tum" magnus pudor, ſi cuncta ille melius. Licebit interdum & notiſſima eligere & certare cum electis. audax hæc, non tamen improba, quia ſecreta contentio: quanquam multos videmus ejuſmodi certamina ſibi cum multa laude ſumpſiſſe, [6] quoſque ſubſequi ſatis habebant, dum non deſperant anteceſſiſſe. Poteris & quæ dixeris poſt oblivionem retractare, multa [7] retinere, plura tranſire, [8] alia interſcribere", alia reſcribere. Laborioſum iſtud & [9] tædio plenum, ſed difficultate ipſa fructuoſum, recaleſcere ex integro, & reſumere impetum fractum omiſſumque; poſtremo, nova velut membra peracto corpori intexere, nec tamen priora turbare. Scio nunc tibi eſſe præcipuum ſtudium orandi; ſed non ideo ſemper pugnacem hunc & quaſi [10] bellatorium ſtylum fuaſerim. Ut enim terræ variis, mutatiſque ſeminibus, ita ingenia noſtra nunc hac nunc [11] illa meditatione [12] recoluntur. Volo interdum aliquem ex hiſtoria locum apprehendas: volo epiſtolam diligentius ſcribas, [13] volo carmina": nam ſæpe in [14] orationes quoque non [15] hiſtorica modo, ſed prope [16] poëtica deſcriptionum neceſſitas incidit; & preſſus ſermo puruſque ex epiſtolis [17] petitur. fas eſt & carmine remitti, non dico continuo & longo (id enim perfici niſi in otio non poteſt) ſed hoc arguto & brevi, quod [18] apte quantaſlibet occupationes curaſque diſtinguit. Luſus vocantur: ſed hi luſus non minorem interdum gloriam quam ſeria conſequuntur: atque adeo (cur enim te ad verſus non verſibus adhorter?)

1 Niſi *Lin.* 2 Multum ſcrib. *Lin.* orologium ſcrib. *Bod.* 2. corrupte. 3 Quis ille? præcedit enim tantum de lectis. Itaque non dubitat *Scheffer.*, quin ſit emendandum, *illa.* Atque ita ſtatim poſt: *ſi cuncta illa melius.* 4 Deſunt *Bod.* 1. *Lin.* Si nonnulla *Ald.* 5 Deeſt *Bod.* 2. nec comparuit in membranis *Modii.* 6 Quouſque *MS. Cl. Min.* 7 Detinere *Ald.* 8 Multa tranſcribere *Lin.* 9 Studio *MS. Cl. Min.* 10 Bellorum ſtylum *Bod.* 1. *Lin.* Bellicum ſtyl. *Vulg.* 11 Illac *Bod.* 1. *Ald.* 12 Coluntur *Bod.* 2. 13 Deſunt *Bod.* 1. 2. *Ald.* 14 Oratione *Bod.* 1. 2. *Lin.* 15 Hiſtoria modo *Bod.* 1. Hiſtoricæ modo *Bod.* 2. 16 Poëticæ deſcriptionis *Bod.* 2. Poëtica deſcriptione *Bod.* 1. *Lin.* 17 Petitus *Bod.* 1. *Lin.* 18 Aperte *Lin.*

Ut laus eſt ceræ, mollis cedenſque ſequatur
Si doctos digitos, juſſaque 1 *fiat opus;*
Et nunc informet Martem, 2 *caſtamque Minervam,*
Nunc Venerem effingat, nunc Veneris puerum;
Utque ſacri fontes non ſola incendia ſiſtunt,
Sæpe etiam flores vernaque parta 3 *juvant:*
Sic hominum ingenium flecti ducique per artes
Non rigidas docta mobilitate decet.

Itaque ſummi oratores, 4 ſummi etiam viri ſic ſe aut exercebant aut delectabant, immo delectabant exercebantque. Nam mirum eſt, ut 5 his opuſculis animus intendatur remittatur. [6 que'.] recipiunt enim amores, odia, iras, miſericordiam, urbanitatem, omnia denique quæ 7 ad vitam pertinent, atque etiam 8 in" foro cauſiſque verſantur. Ineſt his quoque eadem 9 quæ" aliis carminibus utilitas, quod metri neceſſitate devincti ſoluta oratione lætamur, & quod facilius eſſe comparatio oſtendit, libentius ſcribimus. Habes plura 10 etiam" fortaſſe quam requirebas; unum tamen omiſi. non enim dixi quæ legenda arbitrarer: quanquam dixi, quum dicerem, quæ ſcribenda. tu memineris, iui cujuſque generis auctores diligenter eligere. Ajunt enim, 11 *multum legendum eſſe, non multa.* Qui ſint hi, adeo notum 12 provocatumque eſt, ut demonſtratione non 13 egeant: & alioqui tam immodice 14 epiſtola me extendi, ut dum tibi quemadmodum ſtudere debeas ſuadeo, ſtudendi tempus abſtulerim. quin ergo pugillares 15 reſumis, & 16 aliquid ex his, vel iſtud 17 ipſum quod cœperas, ſcribis? Vale.

X. C. PLINIUS 18 MACRINO SUO S.

19 QUia ipſe, quum prima 20 cognovi, jungere extrema quaſi avulſa cupio, te quoque exiſtimo velle de Varęno & Bithynis reliqua cognoſcere. Acta cauſa hinc à Polyæno, 21 inde à Magio. Finitis actionibus, 22 *Neutra,* inquit,

1 Fingat *Vulg.* 2 Caſtamve *Bod.* 1. 2. *Lin.* 3 Lavant *Bod.* 1. 2. *Lin. Vulg.* 4 Summique etiam *Bod.* 1. 5 In his *Bod.* 1. 6 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald.* 7 Ad vit. atque etiam *Bod.* 1. *Lin.* In vita atque etiam *Bod.* 2. *Ald.* 8 Deeſt *Steph.* 9 Deeſt *Bod.* 1. *Lin.* 10 Deeſt *Bod.* 1. *Lin.* 11 Non multum legendum eſſe ſed multa *Ald.* 12 Probatumque *Bod.* 1. Promulgatumque *Vulg.* 13 Egeat *Bod.* 1. *Lin. Ald.* 14 Epiſtola me extendi *Bod.* 1 *Lin.* Epiſtolam extendi *Bod.* 2. *Vulg.* 15 Sumis *Ald.* 16 Aliquod *Bod.* 2. 17 Studium quod *Bod.* 1 *Lin.* 18 Macerino *Bod.* 1. 19 Vide l. V. ep. 20. l. VI. ep 12. l. VII. ep. 6. 20 Illud *cognovi* admodum ſuſpectum eſt. Mallem cum *Scheffero* ſcribere *cognoris.* 21 Inde magno *Bod.* 1. *Lin.* Inde à magno *Bod.* 2. 22 Cæſar, neutra *Ald. Steph.*

pars

pars de mora queretur. Erit mihi curæ, explorare provinciæ voluntatem. Multum interim Varenus tulit. Etenim quam dubium eſt, an merito accuſetur, 1 qui an omnino accuſetur, 2 incertum eſt? Supereſt, ne rurſus provinciæ quod damnaſſe dicitur, placeat, agatque pœnitentiam pœnitentiæ ſuæ. Vale.

XI. C. PLINIUS FABATO SUO S.

MIraris quod Hermes libertus meus hæreditarios 3 agros, quos ego juſſeram proſcribi, non exſpectata auctione pro meo quincunce 4 ex" ſeptingentis millibus, 5 Corelliæ addixerit: adjicis poſſe eos nongentis millibus venire, ac tanto magis quæris, an quod 6 geſſerit ratum ſervem. Ego vero ſervo: quibus ex cauſis accipe. cupio 7 enim & tibi probatum & cohæredibus meis excuſatum eſſe, quod me ab illis, majore officio 8 jubente, ſecerno. 9 Corelliam cum ſumma reverentia diligo; primum ut ſororem 10 Corellii Rufi, cujus mihi memoria ſacroſancta eſt: deinde ut matri meæ familiariſſimam. Sunt mihi & cum marito ejus, 11 Minutio Fuſco, optimo viro, vetera jura: fuerunt & cum filio maxima: adeo quidem ut prætore me ludis meis præſederit. Hæc, quum proxime iſtic fui, indicavit mihi, cupere ſe aliquid 12 circa Larium noſtrum 13 poſſidere: ego illi ex prædiis meis quod vellet, & quanti vellet, obtuli, exceptis paternis materniſque: his enim cedere ne 14 Corelliæ quidem 15 poſſum". Igitur quum obveniſſet mihi hæreditas in qua prædia iſta, ſcripſi ei venalia futura. 16 has epiſtolas Hermes 17 tulit", exigenti [18 que] ut ſtatim portionem meam ſibi 19 addiceret, paruit. Vides quam ratum habere debeam, quod libertus 20 meus" meis moribus geſſit? ſupereſt ut cohæredes æquo animo ferant, ſeparatim me 21 vendidiſſe 22 quod mihi licuit omnino vendere: nec vero coguntur imitari meum exemplum. non enim illis eadem

1 Quo nomine accuſetur *Bod.* 2. Qui, quo nomine ac. *Ald.* Qui an magis ac *Vulg.* 2 Incertus *Bod.* 1. 3 *Meos quos* ut alii malunt. 4 Deeſt *Bod.* 2. Sex *Vulg. Latinius* pro eo legit *HS.* Et ex *Bod.* 1. 5 Coreliæ *Bod.* 2. Corneliæ *Lin.* 6 Geſſerim *Bod.* 1. Geſſit *Bod.* 2. *Lin.* 7 Etenim *Lin.* 8 Vincente *Vulg.* 9 Coreliam enim ſummè diligo *Bod.* 2. Corneliam c. ſ. r. d. *Lin.* 10 Corelli Ruffi *Bod.* 2. Cornelii Ruffi *Lin.* 11 Militio Fuſco *Bod.* 1. *Lin.* Militio Fuſto *Bod.* 2. Minutio Juſto *Ald.* Militio Juſto *Vulg.* 12 Contra *Lin.* 13 Poſſidere feſtivi *Bod.* 1. *Lin.* 14 Corneliæ *Lin.* 15 Deeſt *Bod* 1. 16 His epiſtolis *Vulg.* 17 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin. Pal. Vulg.* 18 Deeſt *Bod.* 2. 19 Adjiceret *Lin.* 20 Deeſt *Bod.* 1. 21 Venditaſſe *Bod.* 2. 22 Quomodo iis licuit omnem non vendere *Bod.* 2. Quod lic. omnino vend. *Lin.* Quod mihi licuit omnino non vendere *Ald.*

cum

cum Corellia jura 1 ſunt". poſſunt ergo intueri utilitatem ſuam, pro qua mihi fuit amicitia. Vale.

XII. C. PLINIUS 2 MINUTIO SUO S.

LIbellum formatum à me, ſicut 3 exegeras, quo amicus tuus, immo noſter (quid enim non commune nobis?) ſi 4 res poſceret, uteretur, 5 miſi tibi ideo tardius, ne tempus emendandi 6 eum, id eſt, diſperdendi, haberes. habebis tamen, an emendandi" neſcio, utique diſperdendi (7 ὑμεῖς γὰρ κακόζηλοι) optima quæque ſi detraxeris. quod ſi feceris, boni conſulam. 8 Poſtea enim illis ex aliqua occaſione ut meis utar, & beneficio faſtidii tui ipſe laudabor, ut in eo 9 quod adnotatum invenies, 10 & ſupraſcripto aliter explicitum. Nam quum ſuſpicarer futurum ut tibi tumidius videretur 11 quod eſt ſonantius & elatius, non alienum exiſtimavi, ne te torqueres, addere ſtatim preſſius quiddam & exilius, vel 12 potius humilius & pejus, 13 veſtro tamen judicio rectius. Cur enim non uſquequaque tenuitatem veſtram inſequar 14 &" exagitem?

1 Deeſt *Bod.* 1. 2. 2 Minitio *Bod.* 1. 2. 3 Egeras *Bod.* 1. 2. *Lin.* 4 Repoſceret *Ald.* 5 Mihi tamen ideo *Lin.* 6 Deſunt *Bod.* 1. 2. *Lin.* Locus profecto inſigniter vitiatus. *Pal.* quippe: *ne tempus, emendandi neſcio, utique diſperdendi haberes; habebis tamen, an emendandi neſcio, utique diſperdendi.* Adeo ut putet *Gruterus* ſcriptum primitus: *ne tempus, emendandi neſcio, utique diſperdendi haberes: habebis tamen*: ὑμεῖς γὰρ &c. 7 Ὑμεῖς οἱ ἰσχνοὶ *Ald. Vulg.* Fuit in tertia lectione (ait *Catanaus*,) ὑμεῖς γὰρ ἀεὶ ἰσχνοί. 8 Ita vulgo hæc legunt & diſtinguunt, nullo ſenſu, ut vult *Boxhornius*; [vide epiſt. ejus ad *Joh. Wernerum* de diviſionibus vocum, in *Crenii* Analect. p. 205.] veteres enim melioreſque libri habent: *Poſtea &c. ut in eo quod adnotandum adnotatum quoque invenies.* Quæ nec ipſa ſatis ſana & diſtincta ſunt. Ergo fidenter ſic ſcribit & diſtinguit *Boxhornius*: *Poſtea enim illis ex aliqua occaſione ut meis utar & beneficio faſtidii tui ipſe laudabor. Tu in eo quod adnotandum adnotatum invenies, & ſupraſcripto aliter explicitum.* Non eſt dubitandum, quin hæc ipſa *Plinii* ſcriptura ſit. Quid autem velit, ſatis explicant illa, quæ ſtatim ſubjiciuntur: *Nam cum ſuſp. &c.* De ſtylo non erat idem *Plinii*, quod *Minutii*, ad quem ſcribit judicium. Huic exilis & humilis, illi autem ſonantior ac elatior, quem tamen ut tumidum *Minutius* aſpernabatur. Petit igitur ab eo *Plinius*, ut ingenio ſuo utatur in emendandis omnibus iis, quæ tumidius ſcripta judicaret. Sed inquit, ne quid in eo moleſtiæ crearem tibi, ego illa omnia, quæ adnotanda à te ut minus rectè dicta credebam, ipſe jam adnotavi, eaque aliter, & exilius explicata ſupraſcripto, in Σπίδι nempe, invenies. 9 Quoque adn. *Bod.* 2. *Lin.* 10 Et ſupraſcriptum aliter explicitum: Nam *Bod.* 1. Et ſupraſcriptum. Nam *Lin.* Et ſupraſcripto aliter explicetur. *Ald.* Ex ſupraſcripto aliter explicetur *Vulg.* 11 Quoniam eſt *Bod.* 1. *Ald.* Quum eſt *Lin.* 12 Potentius *Bod.* 1. *Lin.* 13 Non tamen jud. *Bod.* 1. Vel tuo jud. *Bod.* 2. 14 Deeſt *Bod.* 1. *Pal.* ut *exagitem* videri queat ab aliquo interprete. *Bod.* 2. habet *exagitemque.*

1 Hæc",

1 Hæc", ut inter iſtas occupationes aliquid aliquando rideres: 2 illud ſerio. 3 vide ut mihi viaticum reddas quod 4 impendi data opera, curſore dimiſſo. 5 Næ tu, quum hoc 6 legeris, non partes libelli, ſed totum libellum 7 improbabis; negabiſque 8 ullius pretii eſſe, cujus pretium 9 repoſceris. Vale.

XIII. C. PLINIUS FEROCI SUO S.

EAdem epiſtola & ſtudere 10 te" & non ſtudere ſignificat. ænigmata loquor. ita plane, donec diſtinctius quod ſentio enunciem. negat enim te ſtudere: ſed eſt tam polita, quæ niſi à ſtudente non poteſt ſcribi: aut es tu ſuper 11 omnes 12 beatus, ſi talia per deſidiam & otium perficis. Vale.

XIV. C. PLINIUS 13 CORELLIÆ SUÆ S.

TU quidem honeſtiſſime, quod tam impenſe & rogas & exigis, ut accipi jubeam à te pretium agrorum non ex ſeptingentis millibus, quanti illos à liberto meo, ſed 14 ex nongentis, quanti à publicanis partem viceſimam emiſti. Invicem ego & rogo & exigo, ut non ſolum quid te, verum etiam quid me deceat, aſpicias, patariſque me in hoc uno tibi eodem animo repugnare, quo in omnibus obſequi ſoleo. Vale.

XV. C. PLINIUS 15 SATURNINO SUO S.

REquiris quid agam? 16 quo noſti diſtringor officio. amicis deſervio, ſtudeo interdum; quod non 17 interdum, ſed ſolum ſemperque facere, non audeo dicere rectius, certe beatius erat: 18 te alia omnia quam 19 quæ' velis agere, moleſte 20 ferrem, niſi ea quæ agis eſſent honeſtiſſima. Nam &

1 Deeſt *Bod.* 2. 2 Videtur potius ita legendum: *Illud ſerio vide.* lepide enim agit cum amico ſuo *Plinius.* 3 Video mihi ut *Bod.* 1. *Lin.* Volo ut mihi *Bod.* 2. 4 Impendi in operam *Bod.* 2. *Vulg.* 5 Ne *Ald.* 6 Legeres *Ald.* 7 Improbares negareſque *Ald.* 8 Illius *Lin.* 9 Repoſceres *Ald.* 10 Deeſt *Bod* 1. *Lin. Ald.* 11 Omnia *MS. Cl. Min.* 12 Beatos *Lin.* 13 Corneliæ *Lin.* 14 Pro *ex* *Latinius* legit *HS.* 24 *Ex* deleri vult *Latin.* 15 Fabato Proſocero *Bod.* 1. 16 Quæ *Bod.* 1. *Ald.* Quod *Bod.* 2. 17 Interdum ſolum, ſed ſolum *Lin.* 18 Et alia *Ald.* 19 Deeſt *Lin.* 20 Ferre *Ald.*

1 reip. ſuæ negotia curare, & diſceptare inter amicos, laude digniſſimum eſt. Priſci noſtri contubernium jucundum 2 tibi futurum ſciebam. noveram ſimplicitatem ejus, noveram comitatem: eundem eſſe, 3 quod minus noram, gratiſſimum experior, 4 quod tam jucunde officiorum noſtrorum meminiſſe 5 eum" ſcribas. Vale.

XVI. C. PLINIUS FABATO 6PRO. SOCERO SUO S.

CAleſtrium Tyronem 7 familiariſſime diligo, & privatis mihi & publicis neceſſitudinibus implicitum: ſimul militavimus, ſimul quæſtores Cæſaris fuimus. Ille me in tribunatu liberorum jure præceſſit, ego illum in prætura ſum conſecutus, quum mihi Cæſar annum remiſiſſet. ego in 8 villas ejus ſæpe ſeceſſi, ille in domo mea ſæpe convaluit. Hic nunc 9 proconſul provinciam Bæticam per Ticinum eſt petiturus. Spero, immo confido, facile me impetraturum, 10 ut" ex itinere deflectat ad te. ſi voles vindicta liberare quos proxime inter amicos manumiſiſti, nihil eſt quod verearis ne ſit hoc illi moleſtum, cui orbem terrarum 11 circumire, non erit longum mea cauſa. proinde 12 nimiam verecundiam pone, teque quid velis conſule. illi tam 13 jucundum eſt quod ego, quam mihi quod tu jubes. Vale.

XVII. C. PLINIUS 14CELERI SUO S.

SUa cuique ratio recitandi; mihi, quod ſæpe jam dixi, ut ſi quid me fugit, 15 ut certe fugit, admonear. quo magis miror quod ſcribis fuiſſe quoſdam, qui reprehenderent quod orationes omnino recitarem. niſi 16 vero" has ſolas non putant emendendas. A quibus libenter 17 requiſierim, cur concedant (ſi 18 concedant tamen) hiſtoriam debere recitari, quæ non oſtentationi, ſed fidei veritatique componitur: cur

1 Reip. ſuæ negotiis curare & diſcept. *Bod.* 1. *Lin.* Reip. ſervire negotiis & diſcept. *Pal.* Reip. ſuæ negotia agere & diſcept. *Bod.* 2. 2 Mihi *Bod.* 1. 2. *Lin.* 3 Quo *Bod.* 1. *Lin.* 4 Quo tam juc. *Lin.* Quoniam juc. *Pal.* Cum *Ald.* quo modo legend. cenſet *Grut.* 5 Deeſt *Bod* 2. 6 Socero *Ald.* 7 Familiariſſimum *Lin.* 8 Villa *Lin.* 9 Proconſuli *Bod.* 1. *Lin.* Proconſule *Steph.* 10 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin.* 11 Circuire *Bod.* 2. 12 Nimis iſtam *Bod.* 1. *Lin. Steph.* Nimium iſtam *Bod.* 2. *Ald.* 13 Jucundum mihi q. t. jubes *Bod.* 1. *Lin.* Jucundum quam mihi q t. j. *Bod.* 2. Juc. quod ego &c *Ald.* 14 Colori *Bod.* 1. 15 Ut quid me fugit *Bod.* 2. Ut tute fugit *Bod.* 1. 16 Deeſt *Bod.* 1. *Lin.* 17 Requiſieris *Lin.* Requiſieram *Ald.* 18 Concedunt *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald. Steph.*

1 tragœdiam, quæ non auditorium, 2 ſed ſcenam & 3 actores: 4 cur lyrica, quæ non lectorem", ſed chorum & lyram poſcunt? At horum recitatio uſu jam recepta eſt: 5 num ergo culpandus eſt ille qui cœpit? quanquam orationes 6 quoque" & noſtri quidam & Græci lectitaverunt. Supervacuum tamen eſt recitare quæ dixeris, 7 etiamſi eadem omnia iiſdem omnibus, 8 ſi" ſtatim recites: 9 ſi vero multa inſeras, multa commutes; ſi 10 quoſdam novos, quoſdam eoſdem, ſed poſt tempus, aſſumas; cur minus probabilis ſit cauſa recitandi quæ dixeris, quam edendi? Sed difficile eſt ut oratio dum recitatur, ſatisfaciat. Jam hoc ad laborem recitantis pertinet, non ad rationem non recitandi: nec vero ego dum recito, laudari, ſed dum 11 legor, cupio. Itaque nullum emendandi genus omitto: 12 ac primum quæ 13 ſcripſi, mecum ipſe pertracto: deinde duobus aut tribus lego, mox aliis trado annotanda: notaſque eorum, ſi dubito, cum uno rurſus aut 14 altero penſito, noviſſime pluribus recito: ac, ſi 15 quid" mihi credis, 16 tunc" acerrime emendo. nam tanto diligentius, quanto ſolicitius, intendo. Optime autem reverentia, pudor, metus judicant. Idque adeo ſic habe. Nonne, ſi loquuturus 17 es cum aliquo, quamlibet docto, uno tamen, minus commoveris quam 18 ſi" 19 cum" multis vel indoctis? Nonne, quum ſurgis ad agendum, 20 tum maxime tibi ipſe diffidis? 20 tum commutata, non 21 dico" plurima, ſed omnia cupis? Utique, ſi latior ſcena, & corona diffuſior. nam illos quoque ſordidos pullatoſque reveremur. Nonne, ſi prima 22 quæque improbari 23 putas, debilitaris & concidis? Opinor; quia in numero ipſo eſt quoddam magnum collatumque conſilium: quibuſque ſingulis judicii parum, omnibus plurimum, Itaque Pomponius Secundus (24 hic" ſcriptor tragœdiarum) ſi 25 quid for-

1 Tragœdias *Bod.* 1. 2 Deſunt uſque ad *ſed chor. Bod.* 1. 3 Actorem *Bod.* 2. Actionem *MS. Cl. Min.* 4 Et cur *Lin.* 5 Non ergo culpandus eſt ille qui cœperit. *Bod.* 1. *Pal.* Non ergo &c. qui cœpit. *Lin.* Non ergo culpandus ego, ſed ille qui cœpit. *Vulg.* 6 Deeſt *Bod.* 2. *Lin.* 7 Ita omnes. Sed illud *etiamſi* non habet, cui reſpondeat; nam verba, *ſi vero multa &c.* nihil faciunt ad id. Quare (ut monuit *Scheff.*) ita locus totus eſt legendus: *ſupervacuum tamen eſt, recitare, qua dixeris etiam, ſi eadem omnia, ſi iiſdem omnibus, ſi ſtatim recites: ſi vero multa inſeras.* Senſus certiſſimus. Supervacuum eſt recitare non alia modo, ſed ea etiam, quæ dixeris, ſi eadem omnia recites. 8 Deeſt *Bod.* 2. 9 Si vero multa inſeras, ſi m. c. *Bod.* 1. 2. *Ald.* Si non multa inferas, ſi m. commiſcas *Lin.* 10 Quoſdam tuos, quoſd. eoſd. *Bod.* 1. 2. *Lin.* Quoſd. alios, q. eoſd. *Vulg.* 11 Lego *Bod.* 1. 12 Nunc primum *Bod.* 2. 13 Scribis *Bod.* 1. *Lin.* 14 Cum altero *Bod.* 1. *Lin.* 15 Deeſt *Lin.* 16 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin.* 17 Eſſes *Lin.* 18 Deeſt *Bod.* 1. 2. 19 Deeſt *Lin.* 20 Tunc *Bod.* 2. *Lin.* 21 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin.* 22 Quoque *Bod.* 1. 23 Putes *Bod.* 2. *Lin.* 24 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin.* 25 Quidem *Lin.*

te familiarior amicus [1] tollendum, ipſe retinendum arbitraretur, dicere ſolebat, *Ad populum provoco*: atque ita ex populi vel ſilentio vel aſſenſu aut ſuam aut amici ſententiam ſequebatur. Tantum ille populo dabat. Recte an ſecus, nihil ad me. ego enim non populum advocare, ſed certos electoſque ſoleo, quos intuear, quibus credam, quos denique & tanquam ſingulos obſervem, [2] & tanquam non ſingulos timeam. Nam quod M. Cicero de ſtylo, ego de metu ſentio. Timor eſt emendator [3] acerrimus. hoc ipſum, quod nos recitaturos cogitamus, emendat: quod auditorium [4] ingredimur, emendat: quod pallemus, horreſcimus, circumſpicimus, emendat. Proinde non pœnitet me conſuetudinis meæ, quam utiliſſimam experior. adeoque non deterreor ſermunculis iſtorum, ut ultro te rogem monſtres aliquid quod his addam. nihil enim curæ meæ ſatis eſt. Cogito, quam ſit magnum dare aliquid in manus hominum: nec perſuadere mihi poſſum, non & cum multis & ſæpe tractandum, quod placere & ſemper & omnibus cupias. Vale.

XVIII. C. PLINIUS CANINIO SUO S.

DEliberas mecum quemadmodum pecunia, quam municipibus noſtris in epulum obtuliſti, poſt te [5] quoque" ſalva ſit. honeſta conſultatio, non expedita ſententia. Numeres reip. ſummam? Verendum eſt ne [6] dilabatur: des agros? ut publici negligentur. Equidem nihil commodius invenio quam quod ipſe feci. Nam [7] pro' quingentis millibus nummûm, quæ in alimenta ingenuorum [8] ingenuarumque" promiſeram, agrum ex meis longe pluris [9] actori publico mancipavi: eundem vectigali impoſito recepi, tricena millia annua daturus. Per hoc enim & reipublicæ ſors in tuto, nec redditus incertus, & ager ipſe propter id quod vectigali [10] large ſupercurrit, ſemper dominum, à quo exerceatur, inveniet. Nec ignoro, [11] me plus aliquanto, quam donaſſe videor, [12] erogaviſſe, cum pulcerrimi agri pretium neceſſitas vectigalis infregerit.

1 Tolleret, ipſe *Bod.* 1. Tolleret, dum ipſe *Lin. Vulg.* 2 Deeſt *Bod* 2. 3 Aſperrimus *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald.* 4 Ingreditur *Lin.* 5 Deeſt *Bod.* 1. *Lin.* 6 Dilabatur de ſucco [gloſſa in mar. *erario*] ſicut publica negliguntur *Bod* 2. Dilabatur de ſacris, ut publicæ neg. *Bod* 1. *Lin.* Dilabantur ad ſacros, quæ ut publicæ negliguntur. *Vulg.* Quidam malint: *dilabatur ad ſacros, ut publici neg.* 7 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin.* 8 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin. MS. Cl. Min.* 9 Auctori *Bod.* 1. Auctoritate publica *Bod.* 2. Exactori *Vulg.* perperam. Nam & *Tacitus* annal. II. 30. *mancipari ſingulos actori publico jubet*, ubi *Lipſium* adiiſſe omnino pretium erit. 10 Longe *Vulg.* 11 Melius al. *Vulg.* 12 Caviſſe, cum *Ald. Vulg.*

Sed

Sed oportet privatis utilitatibus publicas, mortalibus æternas anteferre: 1 multoque diligentius muneri ſuo conſulere quam facultatibus. Vale.

XIX. C. PLINIUS PRISCO SUO S.

ANgit me 2 Fanniæ valetudo. 3 Contraxit hanc dum aſſidet Juniæ, virgini 4 Veſtali", ſponte primum: (5 eſt enim affinis) deinde etiam ex auctoritate pontificum. Nam virgines, quum vi morbi 6 atrio Veſtæ coguntur excedere, matronarum curæ cuſtodiæque mandantur: quo munere Fannia dum ſedulo fungitur, hoc diſcrimine implicita eſt. 7 Inſident febres, tuſſis increſcit, ſumma macies, ſumma defectio, animus tantum & ſpiritus 8 viget. Helvidio marito, Thraſea patre 9 digniſſima: reliqua labuntur, 10 meque non metu tantum, verum etiam dolore conficiunt. Doleo enim 11 maxime, fœminam eripi oculis civitatis, neſcio an aliquid ſimile 12 viſuris. Quæ caſtitas 13 illius? quæ ſanctitas? quanta gravitas? quanta conſtantia? Bis maritum ſequuta in exſilium eſt, tertio ipſa propter maritum relegata. Nam quum Senecio reus eſſet, quod de vita Helvidii libros compoſuiſſet, rogatumque ſe à Fannia in defenſione dixiſſet, quærente minaciter 14 Mettio Caro *an rogaſſet*, reſpondit; Rogavi: 15 *an" commentarios ſcripturo dediſſet?* Dedi: *an ſciente matre*, 16 Neſciente. Poſtremo nullam vocem cedentem periculo emiſit. Quin etiam illos ipſos libros, quanquam ex neceſſitate & metu temporum abolitos, ſenatuſconſulto publicatis bonis, ſervavit, habuit, tulitque in exſilium exſilii 17 cauſam. Eadem quam jucunda, quam comis, quam deinde (quod paucis datum eſt) non minus amabilis quam 18 veneranda? 19 Erit ſane, quam poſtea uxoribus noſtris oſtentare poſſimus: erit, à qua viri quoque fortitudinis exempla ſumamus; 20 quam ſic cernentes audienteſque 21 miramur, ut illas quæ leguntur. Ac mihi do-

1 Multoſque *Ald.* 2 Familiæ *Lin.* 3 Quam contraxit dum *Bod.* 2. 4 Deeſt *Bod.* 1 2. *Lin. Ald.* 5 Quæ eſt affinis *Bod* 2. 6 Ex atrio *Bod.* 2. 7 Inſidens febris, &c. *Bod.* 1. 2. *Lin.* Inſidens febris tuſſis increſcens *Pal.* Inde factum editionibus exoletis: *inſident febris, tuſſis, orexis, &c.* Legitur item: *inſidens febris tuſſim ingeſſit.* 8 Ita omnino legendum, certe ita diſtinguendum. Recentius enim editi, *vigent. Helvidio marito, Thraſea patre digniſſima.* 9 Digniſſimus *Bod.* 1. 2. *Lin.* 10 Neque metu *Bod* 1. 11 Maximum *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald.* 12 Viſurus *Bod.* 1. 2. *Lin.* 13 Illi *Bod.* 2. *Ald.* 14 Metio *Bod.* 1. 2. *Lin.* 15 Deeſt *Bod.* 1. *Lin.* 16 An neſ. *Lin.* 17 Cauſa *Bod.* 1. 18 Verecunda *MS. (l. Min.* 19 Erit ne quam *Bod.* 1. *Ald.* Nec erit quam *Lin.* 20 Quam ſi cern. *Bod.* 1. *Lin.* Quæ ſic cer. *Ald.* 21 Miremur *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald. Steph.*

mus ipſa nutare, convulſaque ſedibus ſuis ruitura ſupra videtur, licet adhuc poſteros habeat. quantis enim virtutibus, quantiſque factis [1] aſſequentur, ut hæc non noviſſima occiderit? Me quidem illud etiam affligit & torquet, quod [2] matrem ejus, illam (nihil poſſum illuſtrius dicere) tantæ fœminæ matrem, rurſus videor amittere, quam hæc ut reddit ac refert nobis, ſic [3] auferet ſecum, meque & novo [4] pariter & reſciſſo vulnere afficiet. Utramque colui, utramque dilexi: utram magis neſcio, nec diſcerni volebant. habuerunt officia mea in ſecundis, habuerunt in adverſis. Ego ſolatium relegatarum, ego ultor reverſarum: non feci tamen paria, atque eo magis hanc cupio ſervari, ut mihi ſolvendi tempora ſuperſint. In [5] his eram curis quum ſcriberem ad te; [6] quas ſi deus [7] aliquis in gaudium verterit, de metu non querar. Vale.

XX. C. PLINIUS TACITO SUO S.

Librum tuum legi, & quam diligentiſſime potui, annotavi quæ commutanda, quæ eximenda arbitrarer. Nam & ego verum dicere aſſuevi, & tu libenter audire. Neque enim ulli patientius reprehenduntur, quam qui maxime laudari merentur. Nunc à te librum meum cum annotationibus tuis exſpecto. O jucundas, ô pulcras vices! Quam me delectat, quod, ſi qua poſteris cura noſtrî, uſquequaque narrabitur, qua concordia, ſimplicitate, fide vixerimus! Erit rarum [8] & inſigne, duos homines ætate, [9] dignitate propemodum æquales, nonnullius in literis nominis (cogor enim de te quoque parcius dicere, quia de me [10] ſimul dico) alterum alterius ſtudia foviſſe. Equidem adoleſcentulus, quum iam [11] tu fama gloriaque [12] floreres, te ſequi, tibi [13] longo, ſed proximus intervallo & eſſe & haberi concupiſcebam. Et erant multa clariſſima ingenia; ſed tu mihi ([14] ita ſimilitudo naturæ ferebat) maxime imitabilis, [15] maxime imitandus videbaris. Quo magis gaudeo, quod, ſi quis de ſtudiis ſermo, [16] una nominamur; [17] quod de te loquentibus ſtatim

1 Aſſequerentur *Bod.* 1. 2 Morte *Vulg.* 3 Auferat *Bod.* 1. *Lin. Ald.* 4 Pariter diſciſſo *Bod.* 1. 5 His enim er. *Bod.* 2. 6 Quæ *Bod.* 1. 2. *Lin.* 7 Aliquod *Bod.* 1. 8 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin.* 9 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin. Pal.* 10 Similiter *Lin.* 11 Tua *Bod.* 1. *Lin.* 12 Floreret *Bod.* 1. *Lin.* 13 Gaudet *Secundus* ſuis epiſtolis inſerere *Virgiliana* carmina. Hic enim inquit, [Æn V. v. 320.]

Primus obit, longoque ante omnia corpora Niſus
Emicat, hinc longo, ſed proximus intervallo
Inſequitur Salius. -----

14 Iſta *Bod.* 1. *Lin.* 15 Deſunt *Bod.* 1. 16 Unus *Lin.* 17 Quod ego de te, tu de me loquentibus ſtatim occurris *Bod.* 2.

1 occurro

1 occurro. 2 Nec deſunt qui uni ut utrique noſtrûm præferantur. 3 Sed nihil intereſt mea, quo loco jungimur. Nam 4 hoc ego primus, 5 quia tu proximus: & ego proximus, quia tu primus. Quin etiam in teſtamentis debes annotaſſe, niſi quis forte alterutri noſtrûm amiciſſimus, 6 eadem legata, & quidem pariter, accipimus". Quæ omnia huc ſpectant, ut invicem ardentius diligamus, cum tot vinculis nos ſtudia, mores, fama, ſuprema denique hominum judicia conſtringant. Vale.

XXI. C. PINIUS 7 CORNUTO SUO S.

PAreo, collega cariſſime, & infirmitati oculorum, ut jubes, conſulo. Nam & 8 huc, 9 tecto vehiculo undique incluſus, quaſi in cubiculo", perveni; & 10 non ſtylo 11 modo, verum etiam lectionibus difficulter, ſed abſtineo, ſoliſque auribus ſtudeo. cubicula obductis velis opaca, nec tamen obſcura, facio. Cryptoporticus quoque, adopertis inferioribus feneſtris, tantum umbræ quantum luminis 12 habet. ſic paulatim lucem ferre condiſco. Balineum aſſumo, 13 quia" prodeſt: vinum, 14 quia" non nocet; parciſſime tamen. Ita aſſuevi, & nunc cuſtos adeſt. 15 Gallinam, ut à te miſſam, libenter accepi; quam ſatis acribus oculis, quanquam adhuc lippus, pinguiſſimam vidi. Vale.

1 Occurris *Bod.* 1. *Lin.* Occurrit *MS. Pl. Min.* 2 Nec deſunt qui utrumque noſtrûm præferant *Bod* 1. Nec deſunt qui utrique noſtrûm præferantur *Bod.* 2. *Lin. Pal. Ald.* Sed *MS. Weſtm.* & Edd. vulg. ut nos edidimus. Neutrum *Gruter* placet, cui id dici videtur, eſſe, qui *Tacitum Plinio*, & contra, qui *Plinium Tacito* præferrent: pro quo *Gronovius* ſcribendum cenſet; *Nec deſunt qui utrum utri noſtrûm præferant*, ſic ſenſum conſtare ratus, quem recte *Gruterus* deprehenderit. Sed nec hæc emendatio placet *Scheffero*, qui revera legendum ſuſpicatur: *Nec deſunt qui unum utrinque noſtrûm præferant.* Unum viz. noſtrûm præferunt utrinque, id eſt, jam ab hac/ jam ab illâ parte, ſic ut modo tua pars prævaleat, modo mea. 3 Sed nonnihil intereſt mea quo loco jung. *Bod.* 1. *Pal.* Sed nos (nihil intereſt mea) quo loc. j. *Bod.* 2. *Lin.* 4 In hoc primus *Bod* 1 2. *Lin.* Mihi primus *Ald.* 5 Qui à te prox. *Bod.* 2. *Lin. Ald.* Quia tibi prox. *Bod.* 1. Sic etiam legit *Gronov. Scheffer.* autem nihil putat hîc mutandum. Certe, quando legitur, *quia tibi proximus*, nunquam primus intelligitur. Atqui erant, qui nunc *Plinium*, nunc *Tacitum* facerent priorem. Qui *Plinium*, faciebant ei proximum *Tacitum*, & hoc eſt *quia tu proximus.* Sed nec ſequentia permittunt, locum aliter legi, propter oppoſitionem. Nam alias in his, *quia tibi proximus, & ego proximus*, oppoſitio eſt nulla, ſed eadem potiùs dicuntur. 6 Deſunt *Bod.* 1. 2. *Lin.* 7 *Cornuto Fuſco* in quibuſd. edd. 8 Tunc *Ald. Steph.* 9 Deſunt *Bod.* 2. 10 Hîc non *Bod.* 1. *Lin. Ald.* 11 Meo *Lin.* 12 Habent. Paulatim *Ald.* 13 Deeſt *Bod.* 1. *Lin.* Et prodeſt *Bod.* 2. 14 Deeſt *Lin.* 15 Gallinas *Ald.* Sic etiam in vocib. ſeqq numero plurali utitur.

XXII.

XXII. C. PLINIUS FALCONI SUO S.

MInus miraberis me tam instanter petisse, ut in amicum meum conferres tribunatum, quum scieris quis ille qualisque. Possum autem [1] jam tibi & [2] nomen indicare, & describere ipsum, postquam polliceris. [3] Est" Cornelius [4] Minutianus, ornamentum regionis meæ, seu dignitate, seu moribus: natus splendide, abundat facultatibus, amat studia, ut solent pauperes. [5] Idem rectissimus judex, fortissimus advocatus, fidelissimus amicus. Accepisse te beneficium credes, quum propius inspexeris hominem, omnibus honoribus, omnibus titulis (nihil volo [6] elatius de modestissimo viro dicere) parem. Vale.

XXIII. C. PLIN. FABATO PROSOCERO SUO S.

GAudeo quidem esse te tam fortem, ut Mediolani occurrere Tyroni possis: sed, ut perseveres esse tam fortis, rogo, [7] ne tibi contra rationem ætatis tantum laboris injungas. Quinimmo denuncio, ut illum & domi, & intra domum, atque [8] etiam" intra cubiculi limen, exspectes. Etenim quum à me ut frater diligatur, non debet ab eo, quem ego parentis loco observo, exigere officium quod parenti suo remisisset. Vale.

XXIV. C. PLINIUS GEMINIO SUO S.

[9] NUmidia Quadratilla paulo minus octogesimo ætatis anno decessit, usque ad novissimam valetudinem viridis, atque etiam ultra matronalem modum compacto corpore & robusto: decessit honestissimo testamento. Reliquit [10] hæredes, ex besse nepotem, ex tertia parte neptem. Neptem

1 Etiam *Lin.* 2 Nomine *Bod.* 2. 3 Deest *Bod.* 1. 4 Minitianus *Bod.* 1. *Lin. Ald.* In *Bod.* 2. autem legitur: *Cornelium Minutianum.* 5 Is est rect. *Bod.* 1. *Lin.* 6 Clarius *Bod.* 1. Et sic in quod. exemplari *Francofurtensi*, an. MDCXI. 7 *Scheff.* leg. *ut ne tibi.* 8 Deest *Bod.* 1. 2. *Lin.* 9 Valmidia *Bod.* 2. Commidia *Vulg.* Unimidia *Pal.* Quod inde natum putarit *Grut.* quoniam primam literam minio perscribi vellent. *Umidia* sive *Ummidia* scribend. ut ostendi l. VI. ep. 11. 10 Hæredes ex asse nepotem *Bod.* 1. Hæredes ex duabus partibus de se nepotem *Bod* 2.

8 parum

1 parum novi: nepotem familiariſſime diligo, adoleſcentem ſingularem, nec iis tantum, quos ſanguine attingit, inter propinquos 2 amandum: ac primum, conſpicuus forma omnes ſermones malignorum & puer & juvenis evaſit: intra quartum & viceſimum annum maritus, &, ſi deus annuiſſet, pater. vixit in contubernio aviæ 3 delicatæ ſeveriſſime, & tamen obſequentiſſime. Habebat illa pantomimos, fovebatque effuſius quam principi fœminæ 4 conveniret. Hos Quadratus non in theatro, non 5 domi ſpectabat; nec illa exigebat. 6 Audii ipſam, quum mihi commendaret nepotis ſui ſtudia, ſolere ſe 7 ut" fœminam in illo otio 8 ſexus, laxare animum luſu calculorum, ſolere ſpectare pantomimos ſuos; ſed quum 9 factura eſſet alterutrum, ſemper ſe nepoti ſuo præcepiſſe, abiret, ſtuderetque: quod mihi non amore ejus magis facere quam reverentia videbatur. Miraberis, 10 & ego miratus ſum. Proximis ſacerdotalibus ludis, productis in commiſſione pantomimis, quum ſimul theatro ego & Quadratus egrederemur, ait mihi; *Scis me hodie primum vidiſſe ſaltantem aviæ meæ libertum?* Hoc nepos. At, hercule, alieniſſimi homines in honorem 11 Quadratillæ (pudet me dixiſſe honorem") 12 per adulationis officium, in theatrum 13 curſitabant, exſultabant, plaudebant, mirabantur: ac deinde ſingulos geſtus dominæ cum canticis reddebant; qui nunc 14 exiguiſſima legata theatralis operæ corollarium accipient ab hærede 15 qui non ſpectabat". 16 Quorſum hæc? quia ſoles, ſi quid incidit novi, non invitus audire: deinde, quia jucundum 17 eſt mihi quod ceperim gaudium ſcribendo retractare. Gaudeo enim pietate defunctæ, honore optimi juvenis: lætor etiam quod domus aliquando C. Caſſii, hujus qui Caſſianæ ſcholæ princeps & parens 18 fuit", ſerviet domino non minori 19 Implebit enim illam Quadratus meus 20 ut decebit, rurſuſque 21 ei priſtinam dignitatem, 22 celebritatem", gloriam [22 que] reddet, quum tantus orator inde procedet, quantus juris ille conſultus. Vale.

1 Parvam *Ald.* 2 Amandus *Bod.* 1. *Lin.* 3 Sic ſcribend. non ut vulg. *delicate.* 4 Convenit *Lin.* 5 Domo *Bod.* 1. 2 *Lin.* 6 Ajebat ipſa *Bod.* 2. 7 Deeſt *Bod.* 1. 8 Ita legend. non *ſenii.* 9 Facturus *Bod.* 1. *Lin.* 10 Ut *Bod.* 1. 11 Deſunt *Bod.* 1. 12 *Gruter.* videtur tollendum *per*, & parentheſis ultra *officium* proferenda. 13 Curſ. exult. mirab. *Bod.* 1. 2. Curſ. mirab *Lin.* 14 Exigua *Bod.* 1. 15 Deſunt *Vulg.* 16 Hæc quia *Bod.* 1. *Lin.* Hæc ſcripſi, primum quia *Bod.* 2. Hæc ſcripſi, quia *Ald. Steph.* Quorſum ſcribebam hæc? quia *Vulg.* Ego ſcripturam membranarum *Neuſtetteri* ſecutus ſum. 17 In hoc quod cep. *Bod.* 1. *Lin.* Eſt mihi q. ceperam *Ald* 18 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin. Pal.* 19 Implevit *Bod.* 1. 2. *Lin.* 20 Et decedit *Bod.* 1. *Lin.* Et excedet *Bod.* 2. *Steph.* Et excedit. *Vulg.* Et decebit *Ald.* 21 Et priſt. *Bod.* 1. 2. *Lin.* 22 Deeſt *Lin.* 23 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Ald.*

XXV. C. PLINIUS [1]RUFO SUO S

O Quantum eruditorum aut modeſtia [2]ipſorum", aut quies, operit [3] & ſubtrahit famæ! At nos eos tantum dicturi aliquid aut lecturi timemus, qui ſtudia ſua proferunt: quum illi qui tacent, [4]hoc' amplius præſtent, quod maximum opus ſilentio reverentur. Expertus ſcribo [5]quod ſcribo'. Terentius Junior, equeſtribus militiis, atque etiam procuratione Narbonenſis provinciæ integerrime functus, recepit ſe in agros ſuos, [6] paratiſque honoribus tranquilliſſimum otium prætulit. Hunc ego invitatus hoſpitio, ut bonum patrem familiæ, ut diligentem agricolam intuebar, de [7]his locuturus, in quibus illum verſari putabam: & cœperam, quum ille me doctiſſimo ſermone revocavit ad ſtudia. Quam terſa omnia? quam Latina? [8]quam Græca"? Nam tantum utraque lingua valet, ut ea magis videatur excellere, [9]quam cum maxime loquitur. Quantum ille legit? quantum tenet? Athenis vivere hominem, non in villa, putes. Quid multa? Auxit ſolicitudinem meam, effecitque ut illis quos doctiſſimos novi, non minus hos ſeductos & quaſi ruſticos verear. Idem ſuadeo tibi. ſunt enim ut in caſtris, ſic etiam in literis noſtris plures cultu pagano, quos [10]cinctos & armatos, & quidem ardentiſſimo ingenio, diligentius ſcrutatus invenies. Vale.

XXVI. C. PLINIUS MAXIMO SUO S.

[11]NUper me cujuſdam amici [12]languor admonuit, optimos eſſe nos dum infirmi ſumus. Quem enim infirmum aut avaritia aut libido ſolicitat? Non amoribus ſervit, non appetit honores, opes negligit, & quantulumcunque, ut relicturus, ſatis habet: [13]tunc deos, tunc hominem eſſe [14]ſe" meminit: invidet nemini, neminem miratur, neminem deſpicit, ac ne ſermonibus quidem [15]malignis aut attendit, aut alitur: balinea imaginatur & fontes. Hæc ſumma curarum, ſum-

1 Ruſſo *Bod.* 1. 2. *Lin.* 2 Deeſt *Lin.* 3 Ac *Bod* 1. 2. *Lin.* 4 Deeſt *Bod* 1. 5 Deſunt *Bod.* 1. 2. 6 Speratiſque *Ald. Vulg.* Spretiſque *ex conjectura Latinii* 7 Iis *Bod.* 2. 8 Deſunt *Lin.* 9 Qua *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald.* 10 Cultos *Bod.* 2. 11 Nuperrime cuj *Bod.* 2. 12 Languor ἐκλιχὸς *Vulg.* Languor νόσῳ *item legitur.* 13 Tunc deum *Bod.* 2. *Gruterus* aliquando ſuſpicabatur: *tunc deos, tunc homines eſſe meminit*: ut ſit ſimile illi *Salluſtiano*, [Jugurth. cap. XXIV.] *Jugurtham tanta libido exſtinguendi me invaſit, ut neque nos, neque deos immortales in animo habeat, &c.* contra tamen fidem MSS. 14 Deeſt *Bod.* 1. 15 Malignus *Ald.*

ma

ma votorum; mollemque in posterum & pinguem, si contingat evadere, hoc est 1 innoxiam beatamque destinat vitam. Possum ergo quod 2 pluribus verbis, 2 pluribus etiam voluminibus, philosophi 3 docere conantur, ipse breviter tibi mihique præcipere, ut tales esse sani perseveremus, quales nos futuros profitemur infirmi. Vale.

XXVII. C. PLINIUS SURÆ SUO S.

ET mihi discendi & tibi docendi facultatem otium præbet. Igitur perquam velim scire, esse 4 aliquid" 5 phantasmata, 6 & habere propriam figuram 7 numenque aliquod putes, 8 an inania & vana ex metu nostro imaginem accipere. Ego ut esse credam, in primis eo ducor quod audio accidisse Curtio 9 Rufo. Tenuis adhuc & obscurus obtinenti 10 Africam comes hæserat: 11 inclinato die spatiabatur in porticu: offertur ei mulieris figura, humana grandior pulcriorque: perterrito Africam se futurorum 12 prænunciam dixit: 13 iturum enim Romam, honoresque gesturum, atque etiam cum summo imperio in eandem provinciam reversurum, ibique moriturum. Facta sunt omnia. Præterea accedenti Carthaginem, egredientique 14 navem, eadem figura in littore occurrisse narratur. Ipse certe implicitus morbo, futura præteritis, adversa secundis auguratus, spem salutis, nullo suorum desperante, projecit. Jam illud, nonne 15 &" magis terribile, & non minus mirum est, quod exponam ut accepi? Erat Athenis spatiosa & capax domus, sed infamis & pestilens. per silentium noctis sonus ferri, &, si attenderes acrius, strepitus vinculorum longius primo, 16 deinde è proximo reddebatur. mox apparebat 17 idolon, senex macie & squallore confectus, promissa barba, horrenti capillo, cruribus compedes, manibus catenas gerebat quatiebatque: inde inhabitantibus tristes 18 diræ-

1 Innoxiam deo tanquam destinat *Bod.* 2. 2 Plurimis *Bod.* 1. 2. 3 Dicere *Bod.* 1. 4 Deest *Bod* 1 2. *Lin. Ald. Steph.* 5 Sic legunt MSS. nostri, uti etiam *Westm.* & *Pal.* Nec aliter edd vett. Sed *Casaubonus phasmata* commendat. φάσμα enim veteri Glossario *mostellum* Latinè vertitur, quod diminutivum est ex antiquo *mostrum*, pro quo *monstrum* postea dixerunt. 6 Sed hab. *Bod.* 1. Seu hab. *Bod.* 2. 7 Nunquam aliquod *Bod.* 2. Nomenque al. *Lin.* 8 Inane sed vanam *Bod.* 1. 2. *Lin.* Inanem & varíam *Vulg.* 9 Rufso *Lin.* 10 Aphricam *Lin.* & sic infra. Recte, pro etymologia quorundam. Perperam tamen. Nec sic unquam legitur in lapidibus, numis, &c. 11 Secus *Tacitus.* Nam *per medium diei* accidisse asserit. Vide *Tacit.* Annal. l. XI. 12 Provinciam *Bod.* 1. 13 Et venturum Rom. *Bod.* 1. 2. *Lin. Pal* Iturum eum Rom. *ex conjecturâ Grut.* 14 Nave *Bod.* 1. 2. *Lin.* 15 Deest *Lin.* 16 Sic scribit *Casaub.* vulgò enim, *deinde proximo.* 17 Senex idolon mac. *Ald.* 18 Duræque *MS. Cl. Min.*

que noctes per metum [1] vigilabantur: [2] vigiliam" morbus & creſcente formidine mors ſequebatur. Nam interdiu quoque, quanquam [3] abſceſſerat imago, memoria imaginis oculis [4] inhærebat: [5] longioriſque cauſa timoris timor erat. Deſerta inde & damnata ſolitudine domus, totaque illi monſtro relicta: proſcribebatur tamen [6] ſeu quis emere', [7] ſeu quis conducere ignarus tanti mali vellet. Venit Athenas philoſophus Athenodorus, legit titulum: auditoque pretio, [8] quia ſuſpecta vilitas, percunctatus, omnia docetur, ac nihilominus, immo tanto magis, conducit: ubi [9] cœpit adveſperaſcere, jubet ſterni ſibi in prima domus parte, poſcit pugillares, ſtylum, lumen: ſuos omnes in interiora dimittit, ipſe ad ſcribendum, animum, oculos, manum intendit, ne vacua mens audita ſimulacra & inanes ſibi metus fingeret. [10] Initio, quale ubique, ſilentium [11] noctis", deinde concuti ferrum, vincula moveri: ille non tollere oculos, non remittere ſtylum, ſed obfirmare animum, [12] auribuſque prætendere: [13] tum crebreſcere fragor, adventare etiam, [14] ac jam ut in limine, jam [15] ut intra limen audiri: reſpicit, videt, agnoſcitque narratam [16] ſibi" effigiem: ſtabat innuebatque digito ſimilis vocanti: hic contra ut [17] paululum exſpectaret, [18] manu' ſignificat, rurſuſque ceris & ſtylo incumbit: illa ſcribentis capiti [19] catenis inſonabat: reſpicit rurſus idem quod prius innuentem: nec moratus tollit lumen, & ſequitur. Ibat illa lento gradu, quaſi gravis vinculis. poſtquam deflexit in aream domus, repente dilapſa [20] deſerit comitem; deſertus herbas & folia concerpta ſignum loco ponit. Poſtero die adit magiſtratus, monet ut illum locum effodi jubeant. [21] Inveniuntur oſſa inſerta catenis & implicita, quæ corpus [22] ævo terraque putrefactum nuda & exeſa reliquerat vinculis: collecta publice ſepeliuntur: domus poſtea [23] rite conditis manibus caruit. Et hæc quidem

1 Vigilabatur *Bod.* 1. Vigilabant *Lin.* 2 Deeſt *Ald.* 3 Diſceſſerat *Lin.* 4 Inerrabat *Lin. Pal. Vulg.* 5 Longiorque cauſa *Bod.* 1. Longiorque cauſis *Bod.* 2 *Lin.* 6 Deſunt *Bod.* 1. 2. *Lin. MS. Cl. Min.* 7 Si *Lin.* 8 Et ſuſpecta *Bod.* 2. Suſpectaque *Lin.* 9 Cœperit *Lin.* 10 Initioque ubique *Bod.* 1. *Lin. Pal.* Initioque quale ubique *Bod.* 2. 11 Deeſt *Bod.* 1. *Lin.* 12 Auribuſque manum præt. *Bod* 2. *Vulg.* Auribus præt. *Lin.* 13 Concrebreſcere frag *Lin.* 14 Ut limine *Bod.* 1. *Lin.* Et limine *Bod.* 2. 15 Et *Bod.* 2. 16 Deeſt *Bod.* 2. 17 Paulum *Bod.* 1. 2. 18 Deeſt *Lin.* 19 Catena *Lin.* 20 *Bod.* 1. pro *deſ. eam.* habet *corruit.* 21 Inveniunt *Bod.* 1. *Lin.* 22 Acervo *Bod* 2. 23 De varietate lect. turbas faciunt interpretes. *Caſaubonus* cum videret, non exprimi, quo domus caruerit, & itaque mutilum locum eſſe exiſtimaret, legendum putabat *d. p. r. conditis manibus, damonibus caruit*, vel *phaſmatibus caruit*, aut etiam *metu caruit.* Ita explevit ex *Luciani* verbis de eadre [in *Philopſeud.*] ἐκεῖνον μὲν οὖν ἐξέλαμεν, ἀνορύξαντες, ἡ δὲ οἰκία δὲ τὸ ἀπ' ἐκείνης ἐπαύσατο ἐνοχλουμένη ὑπὸ τῶν φασμάτων. Rectius *Gruterus*: *rite conditis manibus, manibus caruit.* quem ſecutus

dem affirmantibus credo; illud affirmare aliis poſſum. Eſt libertus mihi [1] Marcus", non illiteratus. cum hoc minor frater eodem lecto quieſcebat. is viſus eſt ſibi cernere quendam in toro [2] reſidentem, admoventemque capiti ſuo cultros, atque etiam ex ipſo vertice amputantem capillos. Ubi illuxit, ipſe [3] circa verticem tonſus, capilli jacentes reperiuntur. Exiguum temporis medium, & rurſus ſimile aliud priori fidem fecit. Puer [4] in pædagogio miſtus pluribus dormiebat; venerunt per feneſtras (ita [5] narrat) [6] in" tunicis albis duo, cubantemque detonderunt; & qua venerant, receſſerunt. Hunc quoque tonſum, ſparſoſque [7] circa" capillos dies oſtendit. Nihil notabile ſecutum, niſi forte, quod [8] non' fui reus; [9] futurus", ſi Domitianus, ſub quo [10] hæc acciderunt, diutius vixiſſet. nam in ſcrinio ejus datus [11] à Caro de me libellus inventus eſt; ex quo conjectari poteſt, quia [12] reis moris eſt ſubmittere capillum, reſciſos meorum capillos [13] depulſi quod imminebat periculi ſignum fuiſſe. Proinde rogo eruditionem [14] tuam" intendas. Digna res eſt, quam diu multumque conſideres; [15] ne" ego quidem indignus, cui copiam ſcientiæ tuæ facias. Licet etiam utramque in partem, ut ſoles, diſputes; ex altera tamen fortius, ne me ſuſpenſum incertumque dimittas, cum mihi conſulendi cauſa fuerit, ut dubitare deſinerem. Vale.

cutus eſt *Buchnerus*. Omnes contra fidem MSS. Nec ſane (pace tantorum virorum) aliquid hic vitii aut difficultatis erit, ſi τὰ *manibus*, quaſi bis poſitum eſſet, accipiatur: ut ſæpe veteres loquuntur. Quaſi eſſet, *manibus, poſtquam rite conditi ſunt, caruit*. 1 Deeſt *Ald.* 2 Reſ capiti ſuo cultros admoventem *Bod* 1. *Lin.* Reſidentemque capiti ſuo cultro, atque et. &c *Bod.* 2 3 Contra *Lin.* 4 In pædagio mixtus *Lin. Vulg. Lipſius* in excurſ. ad XV. annal. *Taciti, puer è padagogio* legit: quod *padagogium* vox, non pro loco accipiatur, ubi morantur pueri, quemadmodum *Beroaldus* ad *Suetonium* interpretatus eſt; ſed pro cœtu ipſo, ſive collegio elegantiorum puerorum. Quam ad rem plura auctorum loca adducit *Lipſius*. *Puer è padagogio* eſt, quem *padagogianum Ammianus* appellat. Sed poſſumus (ut affirmat *Buchnerus*) & vulgatam. *in padagogio*, pro *inter padagogianos*, interpretari. Neque enim infrequenter *in*, pro *inter* ponitur. *Catanæus* (fateor) legit *padagium*, exiſtimans eſſe membrum domus, in quo ſervi commorantur, hîc vero cubiculum ſignificare. Verum ſic corrupte legi & ſcribi, auctor eſt *Turneb. adv.* l XXIII. c. 19. Male proinde in *Suetonio* [Ner c. XXVIII] *proagogia* ſubſtituit, cùm omnes MSS. quos viderit *Torrentius padagogia* legerint. 5 Narrabat *Bod.* 1. Narratur *Bod.* 2. 6 Deeſt *Bod.* 2. 7 Deeſt *Lin.* 8 Deeſt *Bod.* 1. 9 Deeſt *Bod* 1. 2. *Lin.* 10 Hoc acciderit *Bod.* 2 11 Acet de me *Bod.* 1. 2. *Lin.* 12 Ut reis moris *Bod.* 2. 13 Depulſis *Bod* 1. Depulſiſſe *Ald.* 14 Deeſt *Bod.* 1. *Lin.* 15 Deeſt *Bod.* 2. *Lin.*

XXVIII. C. PLINIUS [1]SEPTITIO SUO S.

AIs [2]quoſdam apud te [3]reprehendiſſe, [4]tanquam amicos meos ex omni occaſione ultra modum laudem. Agnoſco crimen, amplector [5]etiam". Quid enim honeſtius culpa benignitatis? qui ſunt tamen iſti, qui amicos meos [6]melius norint? [7]Sed ut norint", quid [8]invident mihi [9]feliciſſimum errorem? ut enim non ſint tales, [10]quales à me prædicantur, ego tamen beatus quod mihi [11]videntur. Igitur ad alios hanc ſiniſtram diligentiam conferant (nec ſunt parum [12]multi") qui carpere amicos ſuos judicium vocant; mihi nunquam perſuadebunt, ut meos amari à me [13]nimium putem. Vale.

XXIX. C. PLINIUS MONTANO SUO S.

RIdebis, [14]deinde indignaberis, ſi legeris, quod niſi legeris, non potes credere. Eſt via Tiburtina intra primum lapidem (proxime annotavi) [15]monimentum Pallantis, ita inſcriptum; Huic SENATUS, OB FIDEM PIETATEMQUE ERGA PATRONOS, ORNAMENTA PRÆTORIA DECREVIT, [16]ET [17]SESTERTIUM CENTIES QUINQUAGIES; CUJUS [18]HONORE CONTENTUS FUIT. Equidem nunquam ſum miratus quæ ſæpius à fortuna quam [19]à" [20]judicio proficiſcerentur: maxime tamen hic me titulus admonuit, quam eſſent [21]mimica & inepta quæ interdum in [22]hoc" cœnum, in has ſordes [23]abjicerentur: [24]quæ denique ille furcifer & recipere auſus eſt, & recuſare, atque etiam, ut moderationis exemplum, po-

1 Septimo *MS. Cl. Min.* 2 *Caſaub.* legi vult *quoſdam me apud te.* Sed nec ellipſis ingrata, aut à noſtri ingenio aliena eſt. 3 Reſpondiſſe *Bod.* 1. *Lin.* 4 Tanquam ſi am. *Bod.* 1. 2. *Lin.* Quod am. *Ald.* 5 Deeſt *Lin.* 6 *Caſaub.* leg. *melius me norint?* 7 Deſunt *Bod.* 1. 2. *Lin.* 8 Invidet *Bod.* 1. *Lin.* 9 Feliciſſimo errorem *Bod.* 1. *Lin.* Feliciſſimo errore *Ald. Steph.* 10 Ut à me *Bod.* 2. 11 Videtur *Bod.* 2. 12 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin.* 13 Nimis unquam putem *Bod.* 1. 2. Nimis unquam putes *Lin.* 14 Ita *MSS.* & priſcæ editiones. *Aldus* & ſequaces repetunt quædam, *indignaberis, deinde ridebis, ſi &c.* ſed ſine ratione. 15 Monumentum *Lin.* Vide quid dixi ad ep. 10. l. VI. 16 Ut *Bod.* 1. 17 Manifeſtum eſt, (inquit *Caſaub.*) legendum eſſe *ſeſtertium* ⅋, non *ſeſtertium* Sequitur enim, *cujus honore* videlicet ſeſtertii. Ita loqui ſoliti ſcriptores, *emi centies ſeſtertio: liberalitas centies ſeſtertii, &c.* 18 Honoris *Bod.* 1. *Lin.* 19 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin.* 20 Judice *Ald.* 21 Et mimica *Lin.* Inimica *Bod.* 1. *Ald.* 22 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin.* 23 Addicerentur *Bod.* 1. 2. Adjicerentur *Lin. Vulg.* 24 Quid *Bod.* 1. Quod *Bod.* 2. *Lin.*

ſteris

ſteris prodere. Sed quid indignor? ridere ſatius [1] eſt", ne ſe magnum aliquod adeptos putent, qui huc [2] felicitate perveniunt, ut rideantur. Vale.

XXX. C. PLINIUS GENITORI SUO S.

TOrqueor quod diſcipulum, ut ſcribis, optimæ ſpei amiſiſti, cujus & valetudine & morte impedita ſtudia tua; quid neſciam? cum ſis omnium officiorum obſervantiſſimus, cumque omnes quos probas, effuſiſſime diligas? Me [4] huc" quoque urbana negotia perſequuntur, [5] non delectant". [6] ſunt enim qui me [7] aut' judicem aut arbitrum [8] faciant". Accedunt querelæ ruſticorum, qui auribus meis poſt longum tempus ſuo jure abutuntur. Inſtat & neceſſitas agrorum locandorum perquam moleſta. [9] adeo rarum eſt invenire idoneos conductores. Quibus ex cauſis precario ſtudeo; ſtudeo tamen. nam & ſcribo aliquid & lego; ſed quum lego, ex comparatione ſentio quam male ſcribam. licet tu mihi bonum animum [10] facias, qui libellos meos de ultione Helvidii orationi Demoſthenis περὶ Μειδίου confers: quam ſane, quum componerem [11] illos, habui in manibus, non ut æmularer (improbum enim ac pene furioſum) ſed tamen imitarer & ſequerer, [12] quantum aut diverſitas ingeniorum, maximi [13] aut minimi, [14] aut cauſæ diſſimilitudo pateretur. Vale.

XXXI. C. PLINIUS CORNUTO SUO S.

CLaudius Pollio amari à te cupit. dignus hoc ipſo quod cupit: deinde, quod ipſe [15] te' diligit. (neque enim fere quiſquam exigit [16] iſtud niſi qui facit:) vir alioqui rectus, integer, quietus, ac pene ultra modum (ſi quis tamen ultra modum) verecundus. Hunc, quum ſimul militaremus, non ſolum ut commilito inſpexi. [17] nam" præerat alæ [18] militari. Ego

1 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin.* 2 Felicitatis *Bod.* 2. 3 *Livinejus* ad Panegyr. *Plin.* LXXXI. *quidni ſciam* ſubſtituit. 4 Deeſt *Lin.* 5 Deſunt *Bod.* 2. *Ald.* in *Bod.* 1. *Lin.* pro *delectant* legitur *debuit.* 6 Non deſunt enim *Ald.* 7 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin.* 8 Deeſt *Bod.* 1. *Lin.* 9 Ideo *Bod.* 1. 10 Facis *Bod.* 1. 2 *Lin.* 11 Illam *Bod* 2. 12 Tantum ut *Bod.* 1. *Lin. Vulg.* 13 Et *Vulg.* 14 Et *Bod.* 2 *Lin. Vulg.* 15 Deeſt *Bod.* 1. 16 Illud *Bod.* 1. 17 Deeſt *Bod.* 2. *Lin.* Præerat enim *Bod.* 1. 18 Miliariæ *Bod.* 1. *Lin. Ald. Vulg.* Haud perperam. Non tamen placet *Catanæo*, quia nimirum non legerat alam habuiſſe equites mille, quod tamen indicat *Hyginus* [l. X.] & διαχιλιάρχατος probavit *Lipſius.* [De milit. Rom. l. II. Dial. VII.] Variabat

Ego juſſus à legato conſulari 1 rationem alarum & cohortium excutere, ut magnam quorundam fœdamque avaritiam, 2 & negligentiam parem, ita hujus ſummam integritatem, ſolicitam diligentiam inveni. Poſtea promotus ad ampliſſimas procurationes, nulla occaſione corruptus ab inſito abſtinentiæ amore deflexit, nunquam ſecundis rebus intumuit, nunquam officiorum varietate 3 continuam laudem 4 humanitatis infregit; eademque firmitate animi laboribus 5 ſuffecit, qua nunc otium 6 patitur. Quod quidem pauliſper cum magna ſua laude intermiſit & poſuit, à 7 Corelio noſtro ex liberalitate imperatoris Nervæ emendis dividendiſque agris 8 adjutor aſſumptus. Etenim qua gloria dignum eſt, ſummo viro in tanta 9 eligendi facultate præcipue placuiſſe? Idem quam reverenter, quam fideliter amicos colat, multorum ſupremis 10 judiciis, in his Muſonii Baſſi, graviſſimi civis, credere potes, cujus 11 memoriam tam grata prædicatione prorogat & extendit, ut librum de vita ejus (nam ſtudia quoque, ſicut alias artes bonas, veneratur) 12 ediderit. Pulcrum 13 iſtud, & raritate ipſa probandum, cum plerique hactenus defunctorum meminerint, ut querantur. Hunc hominem, 14 appetentiſſimum 15 tui (mihi crede) complectere, 16 apprehende, immo & invita, ac ſic ama tanquam gratiam referas. neque enim 17 obligandus, 18 ſed remunerandus eſt in amoris officio qui prior cœpit. Vale.

XXXII. C. PLINIUS FABATO 19 PROSOCERO SUO S.

DElector jucundum tibi fuiſſe Tyronis mei adventum: quod vero ſcribis, oblata occaſione proconſulis, plurimos ma-

bat quippe militum in ala numerus, & modo quadringentis, nunc quingentis, interdum millenis concludebatur. Quod etiam ſatis teſtantur *Celsia* & *Gracii*, quæ *Stiriæ* urbes, inſcriptiones, à *Grutero* p. 482. deſcriptæ:

T. VARIO . . . . . PRAEF.
EQVIT. AL. BRITTANNICAE.
MILIAR. . . . . .

1 Rationes *Bod.* 1. 2. *Lin.* 2 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald.* 3 Continuâ *Bod.* 2. 4 Humanitatem *Lin.* 5 Sufficit *Bod.* 1. 2. *Lin.* 6 Petit *Bod.* 2. 7 Coreſſio *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald.* 8 Auctor *Bod.* 2. 9 Agendi *Bod.* 1. 10 Judiciis, Muſanni Baſſi *Bod* 1 *Lin.* judiciis, tum Muſanni Baſſi *Bod.* 2 Judiciis, in his Annii Baſſi *Ald. Vulg. Muſonii* autem legend. ut patet ex *Tacit.* Annal. XIV. 59. & XV. 71. Vide item *Jonſium* de Hiſt. Philoſ. p. 246. 11 Mem. gratam, tam grata *Bod.* 1. 2. *Lin.* 12 Ita diſtinguend. eſſe docuit *Caſaub.* Vulgò: *ediderit pulcrum Iſtud.* 13 Sed & varietate ipſa prob. *Bod.* 1. Et ſtyli varietate prob. *Vulg.* 14 Ac potentiſſimum *Bod.* 2. 15 Tu *Bod.* 2. *Lin.* 16 Adprende *Ald.* Et ſic lapides &c. 17 Non obl. *Bod.* 2. 18 Deſunt *Bod.* 1. 2. *Lin.* 19 Deeſt *Lin.*

numiſſos,

numiſſos, [1] unice" lætor. Cupio enim patriam [2] noſtram" omnibus quidem rebus augeri, maxime [3] tamen civium numero. id enim oppidis firmiſſimum ornamentum. Illud etiam me, non [4] ut" ambitioſum, ſed tamen juvat, quod adjicis, [5] me teque & gratiarum actione & laude [6] celebratos. Eſt enim, [7] ut Xenophon ait, [8] ἡδίστη ἀκουσμὰ ἐπαίνου, utique ſi te mereri putes. Vale.

XXXIII. C. PLINIUS TACITO SUO S.

AUguror ([9] nec me fallit augurium) Hiſtorias tuas immortales futuras. quo magis illis ([10] ingenue fatebor) inſeri cupio. nam ſi eſſe nobis curæ ſolet ut [11] facies noſtra ab optimo quoque artifice exprimatur, nonne debemus optare, ut operibus [12] noſtris" ſimilis tui ſcriptor prædicatorque contingat? Demonſtro [13] itaque, quanquam diligentiam tuam fugere non [14] poſſit, cum ſit in publicis actis; demonſtro tamen, quo magis credas, jucundum mihi futurum, ſi factum meum, cujus gratia [15] periculo crevit, tuo ingenio, tuo teſtimonio [16] ornaveris". [17] Dederat me ſenatus cum Herennio" Senecione [18] advocatum provinciæ Bæticæ contra [19] Bæbium Maſſam: damnato [20 que] Maſſa cenſuerat ut bona ejus publice cuſtodirentur. Senecio, quum exploraſſet conſules poſtulationibus vacaturos, convenit me: [21] &, *Qua concordia*, inquit, *injunctam nobis accuſationem exſequuti ſumus, hac adeamus conſules, petamuſque ne bona diſſipari ſinant,* [22] *quorum eſſe in cuſtodia debent.* Reſpondi; [23] *Quum ſimus advocati* [24] *a" ſenatu dati, diſpice, num peractas* [25] *putes partes noſtras, ſena-*

1 Deeſt *Bod* 1. 2 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin.* 3 Quidem *Lin.* 4 Deeſt *Lin.* 5 Me quoque grat. a. *Bod.* 2. Meque grat. a. *Lin. Ald.* 6 Celebratum *Bod.* 2. 7 Pro *ut X. a. Bod* 1. legit *Xenophantu.* 8 Οὐδὲμία ἀνθρωπίνη ἡδονὴ ἴσα τῇ θείᾳ ἐγκυτέρᾳ, ἢ περὶ τὰς τιμὰς ἐυφροσύνη *Vulg.* Utraque autem ſententia eſt in Hierone *Xenophontu.* Sed apud *Xenoph.* non legitur ἴσα, verùm δοκεῖ εἶναι. 9 Cur me *Lin.* 10 In genere *Lin.* 11 Macies *Lin.* 12 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald* 13 Ergo *Bod.* 1. 2 *Lin.* 14 Poſſim in publ. act. *Bod.* 1. Poſſum i. p. a. *Bod.* 2. *Lin.* 15 Periculo credit *Bod* 1. *Lin.* Periculo cedit *Bod.* 2. Periclitatus ſum & periculum crevit *Vulg.* Sed *Pal.* & *Ald.* (nec diſplicet *Caſaub.*) noſtram lectionem confirmant. Poteſt etiam legi: *periculum creavit.* 16 Probetur *Bod.* 2. Utatur *Vulg* 17 Deſunt *Bod.* 1. 2. *Lin.* 18 Advocato *Bod.* 1. 2. 19 Verbium Maſ. *Lin.* 20 Deeſt *Bod.* 2. 21 Siqua *Bod.* 1. 2. *Lin.* 22 Quæ eſſe in cuſt. debent *Bod.* 2. Recte proinde forſan *Caſaub.* legendum cenſet: *qua jam in cuſtodia eſſe deberent.* Quanquam non video cur immutari præſtet, cum aliter ſibi conſtet ſenſus: viz. ne bona [eorum] diſſipari ſinant, quorum [bona] in cuſtodia eſſe deberent. 23 Quum ſumus *Lin.* Cui ſumus *Ald.* 24 Deeſt *Lin.* 26 Putas *Bod.* 2.

tus

tus cognitione 1 *finita.* Et ille? *Tu quem voles tibi terminum ſtatues, cui nulla cum provincia neceſſitudo, niſi ex beneficio tuo,* 2 *& hoc recenti*" *: ipſe, & natus ibi, & quæſtor in ea* 3 *fui.* Tum ego; *ſi fixum tibi iſtud* 4 *ac deliberatum, ſequar te: ut ſi qua ex hoc invidia* 5 *erit*', *non tua* 6 *tantum ſit.* Venimus ad coſſ. dicit Senecio quæ res ferebat: aliqua ſubjungo. vixdum conticueramus, & Maſſa queſtus Senecionem non advocati fidem, ſed 7 inimici amaritudinem impleſſe, impietatis reum poſtulat. Horror omnium: ego autem, *Vereor,* inquam, *clariſſimi conſules, ne mihi Maſſa ſilentio ſuo prævaricationem objecerit, quod non* 8 *&*" *me reum* 9 *poſtulavit.* Quæ vox 10 & ſtatim excepta, & poſtea multo ſermone celebrata eſt. Divus quidem Nerva (11 nam privatus quoque attendebat 12 his quæ recte in publico fierent) miſſis ad me graviſſimis literis", non mihi ſolum, verum 13 etiam ſeculo eſt gratulatus, cui exemplum (ſic enim ſcripſit) ſimile antiquis contigiſſet. Hæc, utcunque ſe habent, notiora, clariora, majora tu facies: quanquam non exigo ut 14 excedas actæ rei modum. 15 Nam" nec hiſtoria debet egredi veritatem, & honeſte factis veritas ſufficit. Vale.

1 Finitas *Bod.* 1. *Lin.* 2 Deſunt *Bod.* 1. 3 Fuit *Ald.* 4 Et *Lin.* 5 Deeſt *Bod.* 2. *Lin.* 6 Tantum ſequar te. Ven. *Bod.* 1. Tamen ſequar te. Ven. *Lin.* Tantum. Ven *Bod.* 2. 7 Inimicitia *Bod.* 1. *Lin.* Inimicam *Bod.* 2. 8 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin.* 9 Poſtulet *Ald.* 10 Eſt ſt. *Bod.* 1. 2. *Lin.* 11 Jam privatuſque at. *Bod.* 1. *Lin.* Jam privatus tunc at. *Bod.* 2. *Catena* magis placet: *jam privatus hiis quæ at.* 12 Is graviſſimis literis *Bod.* 1. His graviſ. lit. *Bod.* 2. Is miſſis graviſ. lit. *Lin.* 13 Et ſec. *Lin.* 14 Excedat *Bod.* 1. 2. 15 Deeſt *Bod.* 1. 2.

[1]LIBER VIII.

I. C. PLINIUS SEPTITIO SUO S.

ITER commode explicui, excepto quod quidam ex meis adverſam valetudinem [2]ferveſcentibus æſtibus contraxerint. [3]Encolpius quidem lector, ille ſeria noſtra, ille deliciæ, exaſperatis faucibus pulvere, ſanguinem rejecit. Quam triſte hoc ipſi, quam acerbum mihi: ſi is, cui omnis ex ſtudiis gratia, inhabilis ſtudiis fuerit, quis deinde libellos meos ſic leget? ſic amabit? quem aures meæ ſic ſequentur? [4]Sed dii lætiora promittunt. ſtetit ſanguis, reſedit dolor. Præterea continens ipſe: nos ſoliciti, medici diligentes. Ad hoc ſalubritas cœli, ſeceſſus, quies, tantum ſalutis quantum otii pollicentur. Vale.

II. C. PLINIUS CALVISIO SUO S.

ALii in prædia ſua proficiſcuntur, ut locupletiores revertantur: ego, ut pauperior. Vendideram vindemias certatim negotiatoribus ementibus: invitabat pretium, & quod tunc, & quod fore videbatur: ſpes fefellit. Erat expeditum, omnibus remittere æqualiter, ſed non ſatis æquum. Mihi autem egregium in primis videtur, ut foris, ita domi: ut in magnis, ita in parvis: ut in alienis, ita in ſuis, agitare juſtitiam. nam ſi paria peccata, pares etiam laudes. Itaque omnibus quidem, ne quis *[5]mihi non donatus abiret*, partem octavam pretii, quo quis emerat, conceſſi: deinde iis, qui ampliſſimas ſummas emptionibus occupaverant, ſeparatim conſului. Nam & me magis juverant, & majus ipſi fecerant damnum. Igitur iis, qui pluris quam decem millibus emerant, ad illam communem, & quaſi publicam octavam,

1 Sciendum eſt, hunc librum octavum non inveniri aut in Codd. noſtris, aut *Palat.* uti nec in edd. vett. ſed ejus locum, nomenque occupare ſequentem librum, qui nobis nonus eſt. Abfuiſſe etiam manuſcriptis *Neuſtetterianis*, inde conſtat; quod nihil ex eo produxit dexterrimæ ſolertiæ *Modius* in Novantiquis. 2 Ferventiſſimis *Ald.* 3 Encolpus *Vulg.* 4 Sed dulciora promittunt medici *Vulg.* 5 *Virgil.* Æn. V. v. 305.

1 addidi decimam ejus ſummæ, quæ decem millia exceſſerat. Vereor, ne parum expreſſerim; apertius calculos 2 oſtendam. Si qui forte quindecim millibus emerant, hi & quindecim millium octavam & quinque millium decimam tulerunt. Præterea, quum reputarem, quoſdam ex debito aliquantum, quoſdam aliquid, quoſdam nihil repoſuiſſe, nequaquam 3 verum arbitrabar, quos non æquaſſet fides ſolutionis, hos benignitate remiſſionis æquari. Rurſus ergo iis qui ſolverant, ejus, quod ſolverant, decimam remiſi. per hoc enim aptiſſime & in præteritum ſingulis, pro cujuſque merito, gratia referri, & in futurum omnes cum ad emendum tum etiam ad ſolvendum allici videbantur. Magno mihi ſeu ratio hæc, ſeu facilitas ſtetit: ſed fuit tanti. Nam regione tota & novitas remiſſionis & forma laudatur: ex ipſis etiam, quos non una (ut dicitur) pertica, ſed 4 diſtincte gradatimque tractavi; quanto quis melior & probior, tanto mihi obligatior abit, expertus non eſſe apud me,

5 Ἐν δ' ἰῇ τιμῇ ἢ μὴ κακὸς, ἠδὲ καὶ ἐσθλός.

III. C. PLINIUS SPARSO SUO S.

LIbrum, quem noviſſime tibi miſi, ex omnibus meis vel maxime placere ſignificas. Eſt eadem opinio cujuſdam eruditiſſimi: quo magis adducor, ut neutrum falli putem; quia non eſt credibile utrumque falli, & quia 6 tantum blandior mihi. Volo enim proxima quæque abſolutiſſima videri: & adeo jam nunc contra iſtum librum faveo orationi, quam nuper in publicum dedi: communicaturus tecum, ut primum diligentem tabellarium invenero. Erexi exſpectationem tuam; quam vereor ne deſtituat oratio in manus ſumpta. Interim tamen tanquam placituram (& fortaſſe placebit) exſpecta. Vale.

IV. C. PLINIUS CANINIO SUO S.

OPtime facis, quod bellum Dacicum ſcribere paras. Nam quæ tam recens, tam copioſa, tam lata, quæ denique tam poëtica, & (quanquam in veriſſimis rebus) tam fabuloſa

1 Decumavimus ejus ſummam *Vulg.* 2 *Tendam* ex conjecturâ *Latinii.* 3 Juſtum *Vulg.* non recte. *Juſtum* enim nihil aliud quàm interpretatio verbi alterius. 4 Deſtinate *Vulg.* 5 *Hom.* Il. L. v. 319. 6 Tamen *Ald.* materia?

materia? Dices immiſſa terris nova flumina, novos pontes fluminibus injectos, inſeſſa caſtris montium abrupta, pulſum regia, pulſum etiam vita, regem nihil deſperantem. Super hæc, actos bis triumphos: quorum alter ex invicta gente primus, alter noviſſimus fuit. Una, ſed maxima, difficultas, 1 quod hæc æquare dicendo, arduum, immenſum etiam tuo ingenio, quanquam altiſſime aſſurgat, & 2 ampliſſimis operibus increſcat. Nonnullus & in illo labor, ut barbara & fera nomina, in primis regis ipſius, Græcis verſibus non reſultent. Sed nihil eſt quod non arte curaque, ſi non poteſt vinci, mitigetur. Præterea, ſi datur Homero & mollia vocabula & Græca ad 3 lenitatem verſus contrahere, extendere, inflectere, cur tibi ſimilis audentia, præſertim non delicata, ſed neceſſaria, 4 negetur? Proinde jure vatum invocatis diis, & inter deos, ipſo cujus res, opera, conſilia 5 dictaturus es, immitte rudentes, pande vela, ac ſi quando alias, toto ingenio vehere. Cur enim non ego quoque poëtice cum poëta? Illud jam nunc paciſcor: prima quæque ut abſolveris, mitte, immo etiam antequam abſolvas, ſic ut erunt recentia, & 6 rudia, & adhuc ſimilia naſcentibus. Reſpondebis, non poſſe perinde carptim, ut contexta, perinde inchoata placere, ut effecta. Scio. Itaque & à me æſtimabuntur ut cœpta; ſpectabuntur ut membra; extremamque limam tuam operientur in 7 ſcrinio noſtro. Patere hoc me ſuper cætera habere amoris tui pignus, ut ea quoque norim quæ noſſe neminem velles. In ſumma, potero fortaſſe ſcripta tua magis probare, laudare, quanto illa tardius cautiuſque: ſed ipſum te magis amabo, magis [8 que] laudabo, quanto celerius & incautius miſeris. Vale.

V. C. PLINIUS GEMINIO SUO S.

GRave vulnus Macrinus noſter accepit. amiſit uxorem ſingularis exempli, etiam ſi olim fuiſſet. Vixit cum hac triginta novem annis, ſine jurgio, ſine offenſa. Quam illa reverentiam marito ſuo præſtitit, cum ipſa ſummam mereretur? quot quantaſque virtutes ex diverſis ætatibus ſumptas collegit & miſcuit? Habet quidem Macrinus grande ſolatium, quod tantum bonum tam diu tenuit: ſed hoc magis exa-

1 Super hæc *Vulg.* 2 Ampliſſime *Ald.* 3 Levitatem *Ald.* Bonitatem *Vulg.* 4 Non detur *Vulg.* 5 *Caſaubonus* vult, *dicturus. Schefferus* arbitratur ſcripſiſſe noſtrum *dictaturus.* 6 Si rudia, ſi adhuc ſim. *Ald. Vulg.* 7 Sinu *Vulg.* 8 Deeſt *Ald.*

cerbatur, quod amiſit. Nam [1] fruendis voluptatibus creſcit carendi dolor. Ero ergo ſuſpenſus pro homine amiciſſimo, dum admittere avocamenta, & cicatricem pati poſſit: quam nihil æque ac neceſſitas ipſa, & dies longa, & ſatietas doloris inducit. Vale.

VI. C. PLINIUS MONTANO SUO S.

COgnoviſſe jam ex [2] epiſtola mea debes, annotaſſe me nuper monimentum Pallantis ſub hac inſcriptione; Huic SENATUS OB FIDEM PIETATEMQUE ERGA PATRONOS ORNAMENTA PRÆTORIA DECREVIT, ET [3] SESTERTIUM CENTIES QUINQUAGIES: CUJUS HONORE CONTENTUS FUIT. Poſtea mihi viſum eſt pretium curæ ipſum S. C. quærere. Inveni tam copioſum & effuſum, ut ille ſuperbiſſimus titulus, modicus atque etiam demiſſus videretur. [4] Conferant ſe, non dico illi veteres, Africani, Achaici, Numantini, ſed hi proximi, Marii, Syllæ, Pompeji; (nolo progredi longius) infra Pallantis laudes jacebunt. Urbanos, qui illa cenſuerunt, putem? an miſeros? Dicerem urbanos, ſi ſenatum deceret urbanitas. Miſeros [5] ergo"? ſed nemo tam miſer eſt, ut ad illa cogatur. Ambitio ergo, & procedendi libido? Sed quis adeo demens, ut aut per ſuum aut per publicum dedecus procedere vellet in ea civitate, in qua hic eſſet uſus [6] potentiſſimæ dignitatis, ut primus in ſenatu laudare Pallantem poſſet? Omitto, quod Pallanti ſervo PRÆTORIA ORNAMENTA OFFERUNTUR: quippe offeruntur à ſervis: mitto quod cenſent, NON [7] EXHORTANDUM MODO, VERUM ETIAM COMPELLENDUM AD USUM AUREORUM ANNULORUM. Erat enim contra majeſtatem ſenatus, ſi ferreis prætorius uteretur. Levia hæc & tranſeunda; illa memoranda, QUOD NOMINE PALLANTIS SENATUS (nec expiata poſtea [8] curia eſt) PALLANTIS NOMINE SENATUS GRATIAS AGIT CÆSARI: QUOD ET IPSE, CUM SUMMO HONORE MENTIONEM EJUS PROSECUTUS ESSET, ET SENATUI FACULTATEM FECISSET TESTANDI ERGA EUM BENIVOLENTIAM SUAM. Quid enim ſenatui pulcrius, quam ut erga Pallantem ſatis gratus videretur? Additur, UT PALLAS, CUI SE OMNES PRO VIRILI PARTE OBLIGATOS FATENTUR, SINGULARIS [9] FIDEI, SINGULARIS INDUSTRIÆ FRUCTUM MERITISSIMO FERAT. Prolatos imperii fines, redditos exercitus reipub. credas. Ad-

1 *Gronovius* tuetur. Non ergo eſt, quod *fruendi* vel *fruenti* cum aliis ſubſtituamus. 2 Vide l. VII. ep 29. 3 Vide notas ad dict. ep. 4 Conf. ſe miſceantque, non d. *Ald. Vulg.* Et probat *Grut.* 5 Deeſt *Ald.* 6 Florentiſſimæ *Ald.* 7 Exorandum *Vulg.* 8 Ea injuria *Ald. Vulg.* 9 Fide *Ald.*

ſtruitur

ſtruitur his, QUUM SENATUI POPULOQUE ROMANO LIBERALITATIS GRATIOR REPRÆSENTARI NULLA MATERIA POSSET, QUAM SI ABSTINENTISSIMI FIDELISSIMIQUE CUSTODIS PRINCIPALIUM OPUM FACULTATES ADJUVARE CONTIGISSET. Hoc tunc votum ſenatus, hoc præcipuum gaudium populi, hæc liberalitatis materia gratiſſima, ſi Pallantis facultates adjuvare publicarum opum egeſtione contingeret. Jam quæ ſequuntur, VOLUISSE QUIDEM SENATUM [1] CENSERE, DANDUM EX ÆRARIO SESTERTIUM CENTIES QNINQUAGIES, ET QUANTO AB EJUSMODI CUPIDITATIBUS REMOTIOR EJUS ANIMUS ESSET, TANTO IMPENSIUS PETERE A PUBLICO PARENTE, UT EUM COMPELLERET AD CEDENDUM SENATUI. Id [2] vero" deerat, ut cum Pallante auctoritate publica ageretur, Pallas rogaretur ut ſenatui cederet; ut illi ſuperbiſſimæ abſtinentiæ Cæſar ipſe patronus [3] advocaretur, ne ſeſtertiûm centies quinquagies ſperneret. Sprevit quod ſolum potuit, tantis opibus publice oblatis: arrogantius [4] fecit quam ſi accepiſſet. Senatus tamen id quoque, ſimilis querenti, laudibus tulit, his quidem verbis; SED QUUM PRINCEPS OPTIMUS, PARENSQUE PUBLICUS, ROGATUS A PALLANTE, EAM PARTEM SENTENTIÆ, QUÆ PERTINEBAT AD DANDUM EI EX ÆRARIO CENTIES QUINQUAGIES SESTERTIUM, REMITTI VOLUISSET: TESTARI SENATUM ET SE LIBENTER AC MERITO HANC SUMMAM INTER RELIQUOS HONORES, OB FIDEM DILIGENTIAMQUE PALLANTIS, DECERNERE COEPISSE, VOLUNTATI TAMEN PRINCIPIS SUI, CUI [5] IN" NULLA RE FAS PUTARET REPUGNARE, IN HAC QUOQUE RE OBSEQUI. Imaginare Pallantem velut intercedentem ſenatuſconſulto moderantemque honores ſuos, & ſeſtertiûm centies quinquagies, ut nimium, recuſantem, cum prætoria ornamenta, tanquam [6] minus, recepiſſet. Imaginare Cæſarem, liberti precibus, vel potius imperio, coram ſenatu obtemperantem. imperat enim libertus patrono, quem in ſenatu rogat. Imaginare ſenatum, uſquequaque teſtantem, merito libenterque ſe hanc ſummam, inter reliquos honores, Pallanti cœpiſſe decernere: & perſeveraturum fuiſſe ſe, niſi obſequeretur principis voluntati, cui non eſſet fas in ulla re repugnare. Ita, ne ſeſtertiûm centies quinquagies Pallas ex ærario referret, verecundia ipſius, obſequio ſenatus opus fuit; in hoc præcipue non obſequuturi, ſi in ulla re putaſſet fas eſſe non obſequi. Finem exiſtimas? Mane dum, & majora accipe. UTIQUE, CUM SIT UTILE, PRINCIPIS BENIGNITATEM PROMPTISSIMAM AD LAUDEM PRÆMIA-

1 Cenſorem *Vulg.* 2 Deeſt *Ald.* | 5 Deeſt *Ald.* 6 Munus *Vulg.*
3 Ipſe adv. *Ald.* 4 Facere *Ald.*

QUE

QUE MERENTIUM ILLUSTRARI UBIQUE, ET MAXIME IIS LOCIS, QUIBUS INCITARI AD IMITATIONEM PRÆPOSITI RERUM EJUS [1] CURÆ POSSENT, ET PALLANTIS SPECTATISSIMA FIDES, ATQUE INNOCENTIA EXEMPLO PROVOCARE STUDIUM TAM HONESTÆ ÆMULATIONIS POSSET, EA QUÆ QUARTO CALEND. FEBRUARII, QUÆ PROXIME FUISSENT, IN AMPLISSIMO ORDINE OPTIMUS PRINCEPS RECITASSET, SENATUSQUE CONSULTA DE HIS REBUS FACTA IN [2] ÆS INCIDERENTUR, IDQUE ÆS FIGERETUR AD STATUAM LORICATAM DIVI JULII. Parum viſum tantorum dedecorum eſſe curiam teſtem: delectus eſt celeberrimus locus, in quo legenda præſentibus, legenda futuris proderentur. Placuit ære ſignari omnes honores faſtidioſiſſimi mancipii: quoſque repudiaſſet, quoſque, quantum ad decernentes pertinet, geſſiſſet. inciſa & inſculpta ſunt publicis æterniſque monimentis ornamenta [3] prætoria. ſic quaſi fœdera antiqua, ſic quaſi ſacræ leges. Tanta principis, tanta ſenatus, tanta Pallantis ipſius, (quid dicam, neſcio) [4] ut vellet in oculis omnium figi Pallas inſolentiam ſuam, patientiam Cæſar, humilitatem ſenatus. Nec puduit rationem turpitudini obtendere: egregiam quidem pulcramque rationem, ut exemplo Pallantis præmiorum ad ſtudium æmulationis cæteri provocarentur. Ea honorum [5] vilitas erat, illorum etiam, quos Pallas non [6] dedignabatur. Inveniebantur tamen honeſto loco nati, qui peterent cuperentque, quod dari liberto, promitti ſervis videbant. Quam juvat quod in tempora illa non incidi, quorum ſic me, tanquam illis vixerim, pudet! Non dubito ſimiliter affici te. Scio quam ſit tibi [7] vivus & ingenuus animus: ideoque facilius eſt, ut me (quanquam indignationem quibuſdam in locis fortaſſe ultra epiſtolæ modum extulerim) parum doluiſſe, quam nimis credas. Vale.

1 Vulgo *cura* legunt, incongruente ſenſu: *Gronovius curæ* ſubſtituit. 2 Ære *Ald.* 3 Ornamenta Pallantis, ſic *Ald. Vulg.* Malit *Grut. æterniſque ornamentis P. R.* [id eſt *populi Romani*] inde proculdubio factum *prætoria.* 4 Niſi vellet *Vulg.* Legend. *ut vellent.* Voluit enim *Plinius* dicere; tanta fuit principis, ſenatus & *Pallantis* vecordia ſive ἀβουλία, aut ἀπόνοια, ut vellent &c. Sed quia verebatur, ne id quidam durius acciperent, reticuit eleganter verbum aſperius. 5 Utilitas *Vulg.* 6 Dignabatur *Vulg.* 7 Verus *&* juſtus *Vulg. Buchnerus* malit *vividus.*

VII. C. PLINIUS TACITO SUO S.

NEque ut magiſtro magiſter, neque ut diſcipulo diſcipulus (ſic enim ſcribis) ſed ut diſcipulo magiſter, (nam tu magiſter, ego contra. atque [1] ideo tu in ſcholam revocas, ego adhuc Saturnalia extendo) librum miſiſti. Non potui longius hyperbaton facere, atque hoc ipſo probare, eum me eſſe, qui non modo magiſter tuus, ſed ne diſcipulus quidem debeam dici. Sumam [2] tamen" perſonam magiſtri: exſeramque in librum tuum jus quod dediſti; eo liberius, quo nihil ex meis interim miſſurus ſum tibi, in quo te ulciſcaris. Vale.

VIII. C. PLINIUS ROMANO SUO S.

VIdiſtine aliquando Clitumnum fontem? ſi nondum (& puto nondum: alioqui narraſſes mihi) vide; quem ego (pœnitet tarditatis) proxime vidi. Modicus collis aſſurgit, antiqua cupreſſu nemoroſus & opacus: hunc ſubter fons exit, & exprimitur pluribus venis, ſed imparibus; eluctatuſque [3] facit gurgitem, qui [4] lato gremio pateſcit purus & vitreus, ut numerare jactas ſtipes & relucentes calculos poſſis. Inde non loci devexitate, ſed ipſa ſui copia & quaſi pondere impellitur. Fons [5] adhuc, & jam ampliſſimum flumen atque etiam navium patiens, quas, obvias quoque & contrario niſu in diverſa tendentes, tranſmittit & perfert: adeo validus ut illa qua properat ipſe, [6] tanquam per ſolum planum, remis non adjuvetur. idem ægerrime remis contiſque ſuperetur adverſus. Jucundum utrumque per jocum ludumque [7] fluitantibus, ut flexerint curſum, laborem otio, otium labore variare. Ripæ fraxino multa, multa populo veſtiuntur: quas perſpicuus amnis, velut merſas, viridi imagini annumerat. Rigor aquæ certaverit nivibus, nec color cedit. Adjacet templum, priſcum & religioſum. Stat Clitumnus ipſe amictus ornatuſ-

1 Adeo *Ald. Vulg.* 2 Deeſt *Ald.* 3 Quem fac. *Steph.* 4 Patefacto gremio latè & quem facit gurgitem lato gremio patefacit *Vulg.* 5 Nonnulli legunt *adhuc.* 6 Placet *Gronovii* conjectura, qui *quanquam* ſubſtituit. Fons enim adeo ſui copia impellitur, ut, quanquam per loca plana decurrat, ſine remorum tamen adminiculo, prono ſatis alveo feratur. Hoc autem ſolum non ſufficit ad locum redintegrandum. Scribit ergo *Buchnerus: ut illa, qua properat ipſe, quanquam per ſolum planum, remis non adjuventur.* nempe *naves*, de quibus dicere incœperat. 7 Fluvitantibus *Ald.*

que

que prætexta. Præſens numen, atque etiam fatidicum, indicant ſortes. Sparſa ſunt circa ſacella complura, totidemque dei [1] ſimulacra: ſua cuique veneratio, ſuum [2] nomen: quibuſdam vero etiam fontes. Nam, præter illum quaſi parentem cæterorum, ſunt minores capite diſcreti: ſed fluminis [3] miſcentur, quod ponte tranſmittitur. Is terminus ſacri profanique. In ſuperiore parte navigare tantum, infra etiam natare conceſſum. Balineum [4] Hiſpellates, quibus illum locum divus Auguſtus dono dedit, publice præbent, & hoſpitium. Nec deſunt villæ, quæ, ſecutæ fluminis amœnitatem, margini inſiſtunt. In ſumma, nihil erit ex quo non [5] capias voluptatem. nam ſtudebis quoque, & leges multa multorum omnibus columnis, omnibus parietibus inſcripta, quibus fons ille deuſque celebratur. Plura laudabis, nonnulla ridebis: quanquam tu vero, quæ tua humanitas, nulla ridebis. Vale.

IX. C. PLINIUS URSO SUO S.

OLim non librum in manus, non ſtylum ſumpſi: olim neſcio quid ſit otium, quid quies, quid denique illud iners quidem, jucundum tamen, nihil agere, [6] nihil eſſe: adeo multa me negotia amicorum nec [7] ſecedere nec ſtudere patiuntur. nulla enim ſtudia tanti ſunt, ut amicitiæ officium deſeratur: quod religioſiſſime cuſtodiendum ſtudia ipſa præcipiunt. Vale.

X. C. PLINIUS FABATO PROSOCERO SUO S.

QUo magis cupis ex nobis pronepotes videre, hoc triſtior audies, neptem tuam abortum [8] feciſſe, dum ſe prægnantem eſſe puellariter neſcit: ac per hoc quædam cuſtodienda [9] prægnantibus omittit, facit omittenda. quem errorem magnis [10] detrimentis expiavit, in ſummum periculum adducta. Igitur, ut neceſſe eſt, graviter accipias ſenectutem tuam quaſi paratis poſteris deſtitutam; ſic debes agere diis gratias, quod

1 Deeſt *Ald. Vulg. Thom.* retinet, ſed *dei* expungit. 2 Numen *Vulg.* 3 Miſcetur *Ald.* 4 *Hiſpellum*, oppidum *Umbriæ*, cis *Appeninum*, & colonia *Plin. maj.* III. 14. Inſcriptio apud *Grut.* p. 351. n. 1.

COL. IVL. HISPELLI.

Strabo vocat Ἱσπέλλον, *Ptolem.* Ἴσπελλον. 5 Captes *Ald.* 6 *Scheffero* hoc valde ſuſpectum eſt. Quid enim ſignificat hoc loco, *nihil eſſe*? An legendum, *nihil noſſe*? 7 Sedere *Vulg.* 8 *Caſaub* diſtinguit: *feciſſe. Dum ſe &c.* 9 Prægnationibus *Ald. Vulg.* 10 Documentis *Vulg.*

ita

ita tibi in præſentia pronepotes negaverunt, ut ſervarent neptem, illos reddituri quorum nobis ſpem certiorem hæc ipſa, quanquam parum proſpere explorata, fœcunditas facit. Iiſdem nunc ego te, quibus ipſum me, hortor, moneo, confirmo. neque enim ardentius tu pronepotes, quam ego libe-tos cupio: quibus [1] videor à meo tuoque latere pronum ad honores iter, & audita latius nomina, & non ſubitas imagines relicturus. Naſcantur modo, & hunc noſtrum dolorem gaudio mutent. Vale.

XI. C. PLINIUS HISPULLÆ SUÆ S.

QUum affectum tuum erga fratris filiam cogito, etiam materna indulgentia molliorem, intelligo prius tibi, quod eſt poſterius nunciandum, ut præſumpta lætitia ſolicitudini locum non relinquat: quanquam vereor ne poſt gratulationem quoque in metum redeas; atque ita gaudeas periculo liberatam, ut ſimul quod periclitata ſit perhorreſcas. Jam hilaris, jam ſibi, jam mihi reddita, incipit refici, tranſmiſſumque diſcrimen convaleſcendo remetiri. Fuit alioqui in ſummo diſcrimine, (impune dixiſſe liceat) fuit nulla ſua culpa, ætatis aliqua. inde abortus, & ignorati uteri triſte experimentum. Proinde, etſi non contigit tibi deſiderium fratris amiſſi, aut nepote ejus aut nepte ſolari; memento tamen, dilatum magis iſtud quam negatum, cum ſalva ſit, ex qua ſperari poteſt. Simul excuſa patri tuo caſum, cui paratior apud fœminas venia eſt. Vale.

XII. C. PLINIUS MINUTIANO SUO S.

HUnc ſolum diem excuſo. Recitaturus eſt Titinius Capito, quem ego audire neſcio magis debeam an cupiam. Vir eſt optimus, & inter præcipua ſeculi ornamenta numerandus: colit ſtudia, ſtudioſos amat, fovet, provehit, multorum [2 que] qui aliqua componunt, portus, ſinus, præmium, omnium exemplum: ipſarum denique literarum jam ſeneſcentium reductor ac reformator. Domum ſuam recitantibus præbet, auditoria non apud ſe tantum benignitate [3 mira] frequentat: mihi certe, ſi modo in urbe eſt, deſuit nunquam. Porro, tanto turpius gratiam non referre, quanto

1 Video *Ald.* 2 Deeſt *Ald.* 3 Mera *Vulg.*

honeſtior cauſa [1] referendæ. An, ſi litibus tererer, obſtrictum eſſe me crederem obeunti ad vadimonia mea? nunc, quia mihi omne negotium, omnis in ſtudiis cura, minus obligor tanta ſedulitate celebranti? in [2] quo obligari ego, ne dicam [3] ſoleo, certe maxime poſſum. Quod ſi illi nullam [4] vicem, nulla quaſi mutua officia deberem, ſolicitarer tamen vel ingenio hominis pulcerrimo & maximo, & in ſumma ſeveritate dulciſſimo, vel honeſtate [5] materiæ. Scribit exitus illuſtrium virorum, in iis quorundam mihi cariſſimorum Videor ergo fungi pio munere, quorumque exſequias celebrare non licuit, horum quaſi funebribus laudationibus, ſeris quidem, ſed tanto magis veris, intereſſe. Vale.

XIII. C. PLINIUS GENIALI SUO S.

PRobo quod libellos meos cum patre legiſti. Pertinet ad profectum tuum, à diſertiſſimo viro diſcere quid laudandum, quid reprehendendum: ſimul ita inſtitui, ut verum dicere aſſueſcas. Vides quem ſequi, cujus debeas implere veſtigia. O te beatum! cui contigit [6] vivum atque idem optimum & conjunctiſſimum exemplar: qui denique eum potiſſimum imitandum habes, cui natura eſſe te ſimillimum voluit. Vale.

XIV. C. PLINIUS ARISTONI SUO S.

CUm ſis peritiſſimus & privati juris & publici, cujus pars ſenatorium eſt, cupio ex te potiſſimum audire, erraverim in ſenatu proxime, necne: non ut in præteritum (ferum enim) verum ut in futurum; ſi quid ſimile inciderit, erudiar. Dices, *Cur quæris quod noſſe [7] debebas?* Priorum temporum ſervitus, ut aliarum optimarum artium, ſic etiam juris ſenatorii oblivionem quandam & ignorationem induxit. Quotus enim quiſque tam patiens, ut velit diſcere quod in uſu non ſit habiturus? Adde, quod difficile eſt tenere quæ acceperis, niſi exerceas. Itaque reducta libertas rudes nos & imperitos deprehendit: cujus dulcedine accenſi cogimur quæ-

1 Referenda *Ald.* 2 Qua *Steph.* 3 Solo *Vulg.* Quod placet *Caſaub.* elegantiſſimam enim ſententiam habet. Nam perinde eſt, ac ſi dixiſſet, di erem me in eo ſolo obligari poſſe, niſi id eſſet invidioſum & μισητὸν. 4 Diem *Vulg.* Rectius. 5 Materia *Ald.* 6 *Gronovius* reſtituit, eſtque præſens & animatum, non ex antiquitate repetitum exemplum. Vulgo *unum* legunt. 7 *Gronov.* pro vulgato *debeas.*

dam

dam facere antequam noſſe. Erat autem antiquitus inſtitutum, ut à majoribus natu, non auribus modo, verum etiam oculis diſceremus quæ facienda, mox ipſi, ac per vices quaſdam, tradenda minoribus haberemus. Inde adoleſcentuli ſtatim caſtrenſibus ſtipendiis imbuebantur, ut imperare parendo, duces agere, dum ſequuntur, aſſueſcerent: inde honores petituri aſſiſtebant curiæ foribus, & concilii publici ſpectatores antequam conſortes erant. Suus cuique parens pro magiſtro, aut cui parens non erat, maximus quiſque & vetuſtiſſimus pro parente. Quæ poteſtas referentibus, quod cenſentibus jus, quæ vis magiſtratibus, quæ cæteris libertas, ubi cedendum, ubi reſiſtendum: quod ſilentii tempus, quis dicendi modus, quæ diſtinctio pugnantum ſententiarum, quæ exſecutio prioribus aliquid addentium: omnem denique ſenatorium morem, quod fideliſſimum 1 præcipiendi genus, exemplis docebantur. At nos juvenes fuimus quidem in caſtris: ſed quum ſuſpecta virtus, inertia in pretio, quum ducibus auctoritas nulla, nulla militibus verecundia, nuſquam imperium, nuſquam obſequium, omnia ſoluta, turbata, atque etiam in contrarium verſa, poſtremo obliviſcenda magis quam tenenda: iidem proſpeximus curiam: ſed curiam trepidam & elinguem; quum dicere quod velles, periculoſum: quod nolles, miſerum eſſet. Quid tunc diſci potuit? quid didiciſſe juvit, cum ſenatus aut ad otium ſummum, aut ad ſummum nefas vocaretur? & modo ludibrio, modo dolori retentus, nunquam ſeria, triſtia ſæpe cenſeret? eadem mala jam ſenatores, 2 jam participes malorum, multos per annos vidimus, tulimuſque: quibus ingenia noſtra in poſterum quoque hebetata, fracta, contuſa ſunt. Breve tempus (nam tanto brevius omne, quanto felicius tempus) 3 quo libet ſcire quod ſcimus, libet exercere quod ſcimus. 4 Quo juſtius peto, primum ut 5 errori (ſi quis eſt error) tribuas veniam, deinde medearis ſcientia tua, 6 cui ſemper fuit curæ, ſic jura publica ut privata, ſic antiqua ut recentia, ſic rara ut aſſidua, tractare. Atque ego arbitror illis etiam, quibus plurimarum rerum agitatio frequens nihil eſſe ignotum patiebatur, genus quæſtionis quod affero ad te, aut non ſatis tritum, aut etiam inexpertum fuiſſe. hoc & ego excuſatior, ſi forte ſum lapſus, & tu dignior laude, ſi potes id quoque docere, 7 quod in obſcuro eſt an didiceris. Referebatur de libertis Afranii Dextri con-

1 Percipiendi *Ald.* 2 Tam *Vulg.* 3 *Buchneri* emendatio: hoc eſt, eodem interprete: quo delectat & gratum eſt ſcire, quod ſcimus. vel didicimus. Vulg. *quod libet ſcire quid ſimus, libet exercere quod ſumus.* 4 Quod *Ald.* 5 Erroris *Ald.* 6 Hoc eſt *Caſauboni* ingenio. Vulgatum olim: *cui ſuperfuit cura.* 7 Et quod in obſcuro eſt didiceris *Vulg.*

ſulis, incertum ſua an ſuorum manu, ſcelere an obſequio, perempti: hos 1 alius, quis? Ego; (ſed nihil refert) poſt quæſtionem ſupplicio liberandos, alius in inſulam relegandos, alius morte puniendos arbitrabatur. Quarum ſententiarum tanta diverſitas erat, ut non poſſent eſſe niſi ſingulæ. quid enim commune habet, occidere & relegare? 2 non hercule magis quam relegare & abſolvere: quanquam propior aliquanto eſt ſententiæ relegantis, quæ abſolverit, quam quæ occiderit. utraque enim ex illis vitam relinquit, hæc adimit: quum interim & qui morte puniebant, & qui relegabant, una ſedebant, & temporaria ſimulatione concordiæ diſcordiam differebant: ego poſtulabam ut tribus ſententiis conſtaret ſuus numerus, nec ſe brevibus induciis duæ jungerent. Exigebam ergo, ut qui capitali ſupplicio afficiendos putabant, diſcederent à relegante, nec interim contra abſolventes mox diſſenſuri congregarentur, quia 3 parvulum referret an idem diſpliceret, quibus non idem placuiſſet. Illud etiam mihi permirum videbatur, eum quidem qui libertos relegandos, ſervos ſupplicio afficiendos cenſuiſſet, coactum eſſe dividere ſententiam: hunc autem qui libertos morte multaret, cum relegante numerari. Nam ſi oportuiſſet dividi ſententiam unius, quia res duas comprehendebat, non reperiebam quemadmodum poſſet jungi ſententia duorum tam diverſa cenſentium. 4 Atque adeo permitte mihi, ſic apud te, tanquam ibi, ſic peracta re, tanquam adhuc integra, rationem judicii mei reddere: quæque tunc carptim, multis obſtrepentibus, dixi, 5 per otium jungere. Fingamus tres omnino judices in hanc cauſam datos eſſe: horum uni placuiſſe, perire libertos, alteri, relegari, tertio abſolvi: utrumne ſententiæ duæ, collatis viribus, noviſſimam 6 periment, an ſeparatim unaquæque tantundem quantum altera valebit? nec magis poterit cum ſecunda prima connecti, quam ſecunda cum tertia? Igitur in ſenatu quoque numerari tanquam contrariæ debent, quæ tanquam diverſæ dicuntur. Quod ſi unus atque idem & perdendos cenſeret & relegandos, num ex ſententia unius & perire poſſent & relegari? num denique omnino una ſententia putaretur, quæ tam diverſa conjungeret? Quemadmodum igitur cum alter puniendos, alter cenſeat relegandos, videri poteſt una ſententia, quæ dicitur à duobus: quæ non videretur una, ſi ab uno diceretur? Quid? lex non aperte docet di-

1 Aliquis ego, ſed n. *Vulg.* 2 Et non *Ald.* 3 *Paululum* ex conjectura *Latinii.* 4 *Caſaub.* legit: *Atque adeo (permitte mihi, &c.* Uſque ad *jungere) permitte, fingamus tres,* ut non ſint duæ periodi, ſed una tantum, parentheſi longiore interrupta. 5 Nunc per *Ald. Steph.* 6 Prement *Ald. Vulg.*

rimi

nimi debere ſententias occidentis & relegantis, quum ita 1 diſceſſionem fieri jubet, QUI HÆC SENTITIS IN HANC PARTEM: QUI ALIA OMNIA, IN ILLAM PARTEM ITE QUA SENTITIS? Examina ſingula verba & expende, QUI HÆC CENSETIS, hoc eſt, qui relegandos putatis: IN HANC PARTEM, id eſt, in eam in qua ſedet qui cenſuit relegandos. Ex quo manifeſtum eſt, non poſſe in eadem parte remanere eos qui interficiendos arbitrantur. QUI ALIA OMNIA; animadvertis, ut non contenta lex dicere ALIA, addiderit, OMNIA. num ergo dubium eſt, alia omnia ſentire eos qui occidunt, quam qui relegant? IN ILLAM PARTEM ITE QUA SENTITIS. Nonne videtur ipſa lex eos qui diſſentiunt, in contrariam partem vocare, cogere, impellere? 2 non conſul etiam ubi quiſque remanere, quo tranſgredi debeat, non tantum ſolennibus verbis, ſed manu geſtuque demonſtrat? At enim futurum eſt, ut, ſi dividantur ſententiæ interficientis & relegantis, prævaleat illa quæ abſolvit. Quid iſtud ad cenſentes? quos certe non decet omnibus artibus, omni ratione pugnare ne fiat quod eſt mitius: oportet tamen eos qui 3 puniunt & qui relegant, abſolventibus primum, mox inter ſe comparari; ſcilicet ut in ſpectaculis quibuſdam ſors aliquem ſeponit ac ſervat, qui cum victore contendat: ſic in ſenatu ſunt aliqua prima, ſunt ſecunda certamina: & ex duabus ſententiis eam quæ 4 ſuperior exierit, tertia exſpectat. Quid quod, prima ſententia comprobata, cæteræ perimuntur? Qua ergo ratione poteſt eſſe non unus atque idem locus ſententiarum, quarum nullus eſt

1 Diſcenſionem *Ald.* 2 Vulgatum erat *non conſulere*, vel *num conſulere*. Utrumque mendoſe, non obſtante quod *Caſaubonus* è contrario ſentit. qui ut locus ſanus eſſe videretur ſic diſtinxit: *Num conſulere etiam, ubi quiſque remanere, quod tranſgredi debeat? Non tantum, &c.* ſublata interrogationis nota poſt *demonſtrat*, & *quod* poſito pro *quo*. *Buchnerus* etiam hunc locum mendo & diſpunctione laborare arbitratur, propiuſque ad veritatem hoc modo reſtituit: *Nonne videtur ipſa lex eos, q. d. in c. p. vocare, cogere, impellere, non conſulere? Nam ubi quiſque remanere, quo tranſgredi debeat, non tantum ſolemnibus verbis; ſed manu geſtuque demonſtrat.* Quod ita explicat. Dicit nimirum diſceſſionum legem, non tam conſulere atque oſtendere, & ubi remanere quiſque, & quo concedere, ſeu tranſgredi debeat; quam vocare, cogere, impellere. Et rationem ſubjicit: quod *non ſolemnibus verbis tantum, ſed manu geſtuque demonſtret.* Neque enim dicit: *in illam partem licebit ire*; aut aliud iſtiuſmodi mollius, & conſultorium magis, quam imperatorium: ſed, *in illam partem ite*; imperans & quaſi manum injiciens & jam perdu ens. Aliter autem *Gronovius*: *Nonne videtur ipſa lex eos, qui diſſentiunt, in contrariam partem vocare, cogere, impellere? non conſul? en etiam, ubi quiſque remanere, quo tranſgredi debeat, non tantum ſolemnibus verbis, ſed etiam manu geſtuque demonſtrat.* Quem nos etiam ſecuti ſumus, inducta tamen ea particula, & alia inciſione levius breviuſque facta. 3 Morte puniunt *Vulg.* 4 Superior exſtiterit & ſuperiorem exegerit *Vulg.*

poſtea?

poſtea? Planius repetam. niſi dicente ſententiam eo qui relegat, illi qui puniunt capite, initio ſtatim in alia diſcedunt, fruſtra poſtea [1] in eo' diſſentient ab eo cui paulo ante conſenſerint. Sed quid ego ſimilis docenti, cum diſcere velim, an ſententias dividi, an iri in ſingulas, oportuerit? Obtinui quidem quod poſtulabam: nihilominus tamen quæro, an poſtulare debuerim, an abſtinere, quemadmodum abſtinuit is qui ultimum ſupplicium ſumendum eſſe cenſebat. Neſcio an jure, certe æquitate poſtulationis meæ victus, omiſſa ſententia ſua, acceſſit releganti: veritus ſcilicet ne, ſi dividerentur ſententiæ (quod alioqui fore videbatur) ea quæ abſolvendos eſſe cenſebat, numero prævaleret. Etenim longe plures in hac una, quam in duabus ſingulis erant. Tum illi quoque qui auctoritate ejus trahebantur, tranſeunte illo deſtituti, reliquerunt ſententiam ab ipſo auctore deſertam, ſequutique ſunt quaſi transfugam, quem ducem ſequebantur. Sic ex tribus ſententiis duæ factæ, tenuitque ex duabus altera, tertia expulſa: quæ quum ambas ſuperare non poſſet, elegit ab utra vinceretur. Vale.

XV. C. PLINIUS JUNIORI SUO S.

ONeravi te tot pariter miſſis voluminibus. ſed oneravi, primum, quia exegeras: deinde, quia ſcripſeras tam graciles iſtic vindemias eſſe, ut plane ſcirem tibi vacaturum (quod vulgo dicitur) librum legere: eadem ex meis agellis nunciantur. Igitur mihi quoque licebit ſcribere quæ legas: ſit modo unde chartæ emi poſſint: quæ ſi ſcabræ bibulæve ſint, aut non ſcribendum, aut neceſſario quicquid ſcripſerimus boni malive [2] delebimus. Vale.

XVI. C. PLINIUS PATERNO SUO S.

COnfecerunt me infirmitates meorum, mortes etiam, [3] & quidem juvenum. Solatia duo, nequaquam paria tanto dolori, ſolatia tamen: unum facilitas manumittendi (videor

1 Deſunt *Ald. Vulg.* 2 Delevimus *Ald.* Multus eſt in conjecturis hîc loci *Catanæus*, qui ſubſtituens *debebimus*, prius pro arbitrio verbum fingit; dein quamlibet adhibet interpretationem: præſentem tamen lectionem loco non moventibus facile conſtabit ſenſus; chartæ enim bibulæ abſorbent penitus quicquid inſcripſeris: ideoque lituræ tam continuæ quandam neceſſario exhibent emendationis ſpeciem. 3 Equidem juveni ſolatia duo *Vulg.*

enim

enim non omnino immaturos perdidiſſe, quos jam liberos perdidi) alterum, quum permitto ſervis quoque quaſi teſtamenta facere, eaque ut legitima cuſtodio. mandant rogantque quod viſum: pareo ocius. ſuis dividunt, donant, relinquunt duntaxat intra domum. nam ſervis reſp. quædam & quaſi civitas domus eſt. Sed quanquam his ſolatiis acquieſcam, debilitor & frangor eadem illa humanitate, quæ me, ut hoc ipſum permitterem, induxit. Non ideo tamen velim durior fieri: nec ignoro alios 1 hujuſmodi caſus nihil amplius vocare quam damnum: eoque ſibi magnos homines & ſapientes videri. qui an magni ſapienteſque ſint, neſcio: homines non ſunt. Hominis eſt enim 2 affici dolore, ſentire; reſiſtere tamen, & ſolatia 3 admittere, non ſolatiis non egere. Verum de his plura fortaſſe quam debui, ſed pauciora quam volui. Eſt enim quædam etiam dolendi voluptas: præſertim ſi in amici ſinu defleas, apud quem lacrymis tuis vel laus ſit parata vel venia. Vale.

XVII. C. PLINIUS MACRINO SUO S.

NUm iſtic quoque immite & turbidum cœlum? hîc aſſiduæ tempeſtates, & crebra diluvia. Tiberis alveum exceſſit, & demiſſioribus ripis alte ſuperfunditur. quanquam foſſa, quam providentiſſimus imperator fecit, exhauſtus, premit valles, innatat campis: 4 quaque planum ſolum, pro ſolo cernitur: inde, quæ ſolet flumina accipere, & permiſta devehere, velut obvius 5 retro cogit, atque ita alienis aquis operit agros, quos ipſe non tangit. Anio, delicatiſſimus amnium, ideoque adjacentibus villis velut invitatus retentuſque, magna ex parte nemora, quibus inumbratur, & fregit & rapuit. Subruit montes, & decidentium mole pluribus locis clauſus, dum amiſſum iter quærit, impulit tecta, ac ſe ſuper ruinas 6 evexit atque extulit. Viderunt hi, quos excelſioribus terris illa tempeſtas non deprehendit, alibi divitum apparatus, & gravem ſupellectilem, alibi inſtrumenta ruris: ibi boves, aratra, rectores: hîc ſoluta & libera armenta: atque inter hæc, arborum truncos, aut villarum trabes 7 atque culmina, varie lateque fluitantia. Ac ne illa quidem loca malo vacaverunt, ad quæ non aſcendit amnis. Nam pro amne imber aſſiduus, &

1 Ejuſmodi *Ald.* 2 Dolere *Vulg.* 3 Adm. non ſolatia non egere *Ald.* Adm. ſolatiis non egere *Vulg.* *Lipſius* [not. in *Tacit.*] ita legit: *quaque planum, ſolus pro ſolo cernitur.* 5 Reſiſtere *Vulg.* 6 Erexit *Vulg.* 7 Codex Pontificius (inquit *Catan.*) non habet *atque culmina.*

1 dejecti

1 dejecti nubibus turbines: 2 prorupta opera, quibus pretiosa rura cinguntur: quassata atque etiam decussa monimenta. Multi ejusmodi casibus debilitati, obruti, obtriti, & aucta luctibus damna. Ne quid simile istic, pro mensura periculi, vereor: teque rogo, si nihil tale est, quam maturissime solicitudini meæ consulas: sed & si tale, id quoque nuncies. Nam parvulum differt, patiaris adversa an exspectes: 3 nisi quod tamen est dolendi modus, non est timendi. Doleas enim, quantum scias accidisse; timeas, quantum possit accidere. Vale.

XVIII. C. PLINIUS RUFINO SUO S.

FAlsum est nimirum, quod creditur vulgo, testamenta hominum speculum esse morum: quum Domitius Tullus longe melior apparuerit morte quam vita. Nam, quum se captandum præbuisset, reliquit filiam hæredem, quæ illi cum fratre communis, quia genitam fratre adoptaverat. Prosequutus est nepotes plurimis jucundissimisque legatis: prosequutus etiam pronepotem. In summa, omnia pietate plenissima: ac tanto magis, quoniam inexspectata sunt. Ergo varii tota civitate sermones: alii fictum, ingratum, immemorem loquuntur, seque ipsos, dum insectantur illum, turpissimis confessionibus produnt, qui de illo uti de patre, avo, proavo, quasi orbi, querantur: alii contra hoc ipsum laudibus ferunt, quod sit frustratus improbas spes hominum, quos sic decipere, pro moribus temporum, prudentia est. Addunt etiam non fuisse ei liberum, alio testamento mori. neque enim reliquisse opes filiæ, sed reddidisse, quibus auctus per filiam fuerat. Nam 4 Curtius Mantia, perosus generum suum Domitium Lucanum (frater est Tulli) 5 sub ea conditione filiam ejus, neptem suam, instituerat hæredem, si esset manu patris emissa. Emiserat pater, adoptaverat patruus: atque ita circumscripto testamento, consors frater in patris potestate emancipatam filiam adoptionis fraude revocaverat, & quidem

1 Adjecti & additi *Vulg.* 2 Proruta *Vulg.* 3 Sic omnino legendum. Corrupte, *nisi quod tantum*, vulgatur. *Livinejus* in Paneg. *Plin.* 4 Mancipia perosus *Ald Vulg. Catanæus* suspicatur apud *Tacitum* [Annal. l XIII. c. 56.] mendam inoleviſſe: ubi legitur *Curtilius Mantia* superioris exercitus legatus: restituique debere *Curtius Mantia*. Sed labitur *Catan.* Meminit enim *Curtilii Mantiæ Phlegon* de reb. mirab. c. 7. Ἐν Γερμανίᾳ, ἐν τῷ στρατῷ τῶν Ῥωμαίων, ὃς ἦν ὑπὸ Τίτιο Κυρτιλίῳ Μαγκιάλᾳ &c. Sine dubio itaque apud auctorem nostrum legend. *Curtilius*. 5 Sic restituit *Casaub.* Fœdissime antea hoc modo legebantur: *Sub ea conditione ut filiam ejus neptem, suam instituaret hæredem.*

cum

cum opibus ampliſſimis. Fuit alioqui fratribus illis quaſi fato datum, ut divites fierent, invitiſſimis à quibus facti ſunt. Quin etiam Domitius Afer, qui illos in [1] nomen aſſumpſit, reliquit teſtamentum ante octo & decem annos nuncupatum: adeoque poſtea improbatum ſibi, ut patris eorum bona proſcribenda curaverit. Mira illius aſperitas, qui numero civium [2] excîdit, quem ſocium etiam in liberis habuit: felicitas horum, quibus ſucceſſit in locum patris, qui patrem abſtulerat. Sed hæc quoque hæreditas Afri, ut reliqua cum fratre quæſita, tranſmittenda erant filiæ fratris: à quo Tullus ex aſſe hæres inſtitutus, prælatuſque filiæ fuerat, ut [3] reconciliaretur. Quo laudabilius teſtamentum eſt, quod pietas, fides, pudor, ſcripſit: in quo denique omnibus affinitatibus, pro cujuſque officio, gratia relata eſt, relata & uxori. Accepit amœniſſimas villas, accepit magnam pecuniam uxor optima & patientiſſima: ac tanto melius de viro merita, quanto magis eſt reprehenſa quod nupſit. Nam mulier natalibus clara, moribus proba, ætate declivis, diu vidua, mater olim, parum decore ſequuta matrimonium videbatur divitis ſenis, ita perditi morbo, ut eſſe tædio poſſet uxori, quam juvenis ſanuſque duxiſſet. Quippe omnibus membris extortus & fractus tantas opes ſolis oculis obibat; ac ne in lectulo quidem, niſi ab aliis, movebatur. Quin etiam (fœdum miſerandumque dictu) dentes lavandos fricandoſque præbebat. Auditum eſt frequenter ab ipſo, quum quereretur de contumeliis debilitatis ſuæ, [4] ſe" digitos ſervorum ſuorum quotidie lingere. Vivebat tamen, & vivere volebat: ſuſtentante maxime uxore, quæ culpam inchoati matrimonii in gloriam perſeverantia verterat. Habes omnes fabulas urbis. [5] jam ſunt venales tabulæ Tulli, exſpectatur auctio. Fuit enim tam copioſus, ut ampliſſimos hortos eodem quo emerat die inſtruxerit plurimis & antiquiſſimis ſtatuis. tantum illi pulcerrimorum operum in [6] horreis, quæ negligebantur. Invicem tu, ſi quid [7] iſtic" epiſtola dignum, ne gravare ſcribere. Nam cum aures hominum novitate lætantur, tum ad rationem vitæ exemplis erudimur. Vale.

1 Numen *Ald. Vulg.* 2 Porrecta penultima: quod aptius eſt periodi numero, quam *exſcidit Caſauboni*, qui literæ adpoſitu tranſitivam ſignificationem commendavit, quam etiam ſolo accentu obtinemus. 3 Conciliaretur *Ald. Vulg.* 4 Deeſt *Ald.* 5 Plerique libri *Nam.* Boxh. *Jam*, quod *Buehnero* etiam placebat: Caſaub. *Nunc.* 6 Hortis *Vulg.* 7 Deeſt *Ald.*

XIX. C. PLINIUS MAXIMO SUO S.

ET gaudium mihi & ſolatium in literis; nihilque tam lætum, quod his lætius; nihil tam triſte, quod non per has [1] ſit" minus triſte. Itaque & infirmitate uxoris, & meorum periculo, quorundam vero etiam morte, turbatus, ad unicum doloris levamentum ſtudia confugio, quæ præſtant ut adverſa magis intelligam, ſed patientius feram. Eſt autem mihi moris, quod ſum daturus in manus hominum, ante amicorum judicio examinare, in primis tuo. Proinde, ſi quando, nunc intende [2] libro, quem cum hac epiſtola accipies: quia vereor ne [3] ipſe, ut triſtis, parum intenderim. Imperare enim dolori, ut ſcriberem, potui; ut vacuo animo lætoque, non potui. Porro ut ex ſtudiis gaudium, ſic ſtudia hilaritate proveniunt. Vale.

XX. C. PLINIUS GALLO SUO S.

AD quæ noſcenda iter ingredi, tranſmittere mare ſolemus, ea ſub oculis poſita negligimus: ſeu quia ita natura comparatum, ut proximorum incurioſi, longinqua ſectemur: ſeu quod omnium rerum cupido langueſcit, quum facilis occaſio eſt: ſeu quod differimus, tanquam ſæpe viſuri quod datur videre, quoties velis cernere. Quacunque de cauſa, permulta in urbe noſtra, juxtaque urbem, non oculis modo, ſed ne auribus quidem novimus: quæ ſi tuliſſet Achaja, Ægyptus, [4] Aſia", alia [[5] ve] quælibet miraculorum ferax commendatrixque terra, audita, perlecta, luſtrataque haberemus. Ipſe certe nuper, quod nec audieram ante, nec videram, audivi pariter & vidi. Exegerat proſocer meus, ut [6] Amerina prædia ſua inſpicerem. hæc perambulanti mihi oſtenditur ſubjacens lacus, nomine 7 Vadimonis; ſimul quædam incredibilia

1 Deeſt *Ald.* 2 In librum meum *Vulg.* 3 Ipſi *Vulg.* 4 Deeſt *Ald.* 5 Que *Ald.* 6 Amærina *Ald. Vulg.* Auctore *Stephano*, *Amerinus* ab *Amerio* deducitur. Latinis autem non *Amerium* ſed *Ameria* plerumque dicitur. Menda eſt apud *Servium* Grammaticum [ad Georgic. l. I. v. 265.] à quo vocatur *Amerinum oppidum*. Hujus urbis conditorem *Feſtus* in *Ameria* appellat *Amirum*, cujus altum ſilentium apud alios ſcriptores. *Ptolemæo* [Geog. l. III. c. 1.] Ἀμέρια more Latino dicitur. Nec aliter *Strabo*, ut omittam alios. 7 Memorarunt hunc lacum *Polybius* II. 20. qui Ὀδόμωνα λίμνην, penultima brevi, nominat: *Livius* IX. 39. & *Florus* I. 13. ubi *Frirſhemius* obſervavit, non inveniri caſum rectum hujus nominis. Vide item *Plin. ſen.* II. 95. *Senec.* III. 25.

narran-

narrantur. perveni ad ipſum. Lacus eſt in ſimilitudinem jacentis rotæ circumſcriptus, & undique æqualis; nullus ſinus, obliquitas nulla, omnia dimenſa, paria, & quaſi artificis manu cavata & exciſa. Color cæruleo albidior, [1] viridiore preſſior: ſulphuris odor, ſaporque medicatus, vis qua fracta ſolidantur. Spatium modicum, quod tamen ſentiat ventos, & fluctibus intumeſcat. Nulla in hoc navis (ſacer enim eſt) ſed innatant inſulæ herbidæ, omnes arundine & junco [2] tectæ, quæque alia fœcundior palus, ipſaque illa extremitas lacus effert. [3] Sua cuique figura, ut [4] modus: cunctis margo deraſus, quia frequenter vel littori vel ſibi illiſæ terunt terunturque. Par omnibus altitudo, par levitas: quippe in ſpeciem carinæ humili radice deſcendunt. hæc ab omni latere perſpicitur; eadem aqua pariter ſuſpenſa & merſa. interdum junctæ copulatæque & [5] continenti ſimiles [6] ſunt: interdum diſcordantibus ventis [7] digeruntur: nonnunquam deſtitutæ tranquillitate ſingulæ fluitant. Sæpe minores majoribus, velut [8] cymbulæ onerariis adhæreſcunt: ſæpe inter ſe majores minoreſque quaſi curſum certamenque deſumunt. rurſus omnes in eundem locum appulſæ, qua ſteterunt, promovent terram, & modo hac, modo illac, lacum reddunt auferuntque: ac tum demum, quum medium tenuere, non [9] contrahunt. Conſtat pecora herbas ſequuta, ſic in inſulas illas, ut in extremam ripam, procedere ſolere, nec prius intelligere mobile ſolum, quam littore abrepta, quaſi illata & impoſita, circumfuſum undique lacum pavent. mox quo tulerit ventus egreſſa, non magis ſe deſcendiſſe ſentire, quam ſenſerint aſcendiſſe. Idem lacus in flumen egeritur, quod ubi ſe pauliſper oculis dedit, ſpecu mergitur, alteque conditum meat: ac, ſi quid ante quam ſubduceretur, accepit, ſervat & profert. Hæc tibi ſcripſi, quia nec minus ignota quam mihi, nec minus grata cre-

1 Ex *Barthii* & *Buehneri* conjectura. Vulgo, *viridior & preſſior*. *Ald.* & alii legunt: *albidior, & preſſior ſulphure, odor &c.* 2 *Caſaub.* cum *Lectio texta*, idque illuſtrant ex Lege penult. D. de adquir. rer. dom §. 2. ubi inſula memoratur, *qua non ipſi alveo fluminis cohæret, ſed virgultis aut alia qualibet levi materia ita ſuſtineatur in flumine, ut ſolum ejus non tangat, atque ipſa moveatur. Buchnerus*, ob ea quæ ſequuntur, *tecta* mavult, ut ad ſuperficiem referatur. 3 Una *Vulg.* 4 *Caſaub.* aſſentitur *Lectio* legenti *motus*, cujus rationem *Gruterus* exputare non potuit. *Modus* autem menſura & ſpatium eſt. 5 Continentis *Ald* 6 Eunt *Ald. Vulg.* 7 *Buehn.* ſuſpicatur legend: *differuntur.* 8 Ita legend., aut, *corbula onerariis*, non ut nuperæ editiones, *cymbula oneraria*. Conſulatur *Catanæus.* 9 Nihil circulo demunt, quem deſcribit lacus undique circumfuſus. Aliter legitur, *non trahuntur.* Sed neutra ſcriptura *Gutero* ſatisfacit; cui viſum eſt potius legendum, *cum medium tenent, contrahunt:* quod tum, cum circa medium centrum omnes verſantur inſulæ, ab omnibus lateribus lacus minimus ſit.

debam. nam te quoque, ut me, nihil æque ac naturæ opera delectant. Vale.

XXI. C. PLINIUS ARRIANO SUO S.

UT in vita, ſic in ſtudiis pulcerrimum & humaniſſimum exiſtimo, ſeveritatem comitatemque miſcere, ne illa in triſtitiam, hæc in petulantiam [2] procedat. Qua ratione ductus, graviora opera lu[illegible]ibus jociſque diſtinguo. Ad hos proferendos & tempus & locum opportuniſſimum elegi, utque jam nunc aſſueſcerent & ab otioſis, & in triclinio audiri, Julio menſe, quo maxime lites interquieſcunt, poſitis ante lectos cathedris, amicos collocavi: forte accidit, ut eo die mane in advocationem ſubitam rogarer: quod mihi cauſam præloquendi dedit. Sum enim deprecatus, ne quis ut irreverentem operis argueret, quod recitaturus, quanquam & amicis & paucis, idem iterum amicis, foro & negotiis non abſtinuiſſem. Addidi, hunc ordinem me & in ſcribendo ſequi, ut neceſſitates voluptatibus, feria jucundis anteferrem, ac primum amicis, tum mihi ſcriberem. Liber fuit & opuſculis varius & metris. ita ſolemus qui ingenio parum fidimus, ſatietatis periculum fugere. Recitavi biduo: hoc aſſenſus audientium exegit. & tamen ut alii tranſeunt quædam, imputantque quod tranſeant: ſic ego nihil prætereo, atque etiam non præterire me teſtor. Lego enim omnia, ut omnia emendem. quod contingere non poteſt electa recitantibus. at illud modeſtius, & fortaſſe reverentius, ſed hoc ſimplicius & amantius. Amat enim qui ſe ſic amari putat, ut tædium non pertimeſcat. alioqui quid præſtant ſodales, ſi conveniunt voluptatis ſuæ cauſa? [3] delicatus ac ſimilis ignoto eſt, qui amici librum bonum mavult audire quam facere. Non dubito cupere te pro cætera mei caritate, quam maturiſſime legere hunc adhuc muſteum librum. Leges, ſed retractatum: quæ cauſa recitandi fuit: & tamen nonnulla jam ex eo noſti: hæc vel emendata poſtea, vel (quod interdum longiore mora ſolet) deteriora facta, quaſi nova rurſus & reſcripta cognoſces. Nam, pleriſque mutatis, ea quoque mutata videntur quæ manent. Vale.

1 Ariano *Vulg* 2 Excedat *Vulg* 3 Quidam cum *Aldo delegatus* legunt, quod improbat *Gronovius*.

XXII. C.

XXII. C. PLINIUS [1]GEMINIO SUO S.

NOstine hos, qui omnium libidinum ſervi ſic aliorum vitiis iraſcuntur, quaſi invideant, & graviſſime puniunt quos maxime imitantur? quum eos etiam qui non indigent clementia ullius, nihil magis quam lenitas deceat. [2] Atque ego optimum & emendatiſſimum exiſtimo, qui cæteris ita ignoſcit, tanquam ipſe quotidie peccet: ita peccatis abſtinet, tanquam nemini ignoſcat. Proinde hoc domi, hoc foris, hoc in omni vitæ genere teneamus, ut nobis implacabiles ſimus; exorabiles iſtis etiam qui dare veniam niſi ſibi neſciunt: mandemuſque memoriæ, quod vir mitiſſimus, & ob hoc quoque maximus, Thraſea, crebro dicere ſolebat; QUI VITIA ODIT, [3] HOMINES ODIT. Fortaſſe quæris quo commotus hæc ſcribam? Quidam [4] nuper". ſed melius coram. quanquam ne tunc quidem. [5] Vereor enim, ne id quod improbo eos ſectari, carpere, referre, huic, quod quam maxime præcipimus, repugnet. Quiſquis ille, qualiſcunque, fileatur: quem inſignire, exempli [6] nihil; non inſignire, humanitatis plurimum refert. Vale.

XXIII. C. PLINIUS MARCELLINO SUO S.

OMnia mihi ſtudia, omnes curas, omnia avocamenta exemit, excuſſit, eripuit dolor, quem ex morte Junii Aviti graviſſimum cepi. Latum clavum in domo mea induerat; ſuffragio meo adjutus in petendis honoribus fuerat; ad hoc, ita me [7] diligebat, ita verebatur, ut me formatore morum, me quaſi magiſtro uteretur. rarum hoc adoleſcentibus noſtris.

1 *Gemimio* in ed. *Elzevir.* 2 Atqui *Ald.* approbante *Grut.* ; Senſus eſſet clarior, ſi ſcriberetur: *homines non odit.* 4 Deeſt *Ald.* 5 Senſus nullus. Scribit *Caſaub. Vereor enim ne id quod improbo, inſectari, carpere, referre, huic, quod eum maxime præcipimus repugnet.* Ne mea inſectatio, reprehenſio, relatio, repugnet, atque adverſaria ſit huic, quod modo docui. 6 *Caſaub.* legit *nonnihil.* Sed perperam, ut vult *Buchn.* cui tamen non placet explicatio *Gruteri*, dicentis: *exemplum tunc prodeſt, cum pars magna populi extra vitium: verum ubi plures delinquunt; ubi vitia mores ſunt; ubi peccare ſeculum vocatur; ibi nemo poteſt, nemo debet inſigniri Buchnero* itaque hîc ſenſus eſſe videtur: refert exempli inſigniri παραδειγματίζεσθαι, traduci eum, quem, quod male fecit, verendum eſt, ne multi imitentur, niſi pœna illius & infamia deterreantur. At ubi perſona non eſt, quæ commovere quemquam poſſit, & factum nec magnum nec publicum, nihil ad exemplum pertinet hujus nota; pertinet autem ad humanitatem tranſmittere & connivere. 7 Dilexerat *Ald.*

Nam

Nam quotuſquiſque vel 1 ætati alterius, vel auctoritati ut minor cedit? Statim ſapiunt, ſtatim ſciunt omnia: neminem verentur, imitantur neminem, atque ipſi ſibi 2 exempla ſunt. Sed non Avitus, cujus hæc præcipua prudentia, quod alios prudentiores arbitrabatur: hæc præcipua eruditio, quod diſcere volebat. Semper ille aut de ſtudiis aliquid, aut de officiis vitæ conſulebat: ſemper ita recedebat, ut melior factus: & erat factus vel eo quod audierat, vel quod omnino quæſierat. Quod ille obſequium Serviano, exactiſſimo viro, præſtitit? quem legatum tribunus ita & intellexit, & 3 excepit, ut ex Germania in Pannoniam tranſeuntem, non ut commilito, ſed ut comes aſſectatorque ſequeretur. qua induſtria, qua modeſtia quæſtor conſulibus ſuis (4 & plures habuit) non minus jucundus & gratus, quam uſui fuit? quo diſcurſu, qua vigilantia, hanc ipſam ædilitatem, cui præreptus eſt, petiit? Quod vel maxime dolorem meum 5 exulcerat: obverſantur oculis 6 caſſi labores, & infructuoſæ preces, & honor quem 7 meruit tantum. Redit animo ille latus clavus, in penatibus meis ſumptus: redeunt illa prima, illa poſtrema ſuffragia mea, illi ſermones, illæ conſultationes. Afficior adoleſcentia ipſius, afficior neceſſitudinum caſu. Erat illi grandis natu parens, erat uxor, quam ante annum virginem acceperat: erat filia, quam paulo ante ſuſtulerat. Tot ſpes, tot gaudia dies unus in 8 diverſa convertit. Modo deſignatus ædilis, recens maritus, recens pater, intactum honorem, orbam matrem, viduam uxorem, filiam pupillam, ignaram avi ignaramque patris reliquit. Accedit lacrymis meis, quod abſens, & impendentis mali neſcius, pariter ægrum, pariter deceſſiſſe cognovi, ne graviſſimo dolori 9 timore conſueſcerem. 10 In tantis tormentis eram, quum ſcriberem hæc, ſcriberem ſola. neque enim nunc aliud aut cogitare aut loqui poſſum. Vale.

1 Ætate & *mox* auctoritate *Ald.* 2 *Exemplo* mallet *Scheff.* 3 Cepit *Vulg.* quod placet *Grut.* & *Buchn.* 4 Et prætoribus habitus *Vulg.* 5 Vicerat *Ald.* 6 Paſſi *Ald.* 7 *Caſauboni* diſtinctio. Alii enim: *quem meruit. Tantum &c.* 8 Adverſa *Vulg.* 9 Tempore *Vulg.* 10 *Caſaubonus* corrigit: *In tantis tormentis eram, cum hæc ſcriberem, ut hæc ſcriberem ſola. Scheffero* propius ad ſcripturum veterem: *In tantis tormentis eram, ut, cum ſcriberem hæc, ſcriberem ſola.* Neque potuit facilius, quam illud *ut*, ob præcedens *in*, quod pariter tribus conſtat lineolis, deleri.

XXIV. C. PLINIUS MAXIMO SUO S.

AMor in te meus cogit, non ut præcipiam (neque enim præceptore eges) admoneam tamen, ut quæ ſcis, teneas & obſerves, aut ſcias melius. Cogita, te miſſum in provinciam Achajam, illam veram & meram Græciam, in [1] qua primum humanitas, literæ, etiam fruges, inventæ eſſe creduntur: miſſum ad ordinandum ſtatum liberarum civitatum, id eſt, ad homines maxime liberos, qui jus à natura datum, virtute, meritis, amicitia, fœdere denique & religione tenuerunt. Reverere conditores deos, [2] numina deorum: reverere gloriam veterem, & hanc ipſam ſenectutem, quæ in homine venerabilis, in urbibus ſacra eſt. ſit apud te honor antiquitati, ſit ingentibus factis, ſit [3] fabulis quoque: nihil ex cujuſquam dignitate, nihil ex libertate, [4] nihil etiam ex jactatione decerpſeris. habe ante oculos, hanc eſſe terram quæ [5] nobis miſerit jura, quæ leges non victa [6] acceperit, ſed petentibus dederit: Athenas eſſe quas adeas: Lacedæmonem eſſe, quam regas: quibus reliquam umbram, & reſiduum libertatis nomen eripere, durum, ferum, barbarumque eſt. Vides à medicis, quanquam in adverſa valetudine nihil ſervi ac liberi differant, mollius tamen liberos clementiuſque tractari. Recordare, quid quæque civitas fuerit; non ut deſpicias quod eſſe deſierit. Abſit ſuperbia, aſperitas, nec timueris contemptum. an contemnitur qui imperium, qui faſces habet, niſi qui humilis, & ſordidus, & qui ſe primus ipſe contemnit? Male vim ſuam poteſtas aliorum contumeliis experitur, male terrore veneratio acquiritur: longeque valentior amor ad obtinendum quod velis, quam timor. nam timor abit ſi recedas, manet amor: ac ſic, ut ille in odium, hic in reverentiam vertatur. Te vero etiam atque etiam (repetam enim) meminiſſe oportet officii tui titulum, ac tibi ipſi interpretari, quale quantumque ſit ordinare ſtatum liberarum civitatum. Nam quid ordinatione civilius? quid libertate pretioſius? porro quam turpe, ſi ordinatio everſione, libertas ſervitute mutetur? Accedit, quod tibi certamen eſt tecum: onerat te quæſturæ tuæ fama, quam ex Bithynia optimam revexiſti: onerat teſtimonium principis: onerat tribunatus, prætura, atque hæc ipſa legatio, quaſi præmium

1 Ubi humanitas *Ald.* Qua p. humanitatis literæ *Vulg.* 2 Alii *nomina dear. Gronov.* autem, *nomina heroum.* Aliter *Scheffer. nomine deorum reverere gloriam veterem.* 3 In fab. *Ald.* 4 Nihil ex cujuſquam jact. *Ald. Vulg.* 5 *Catan.* malit, *invitis nobis.* 6 Deeſt *Ald.*

data.

data. Quo magis [1] nitendum eſt, ne in longinquam provinciam quam ſuburbanam, ne inter ſervientes quam liberos, ne ſorte quam judicio miſſus, ne rudis & incognitus quam exploratus probatuſque, humanior, melior, peritior fuiſſe videaris: cum ſit alioqui, ut ſæpe audiſti, ſæpe legiſti, multo deformius amittere, quam non aſſequi laudem. Hæc velim credas, (quod initio dixi) ſcripſiſſe me admonentem, non præcipientem; quanquam præcipientem quoque. Quippe non vereor, in amore ne modum exceſſerim. neque enim periculum eſt, ne ſit nimium, quod eſſe maximum debet. Vale.

1 Interdum *Vulg.*

Liber IX.

XX. C. PLINIUS MAXIMO SUO S.

SÆPE te monui, ut libros quos vel pro te, vel in [1] Blateram, immo & pro te & in illum (ita enim materia cogebat) compoſuiſti, quam maturiſſime emitteres: quod nunc præcipue, morte ejus audita, & hortor & moneo. Quamvis enim legeris [2] multis, legendoſque dederis, nolo tamen quemquam opinari, defuncto demum inchoatos, quos incolumi eo peregiſti. Salva ſit tibi [3] conſtantiæ fama. erit autem, ſi notum æquis iniquiſque fuerit, non poſt inimici mortem ſcribendi tibi natam eſſe fiduciam, ſed jam paratam editionem morte præventam. Simul vitabis illud,

[4] Οὐχ ὅσιον φθιμένοισιν ἐπ' ἀνδράσιν εὐχετάασθαι.

Nam quod de vivente [5] ſcriptum, de vivente recitatum eſt, in defunctum quoque, tanquam viventem adhuc editur, [6] ſi editur" ſtatim. Igitur, ſi quid aliud in manibus, differ: [7] interim hoc perfice, quod nobis, qui legimus olim, abſolutum videtur: ſed jam videatur & tibi, cujus cunctationem nec res ipſa deſiderat, & [8] temporis ratio [9] præcidit. Vale.

II. C. PLINIUS [10] SABINO SUO S.

FAcis jucunde, quod non ſolum plurimas epiſtolas meas, verum etiam longiſſimas, flagitas: in quibus parcior fui, partim [11] quia tuas occupationes [12] verebar", partim quia ipſe multum diſtringebar, plerumque frigidis negotiis: quæ

1 Platam *Bod.* 1. *Lin.* Pal. Plantam *Ald. Vulg.* quo modo legit *Grut.* quod verum putarim, quia *Pompeji Planta* meminit noſter l. X. ep. 5. & deinceps. 2 Multiſque legendos dederis *Bod.* 1. *Lin.* 3 Conſtantia. Erit aut. *Bod.* 1 2. *Lin.* Conſtantia & fama. Erit aut. *Ald. Vulg.* 4 Οὐχ ὅσιον φθιμένοισι λοιδορίην *Ald.* Carmen eſt ex *Homeri* Odyſſ. penult. v. 412. paucis mutatis,

Οὐχ ὅσιον, κλαμένοισιν ἐπ' ἀνδράσιν εὐχετάασθαι.

5 Scriptum eſt, in defunctum quoque *Bod.* 1. 2. *Lin.* 6 Deſunt *Bod.* 1. 2. *Lin.* 7 Et interim *Vulg.* 8 Mortis *Vulg.* 9 Ita MSS melius pleriſque exemplaribus, in quibus occurrit, *præcedit.* 10 Sabinio *Bod.* 1. 11 Propter *Lin.* 12 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin.*

1 ſimul" & avocant animum & comminuunt. Præterea nec materia plura ſcribendi dabatur. neque enim eadem noſtra conditio, quæ M. Tullii, ad cujus exemplum 2 nos" vocas. Illi enim & copioſiſſimum ingenium, 3 & ingenio, qua varietas rerum, qua magnitudo largiſſime ſuppetebat. Nos quam anguſtis terminis claudamur, 4 etiam tacente me 5 perſpicis: niſi forte volumus ſcholaſticas 6 tibi", atque (ut ita dicam) umbraticas literas mittere. Sed 7 nihil minus aptum arbitramur, quum 8 arma veſtra, quum caſtra, 9 quum" denique cornua, tubas, ſudorem, pulverem, ſoles cogitamus. Habes, ut puto, juſtam excuſationem. quam tamen dubito an tibi probari velim. 10 Eſt enim ſummi amoris negare veniam 11 brevibus epiſtolis amicorum, quamvis ſcias illis conſtare rationem. Vale.

12 III. C. PLINIUS PAULINO SUO S.

ALius alium, ego beatiſſimum exiſtimo qui bonæ manſuræque famæ præſumptione perfruitur, certuſque poſteritatis cum futura gloria 13 vivit. Ac 14 mihi niſi præmium æternitatis ante oculos, pingue illud altumque otium placeat. Etenim omnes homines arbitror oportere aut immortalitatem ſuam aut mortalitatem cogitare: & illos quidem 15 conten-

1 Plerumque *Bod.* 1. *Lin.* Deeſt *Bod.* 2. 2 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin.* 3 Et par ingenio varietas rerum magnitudoque largiſſime ſuppetebat *Bod.* 1. Et ingenio varietas rerum, magnitudoque largiſſime ſuppetebat *Bod.* 2. Et ingenio quæ varietas rerum, quæ magnitudo largiſſime ſuppetebat *Lin.* Et ingenio varietas rer. quæ magnitudo largiſſime ſuppetebat *Pal.* Vulgo legitur: *& par ingenio materia, quam tam* [*quanta* Ald] *varietas rerum quam magnitudo largiſſ. ſuppet.* MSS *Franc. Modii* à *Lincolnienſi* noſtro non diſcrepabant, uti nec editiones vetuſtiſſimæ. Emendavit ergo *Modius*, ut nos edidimus, niſi quod [vid. ep. XCII. Novantiq. Lect] *materiam* de ſuo interpoſuerit, quod ſupervacuum *Gronovio* viſum, & abeſt quoque à manuſcriptis; nec cum verbo *ſuppetebat* cohæret: quod videns editor *Oxonienſis* pro ea voce *ſuppeditabat* ſcripſit 4 Et *Lin.* 5 Proſpicis *Bod.* 1. 6 Deeſt *Bod.* 1. *Lin.* 7 Nihilominus *Lin.* 8 Armaturam, cum c. *Bod.* 1. *Lin. Vulg.* 9 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald.* 10 Erat *Bod.* 1. *Lin. Pal.* Erit *Bod.* 2. Rectius, ut vult *Grut.* 11 Brevius *Bod.* 1. *Lin.* 12 XIV. *Bod.* 1. 2. *Lin.* Notandum quod ordo epiſtolarum iſtius libri in codicibus noſtris ab exemplaribus impreſſis diſcrepet. Nec aliter, ut videtur, in *Palatino*, cæteriſque codicibus ab aliis memoratis. Hoc moneo, ut exinde pateat, ſitum earum longe alieniſſimum eſſe ab eo à *Plinio* ipſo obſervato, quod item de aliis libris obſervare eſt, licet ex codd. noſtris id non conſtet. Perturbavit autem, ut videtur, earum primus editor. 13 Vivet *Bod.* 2. 14 *Nihil* vulgo legitur. Sine ſenſu. *Ae mihi* in MSS. ſuis *Modius* invenit, & ſic conjecerat *Gruterus.* 15 Contendere & hos quieſcere, non remitti. nec b. *Bod.* 1. *Lin.* Cont. hos q., n. r. &c. *Lin.* Contendere, eniti, hos quieſcere, remitti: n. b. *Et* Contendere & non remitti, tum hos quieſcere, nec b. *Vulg.*

dere,

dere, eniti: hos quieſcere, nec brevem vitam caducis laboribus fatigare: ut video multos, miſera ſimul & ingrata imagine induſtriæ, ad [1] mortalitatem ſui pervenire. Hæc ego [2] tecum, quæ quotidie mecum, [3] ut deſinam mecum, ſi diſſenties [4] tu: quanquam non diſſenties", ut qui ſemper [5] præclarum aliquid & immortale [6] meditaris. Vale.

[7] IV. C. PLINIUS MACRINO SUO S.

[8] VErerer ne immodicam orationem putares, quam cum hac epiſtola [9] accipies, niſi eſſet generis ejus, ut [10] ſæpe incipere", ſæpe deſinere videatur. nam ſingulis criminibus ſingulæ velut cauſæ continentur. Poteris ergo, [11] undecunque incœperis, ubicunque deſieris, quæ deinceps ſequentur & quaſi incipientia legere, & quaſi cohærentia: meque [12] in" univerſitate longiſſimum, breviſſimum in partibus judicare. Vale.

[13] V. C. PLINIUS TYRONI SUO S.

EGregie facis (inquiro enim [14] & perſevero) quod juſtitiam tuam provincialibus multa humanitate commendas: cujus præcipua pars eſt, honeſtiſſimum quemque complecti, atque ita à minoribus amari, ut ſimul à principibus diligare. Plerique autem, dum verentur, [15] ne gratiæ potentium [16] nimium" [17] impertiri videantur, ſiniſteritatis atque etiam malignitatis famam conſequuntur. à quo vitio tu longe receſſiſti, ſcio: ſed temperare mihi non poſſum, quo minus laudem, ſimilis monenti, quod eum modum tenes, ut diſcrimina ordinum dignitatumque cuſtodias: quæ ſi [18] confuſa, turbata, permiſta [19] ſint, nihil eſt ipſa æqualitate inæqualius. Vale.

1 Utilitatem *Bod.* 1. 2. *Lin. Pal.* Vilitatem *Ald.* 2 Tanquam, quæ *Bod* 1. 2. *Lin.* 3 Et *Bod.* 2. 4 Deſunt *Bod.* 1. 2. *Lin.* 5 Clarum *Bod.* 2. *Ald.* Carum *Lin.* 6 Meditare *Ald.* Meditetur *Bod.* 1. *Lin.* 7 XV. *Bod.* 1. 2. *Lin.* 8 Vereor *Lin.* 9 Accepiſſes *Ald.* 10 Deſunt *Bod.* 1. 2. *Lin.* 11 Ut cœperis *Bod.* 1. 2. *Lin.* Undecunque cœperis *Ald.* 12 Deeſt *Lin.* 13 XVI. *Bod.* 1. 2. *Lin.* 14 Et perſevera *Bod.* 1. 2. *Vulg.* unde emendabat *Lectius & per ſe vera. Boxh.* legit, *perſeveru. Cellarius, perſevere.* 15 Ut grat. *Bod.* 1. 2. *Lin.* 16 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin.* 17 Impertire *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald. Vulg.* 18 Confuſa & permiſta *Bod.* 1. 2. *Lin.* 19 Sunt *Bod.* 1. 2.

[1] VI. C. PLINIUS CALVISIO SUO S.

OMne hoc tempus inter pugillares ac libellos [2] jucundiſſima [3] quiete tranſmiſi. *Quemadmodum*, inquis, *in urbe potuiſti?* Circenſes erant; quo genere ſpectaculi ne leviſſime quidem [4] teneor". Nihil novum, nihil varium, nihil quod non ſemel ſpectaſſe ſufficiat. quo magis miror, tot millia virorum tam pueriliter identidem [5] cupere' currentes equos, inſiſtentes curribus homines videre. Si tamen [6] aut" velocitate equorum, aut hominum arte traherentur, eſſet ratio nonnulla: nunc favent panno, pannum amant: & [7] ſi" in ipſo curſu [8] medioque certamine, hic color illuc, ille huc transferatur, ſtudium favorque [9] tranſibit, & repente agitatores illos, equos [10] illos, quos" procul noſcitant, quorum clamitant nomina, relinquent. Tanta gratia, tanta auctoritas in una viliſſima tunica. Mitto apud vulgus, quod vilius tunica [11] eſt": [12] ſed apud quoſdam graves homines; quos ego quum recordor, in re inani, frigida, aſſidua, tam inſatiabiliter deſidere, capio aliquam voluptatem, quod hac voluptate non capiar. Ac per hos dies libentiſſime otium meum in literis colloco, quos alii otioſiſſimis occupationibus perdunt. Vale.

[13] VII. C. PLINIUS ROMANO SUO S.

ÆDificare te ſcribis, bene eſt. inveni patrocinium. ædificio enim jam [14] ratione, quia tecum. [15] Nam" hoc quoque non [16] diſſimile, quod ad mare tu, ego ad Larium lacum. hujus in littore plures [17] villæ meæ; ſed duæ, ut maxime delectant, ita exercent. Altera impoſita ſaxis, more [18] Bajano, lacum proſpicit: altera, [19] æque more Bajano, lacum tangit. Itaque illam, tragœdiam; hanc, appellare comœdiam ſoleo: illam, quod quaſi cothurnis; hanc, quod quaſi ſocculis ſuſtinetur. Sua utrique amœnitas, [20] & [21] utramque [22] poſſidenti ipſa diverſitate jucundior. Hæc lacu propius, illa latius uti-

1 III. *Bod.* 1. 2. *Lin.* 2 Jucundum *Bod.* 1. 2. *Lin.* 3 Quieteque *Bod.* 2. 4 Deeſt *Lin.* 5 Deeſt *Bod* 1. 2. *Lin.* 6 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin.* 7 Deeſt *Ald.* 8 Non mediocri certamine *Bod.* 1. *Lin.* Mediocre certamen *Bod.* 2. 9 Tranſivit *Bod* 2 *Ald.* 10 Deſunt *Lin.* 11 Deeſt *Bod.* 2. 12 Et quoſdam *Lin.* Et apud quoſd. *Bod.* 1. 13 IV. *Bod.* 1. 2. *Lin.* 14 Romæ *Lin.* 15 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin.* 16 Diſſimulo *Bod* 1. *Lin.* 17 Sic MSS. at *villa me Caſaub.* & *Boxh.* 18 Baitano *Bod.* 1. *Lin.* Et ſic mox. 19 Quoque *Bod.* 2. 20 Ut *Bod.* 1. 21 *Caſaub.* arbitratur omiſſam eſſe vocem unam, ac legendum, *utraque utramque.* 22 Poſſidentis *Bod.* 1. *Lin.*

tur:

tur: hæc [1] unum ſinum molli curvamine amplectitur, illa [2] editiſſimo dorſo duos dirimit: [3] illic recta geſtatio longo [4] limite ſuper littus extenditur, [5] hic ſpatioſiſſimo xyſto leviter inflectitur": illa fluctus non ſentit, hæc frangit; ex illa poſſis deſpicere piſcantes, ex hac ipſe piſcari, hamumque è cubiculo, ac pene etiam lectulo, ut è navicula, jacere. [6] Hæ mihi cauſæ utrique quæ deſunt aſtruendi, [7] ob ea quæ ſuperſunt. [8] Etſi quid ego rationem tibi, apud quem pro ratione erit idem facere? Vale.

[9] VIII. C. PLINIUS [10] AUGURINO SUO S.

SI laudatus à te, laudare te cœpero, vereor ne non tam proferre judicium meum quam referre gratiam videar. ſed licet videar, omnia ſcripta tua pulcerrima exiſtimo, maxime tamen illa [11] quæ" de nobis. [12] Accidit hoc, una eademque de cauſa. Nam & tu quæ de amicis [13] optime ſcribis, [14] & ego quæ de me, ut optima lego. Vale.

[15] IX. C. PLINIUS COLONI SUO S.

UNice probo, quod Pompeji Quintiani morte tam dolenter afficeris, ut amiſſi caritatem deſiderio extendas: non ut plerique, qui tantum viventes amant, ſeu potius amare ſe ſimulant, [16] ac ne ſimulant" quidem, niſi [17] quos florentes vident. Nam miſerorum, non ſecus ac defunctorum obliviſcuntur. [18] ſed tibi perennis fides, tantaque in amore conſtantia, ut [19] finiri, niſi tua morte, non poſſit. & hercule is fuit Quin-

1 Illum unum molli *Bod.* 1. Illum uno molli *Bod.* 2. *Lin.* 2 Illa ditiſſimo dorſo diripuit *Bod.* 1. 2. Illa ditiſſimo dorſo diripiunt *Lin.* Illa ex ed. &c. *Ald.* Illam duriſſima dorſa diripiunt *Vulg.* 3 Hic recta &c *Bod.* 2. Illic retia, venatio: hic geſtatio longo limite ſuper *Vulg.* 4 Tramite *Bod.* 1. 5 Deſunt *Bod.* 1. 2. *Lin.* 6 Hæc *Bod.* 1. 7 Iſtud *ob ea* non intelligit *Schefferus.* Si enim ob ea, quomodo poteſt præcedere *Hæ mihi cauſæ?* Quæ adſtruuntur propter ea, quæ ſuperſunt, non adſtruuntur propter cauſas alias. Quare ſuſpicatur, ſcripſiſſe noſtrum *ad ea.* 8 Non aliter *Bod.* 1. *Lin. Pal.* & Edd. veteſtiſſ. At *Bod.* 2. *Ald. Steph.* & Edd. recentiores, *ſed quid ego.* 9 XVII. *Bod.* 1. 2. *Lin.* 10 Auguri *Bod.* 1. *Lin.* 11 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin.* 12 Ita *Bod* 1. *Lin. Pal.* Sed *Bod.* 2. *Ald. Steph.* &c. perperam legunt *accedit.* 13 Optimus *Ald. Caſaubonus* in hac periodo aliquid omiſſum eſſe cenſet, & legit: *Nam & tu, quæ de amicis ſcribis, optime ſcribis, &c.* 14 Et ego de me, quæ, ut puto, optima lego *Bod.* 1. *Lin.* Ego de me ut puto, optime lego *Bod.* 2. 15 V. *Bod.* 1 2. *Lin.* 16 Deſunt *Lin. MS. Cl. Min.* 17 Quod flor. *Bod.* 1. *Ald.* 18 Et tibi *Bod.* 1. *Lin.* Eſt tibi *Bod.* 2. 19 Finire *Bod.* 1. 2. *Lin.*

tianus,

tianus, quem [1] diligi deceat exemplo ipſius. Felices amabat, miſeros tuebatur, deſiderabat amiſſos. Jam illa quanta probitas in ore? quanta in ſermone cunctatio? [2] quam pari libra gravitas comitaſque? quod ſtudium literarum? [3] quod judicium? qua pietate cum diſſimillimo [4] patre vivebat? quam non obſtabat illi, quo minus vir optimus videretur quod erat optimus filius? ſed quid dolorem tuum exulcero? quanquam ſic amaſti [5] viventem; ut [6] hæc audire potius, quam de illo fileri velis: à me præſertim, cujus prædicatione putas vitam ejus ornari: memoriam prorogari, ipſamque illam, qua [7] eſt" raptus, ætatem poſſe reſtitui. Vale.

[8] X. CORNELIO TACITO SUO C. PLINIUS S.

CUpio præceptis tuis parere: ſed aprorum tanta penuria eſt, ut Minervæ & Dianæ, quas ais pariter colendas, convenire non poſſit. Itaque Minervæ tantum ſerviendum eſt, delicate tamen, ut in ſeceſſu & æſtate. in via plane nonnulla leviora, ſtatimque delenda, [9] ea" garrulitate, qua ſermones [10] in vehiculo ſeruntur, extendi. his quædam addidi in villa, quum aliud non liberet. Itaque poëmata quieſcunt; quæ tu inter nemora & lucos commodiſſime perfici putas. Oratiunculam unam [11] &" alteram retractavi: quanquam id genus operis inamabile, inamœnum, magiſque laboribus ruris, quam voluptatibus ſimile. Vale.

[12] XI. C. PLINIUS GEMINIO SUO S.

EPiſtolam tuam [13] jucundiſſimam recepi; eo maxime, quod aliquid ad te ſcribi volebas, quod libris inſeri poſſet. [14] ob-

1 Diligere liceat *Bod.* 1. *Lin.* Diligere deceat *Bod.* 2. 2 Cum *Ald.* 3 Deſunt *Bod.* 1. *Lin.* 4 Parente *Bod.* 1. 2. *Lin.* 5 Juvenem *Bod.* 1. 6 Hoc potius quam de illo fileri velis *Bod.* 1. 2. *Ald.* Hoc potius de illo quam fileri velis *Lin.* 7 Deeſt *Bod.* 2. 8 XVIII. *Bod.* 1. 2. *Lin.* In *Steph.* ed. Epiſtola hæc inſcribitur: *Cor. Tacitus C. Plin. ſuo S.* Nec aliter *Catanæus* aliique docti viri; quibus non aſſentitur *Caſaubonus.* Nam quod ait *Catanæus* hanc eſſe Taciti reſponſionem ad literas *Plinii*, quæ libro primo continentur epiſtola ſexta, illi aliter videtur. Putat enim *Plinium* nunc reſpondere epiſtolæ, quam ipſi *Tacitus* miſit accepta illa ſuperiore libri primi. Sane qui attente utramque epiſtolam inter ſe comparabit, intelliget non reſponderi iſta illi priori; ſed alii cuidam, cujus argumentum & ὑπόθεσις ex illa priore erant nota. 9 A *Bod.* 1. *Lin.* Deeſt *Bod.* 2. 10 Vehiculo feruntur *Bod.* 1. *Lin.* 11 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald.* 12 XIX. *Bod.* 1. 2. *Lin.* 13 Jucundiſſime *Bod.* 1. 2. *Lin. Vulg.* 14 Obvenit *Bod.* 1. *Lin.* Obveniat *Ald.*

veniet

veniet materia, vel hæc ipſa quam monſtras, vel [1] potior alia. Sunt enim [2] in hac" offendicula nonnulla: [3] circumfer oculos, & occurrent. [4] Bibliopolas Lugduni eſſe non putabam: ac tanto libentius ex literis tuis cognovi venditari libellos [5] meos, quibus peregre manere gratiam, quam in urbe collegerint, delector. Incipio enim ſatis abſolutum exiſtimare, de quo tanta diverſitate regionum [6] diſcreta hominum judicia [7] conſentiunt. Vale.

[8] XII. C. PLINIUS JUNIORI SUO S.

CAſtigabat quidam filium ſuum, quod paulo ſumptuoſius equos & canes emeret: huic ego, juvene digreſſo, Heus tu, nunquamne feciſti, quod à patre corripi [9] poſſet? feciſti, dico? Non interdum facis quod filius tuus, ſi repente pater ille, tu filius, pari gravitate reprehendat? Non omnes homines aliquo errore [10] ducuntur? non hic in illo ſibi, in hoc alius, indulget? Hæc tibi admonitus immodicæ ſeveritatis exemplo [11] pro" [12] amore mutuo ſcripſi, ne quando tu quoque filium tuum acerbius duriuſque tractares. Cogita & illum puerum eſſe, & te fuiſſe: atque ita [13] hoc" quod es pater utere, ut memineris [14] &" te hominem eſſe, & hominis patrem. Vale.

[15] XIII. C. PLINIUS QUADRATO SUO S.

QUanto ſtudioſius intentiuſque legiſti libros, quos de Helvidii ultione compoſui, tanto impenſius poſtulas, ut perſcribam tibi, quæque extra libros, quæque circa libros, totum denique ordinem rei, cui per ætatem non interfuiſti. Occiſo Domitiano [16] ſtatui mecum ac deliberavi, eſſe magnam pulcramque materiam inſectandi nocentes, miſeros vindicandi, ſe proferendi. Porro inter multa ſcelera multorum, nullum atrocius videbatur, quam quod in ſenatu ſenator ſenatori, prætorius conſulari, reo judex manus intuliſſet. Fuerat alioqui mihi cum Helvidio amicitia, quanta potuerat eſſe cum

1 Potiora alia *Bod.* 1. *Lin* 2 Deſunt *Bod.* 1. 2. *Lin.* 3 Circumfero *Ald.* 4 Bibliopolas hos *Bod.* 1. 5 Meos, & peregre inire gr. quam in urbe legerunt. Inc. *Vulg.* 6 Diſcrepata *Vulg.* 7 Diſſentiunt *Bod.* 1. *Lin.* Non diſſentiunt *Bod.* 2. 8 VI. *Bod* 1. 2. *Lin.* 9 Poſſit *Lin.* 10 Reducuntur *Ald.* 11 Deeſt *Bod.* 1. *Lin.* 12 More *Bod.* 1. 13 Deeſt *Bod.* 1. *Lin.* 14 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald.* 15 XX. *Bod* 1. 2. *Lin.* 16 Statim mecum deliberavi *Bod.* 1.

eo,

eo, qui metu temporum nomen ingens pareſque virtutes ſeceſſu tegebat. Fuerat cum [1] Arria & Fannia: quarum altera [2] Helvidii noverca, altera mater novercæ. Sed [3] non" ita me jura privata [4] ut publicum fas, & indignitas facti, & exempli ratio incitabat. Ac [5] primis quidem diebus redditæ libertatis pro ſe quiſque inimicos ſuos, duntaxat minores, incondito turbidoque clamore poſtulaverat ſimul & oppreſſerat: ego & modeſtius & conſtantius [6] arbitratus immaniſſimum reum non communi temporum invidia, ſed proprio crimine urgere: quum jam ſatis ille primus impetus [7] deferbuiſſet, & languidior in dies ira ad juſtitiam rediſſet, quanquam tum maxime triſtis, amiſſâ nuper uxore, mitto ad [8] Antejam (nupta hæc Helvidio fuerat) rogo ut veniat, quia me recens adhuc luctus limine contineret. Ut venit; *Deſtinatum eſt*, inquam, *mihi, maritum tuum non inultum pati: nuncia Arriæ & Fanniæ* (9 ab exſilio [10] enim" redierant) *conſule te, conſule illas, an velitis adſcribi facto, in quo ego comite non egeo: ſed non* [11] *ita gloriæ meæ faverim, ut vobis* [12] *ſocietatem ejus invideam.* Perfert Anteja mandata, nec illæ morantur. Opportune ſenatus intra diem tertium. Omnia ego ſemper ad [13] Corellium retuli, quem [14] prudentiſſimum ætatis noſtræ ſapientiſſimumque cognovi: [15] in" hoc tamen contentus conſilio meo fui, veritus ne vetaret; (erat enim [16] cunctantior cautiorque) ſed non ſuſtinui [17] inducere in animum, quo minus [18] illi [19] eodem die facturum me indicarem: quod an facerem non deliberabam: [20] expertus uſu, de eo quod deſtinaveris, non eſſe conſulendos, quibus conſultis obſequi [21] debeas. Venio in ſenatum, jus dicendi peto, dico pauliſper maximo aſſenſu: ubi cœpi crimen attingere, reum deſtinare (adhuc tamen ſine nomine) undique mihi [22] reclamari. Alius, [23] SCIAMUS QUI SIT, DE QUO EXTRA ORDINEM REFERAS: alius, QUIS EST ANTE RELATIONEM REUS? alius, SALVI [24] SIMUS QUI SUPERSUMUS. Audio [25] imperturbatus, interritus:

1 Annia *Bod.* 2. 2 Helvido *Bod.* 2. Helvidio *Lin.* 3 Deeſt *Boll.* 1. 2. *Lin.* 4 Et *Bod.* 1. 5 Primum *Bod.* 1. *Lin.* 6 Arbitratus ſum *Bod.* 2. 7 Deſæviſſet *Bod* 1. 8 Antam *Bod.* 2. *& ita mox.* Arriam *Vulg.* 9 Ab eis adſcripto facto, in quo ego com. n. e. *Bod.* 1. *Lin.* Aptis ut adſcribant [Gloſſ. *præbeant aſſenſum*] facto, in quo &c. *Bod.* 2. 10 Deeſt *Ald.* 11 Tam gl. *Bod.* 1. 2. *Lin* 12 Societate jus *Bod.* 1. *Lin.* Societatis jus *Bod.* 2. 13 Corelium *Bod.* 2 Cornelium *Lin.* 14 Providentiſſimum *Vulg.* Pervidentiſſimum *Pal.* quod verbum neſcio an hactenus Latio cœlo notum. 15 Deeſt *Ald.* 16 Cunctatior *Bod.* 1. 2. 17 Induceret in an. quom. illi cederem non facturum me, quod an ſ. *Vulg.* 18 Illi eadem dicerem facturum me, quæ an facerem non deliberaveram *Bod.* 2. 19 Ead. *Bod.* 1. *Lin.* 20 Expertus ſum de eo *Bod* 2. 21 Debes *Bod.* 1. 2. *Lin.* 22 Declamari *Bod.* 1. *Lin.* 23 Scimus quid ſit *Bod.* 1. *Lin.* Sciamus quid ſit *Bod.* 2. 24 Sumus *Bod.* 1. 25 Inturbatus *Bod.* 1. 2. *Lin.* Interturbatus *Vulg.*

ritus: tantum ſuſceptæ rei honeſtas valet, tantum [1que] ad fiduciam vel metum differt, nolint homines quod facias, an non probent. Longum eſt omnia, quæ tunc hinc inde 2 jactata ſunt, recenſere. Noviſſime conſul, SECUNDE, SENTENTIÆ LOCO 3 DICES, SI QUID VOLUERIS. 4 PERMISERIS, inquam, QUOD USQUE ADHUC OMNIBUS PERMISISTI. 5 Reſtido: 6 aguntur alia 7 interea. Me quidam ex conſularibus amicis ſecreto 8 accuratoque ſermone, quaſi nimis fortiter incauteque progreſſum, corripit, revocat, monet ut deſiſtam: 9 adjecit etiam, Notabilem 10 te futuris principibus feciſti. 11 *Eſto*, inquam, *dum malis*. Vix ille diſceſſerat, rurſus alter; *Quid audes? 12 cur ruis? quibus te periculis objicis? quid præſentibus confidis incertus futurorum? Laceſſis hominem jam præfectum ærarii, & brevi conſulem. præterea qua gratia, quibus amicitiis fultum?* nominat quendam, qui 13 tunc ad orientem ampliſſimum 14 & famoſiſſimum" exercitum, non ſine magnis dubiiſque 15 rumoribus, obtinebat. Ad hæc ego, 16 *Omnia percepi atque animo mecum ante peregi: nec recuſo, ſi ita caſus attulerit, luere pœnas 17 ob honeſtiſſimum factum, dum 18 flagitioſiſſimum ulciſcor.* Jam cenſendi tempus. Dicit Domitius Apollinaris, conſul deſignatus, dicit 19 Fabritius Vejento, Fabius 20 Poſthmius, 21 Vectius Proculus, collega 22 Publicii 23 Certi, de quo agebatur, uxoris autem meæ, quam amiſeram, vitricus: poſt hos 24 Ammius Flaccus. omnes 25 Certum, nondum à me nominatum, 26 ut nominatum" defendunt: crimenque quaſi in 27 medio relictum defenſione ſuſcipiunt. Quæ præterea dixerint, non eſt neceſſe narrare; in libris habes. ſum enim cuncta ipſorum verbis 28 perſequutus. Dicunt contra Avidius Quietus, 29 Cornutus 30 Tertullus. 31 Quietus"; *Iniquiſſimum eſſe, querelas dolentium excludi: ideoque Arriæ & 32 Fanniæ jus 33 querendi non auferendum: nec intereſſe cujus ordinis quis ſit, ſed quam cauſam 34 habeat.* Cornutus, *Datum ſe à conſulibus tutorem Helvidii filiæ, petentibus*

1 Deeſt *Ald.* 2 Facta *Lin. Vulg.* 3 Dic *Bod.* 2. 4 Permiſeras *Ald. Vulg.* 5 Reſideo *Bod.* 2. *Ald* 6 Aliter diſtinguitur: *Aguntur alia. Interea me q.* 7 Interim *Bod.* 1. 2. *Lin.* 8 Curatoque *Bod.* 1. *Lin. Ald.* 9 Adicit *Bod.* 1. Adjicit *Bod.* 2. 10 Me *Vulg.* 11 Eſt *Bod.* 1. 2. 12 Quo *Bod.* 1. 2. *Lin. Vulg.* 13 Tum *Lin.* 14 Deſunt *Bod.* 1. 2. *Lin. Pal.* 15 Sermonibus *Bod.* 1. 2. 16 Verſus *Virgiliani* Æn. VI. 105. Quibuſd. Codd. *Virgilii* eſt *præcepi.* 17 Ad *Bod.* 1. *Lin.* 18 Flagitioſiſſimum factum *Ald.* 19 Fabius *Bod.* 1. *Vulg.* Fabrius *Bod.* 2. Deeſt *Lin.* 20 Maximinus *Vulg.* 21 Metius *Bod.* 1. Deeſt *Lin.* Juctinus *Bod* 2. 22 Publici *Bod.* 1. 23 Certii *Lin.* 24 Annius *Bod.* 1. *Vulg.* Aminius *Bod.* 2. 25 Certe *Bod.* 2. *Lin.* 26 Deſunt *Bod.* 1. 2. *Lin.* 27 Medium def. *Bod.* 1. *Lin.* Medium relatum def. *Bod.* 2. 28 Proſequutus *Bod.* 1. 29 Cornotus *Bod.* 1. 30 Tetulius *Bod.* 2. 31 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald.* 32 Faniæ *Bod.* 1. 33 Quærendi *Vulg.* 34 Habeant *Bod.* 1.

matre ejus & vitrico: nunc quoque non ſuſtinere deſerere officii ſui partes; in quo tamen, 1 *& ſuo dolori modum imponere, & optimarum fœminarum* 2 *perferre modeſtiſſimum affectum: quas contentas eſſe admonere ſenatum* 3 *Publicii* 4 *Certi cruentæ adulationis: & petere, ſi pœna flagitii manifeſtiſſimi remittatur, nota Certo quaſi cenſoria inuratur.* Tum Satrius 5 Rufus, medio ambiguoque ſermone; *Puto,* inquit, *injuriam factam Publicio Certo, ſi non abſolvitur.* 6 *nominatus* 7 *eſt" ab amicis* 8 *Arriæ & Fanniæ",* 9 *nominatus ab amicis ſuis": nec debemus ſoliciti eſſe. Idem* 10 *enim nos, qui bene ſentimus de homine, judicaturi ſumus, ſi innocens eſt,* 11 *ſicuti & ſpero, & malo,* 12 *donec* 13 *aliquid* 14 *probetur, credo poteritis abſolvere.* 15 Hæc illi, quo quiſque ordine 16 citabantur. Venitur ad me, conſurgo, utor initio, quod in libro eſt: reſpondeo ſingulis. Mirum qua intentione, quibus clamoribus omnia exceperint, qui modo reclamabant. tanta converſio vel negotii dignitatem, vel proventum orationis, vel actoris conſtantiam, ſubſequuta eſt. Finio. 17 Incipit reſpondere Vejento: nemo patitur: obturbatur, obſtrepitur: adeo quidem ut 18 diceret, 19 ROGO", PATRES C. NE ME COGATIS IMPLORARE AUXILIUM TRIBUNORUM. Et ſtatim Murena tribunus, PERMITTO TIBI, VIR CLARISSIME VEJENTO, DICERE. 20 Tunc quoque reclamatur. Inter moras conſul, citatis 21 nominibus & peracta 22 diſceſſione, mittit ſenatum: ac pene adhuc ſtantem tentantemque dicere Vejentonem 23 relinquit. Multum ille de hac (ita 24 vocitabat) contumelia, queſtus eſt Homerico verſu,

25 Ὦ γέρον, ἦ μάλα δή σε νέοι τείρουσι μαχηταί.

Non fere quiſquam in ſenatu fuit, qui non me complecteretur, exoſcularetur, certatimque 26 laude cumularet, quod inter-

1 Ei ſuo *Bod* 1. *Lin.* Eum ſuo *Bod.* 2. 2 Præferre *Bod* 2. Ferre *Ald. Vulg.* 3 Publici *Bod.* 1 Publii *Bod.* 2. 4 Certæ *Bod.* 1. & ſic mox. 5 Ruffus *Lin.* 6 Accuſatus *Bod* 2. 7 Deeſt *Lin.* 8 Deſunt *Lin.* 9 Deſunt *Bod.* 1. Nominatus ab amicis: Nec &c. *Bod.* 2. Nominat ab inimicis: nec &c. *Vulg.* 10 Et nos *Bod.* 1. 2. *Lin.* 11 Sicut *Bod.* 1. 2. 12 Et donec *Lin. Ald.* 13 *Aliud* in marg. *Bod.* 2. 14 Probaretur *Bod.* 1. 15 Hoc *Bod.* 1. 2. *Lin.* 16 Citabatur *Bod.* 1. 17 Incœpit *Lin.* 18 Diceretur *Lin.* 19 Deeſt *Bod.* 2. 20 Tum *Bod.* 1. 2. *Lin.* 21 Hominibus *Bod.* 1. 22 Diſſenſione *Bod.* 1. 2. *Lin.* 23 Reliquit *Lin.* 24 Vocabat *Bod.* 2. *Lin.* 25 Il. Θ. 102. In noſtris codicibus voces *Græcæ* ob librariorum ignorantiam ſemper deſiderantur: in *Palatino* autem hoc loco ὦ γέρον tantum exprimebatur. Et veriſimile eſt *Plinium* ipſum, verſuum ſolum initium deſcripſiſſe, reliqua verò ab aliis deinde adpoſita. Quod item luculenter patet ex Edd. vetuſtiſſ. ut *Grut.* docuit. 26 Laudem *Ald.*

miſſum

miſſum [1] tamdiu morem in publicum conſulendi, ſuſceptis propriis ſimultatibus, reduxiſſem: [2] quod denique ſenatum invidia liberaſſem", qua flagrabat apud ordines alios, quod ſeverus in [3] cæteros, ſenatoribus ſolis diſſimulatione quaſi mutua parceret. Hæc acta ſunt abſente Certo. [4] Abfuit enim, [5] ſeu tale aliquid ſuſpicatus, ſive, ut excuſabatur, infirmus. Et [6] relationem quidem de eo Cæſar ad ſenatum non remiſit: obtinui tamen quod intenderam. nam collega Certi conſulatum, ſucceſſorem Certus accepit: planeque factum eſt quod dixeram in fine; REDDAT PRÆMIUM SUB OPTIMO PRINCIPE, QUOD A PESSIMO ACCEPIT. Poſtea [7] actionem meam utcunque potui recollegi: [8] addidi multa. Accidit fortuitum ([9] ſed non tanquam fortuitum") quod editis libris Certus intra pauciſſimos dies implicitus morbo deceſſit. [10] Audivi referentes, hanc imaginem [11] menti ejus, hanc oculis [12] oberraſſe, tanquam [13] videret me ſibi cum ferro imminere. Verane hæc, affirmare non auſim: intereſt [14] tamen exempli, ut vera videantur. Habes epiſtolam, ſi [15] modo epiſtolam cogitas, libris quos legiſti non minorem: ſed imputabis tibi, qui contentus libris non fuiſti. Vale.

[16] XIV. C. PLINIUS TACITO SUO S.

NEc ipſe tibi plaudis, & ego nihil magis ex fide quam [17] de te ſcribo. Poſteris an aliqua cura [18] noſtrî" neſcio: nos certe [19] meremur ut ſit aliqua, non [20] dico ingenio; (id enim ſuperbum") ſed ſtudio, ſed labore, & reverentia poſterûm. Pergamus modo itinere inſtituto: quod ut paucos in lucem [21] famamque provexit, ita multos [22] è tenebris & ſilentio protulit. Vale.

1 Jam diu *Ald.* 2 Deſunt *Lin.* 3 Exteros *Bod.* 1. Cœteris *Bod.* 2. 4 Fuit *Bod.* 1. 2. *Lin.* 5 Sive *Bod.* 2. 6 Relationi quidem de eo Cæſar adfuit: obt. *Bod.* 1. 2. *Lin.* Relationis quidem die Cæſar adfuit: obt. *Vulg.* 7 Libri quidam, (ut *Scheff.* monuit) habent *acceſſionem*, quod eſt nihili. Præbet tamen occaſionem ſuſpicandi, quaſi ſcriptum fuerit ab initio non *actionem*, verum *accuſationem*. 8 Addidit *Lin.* 9 Deſunt *Lin.* 10 Audi *Ald.* 11 Mentis *Bod.* 1. *Lin. Ald.* 12 Ineſſe *Bod.* 1. 2. *Lin.* Inerraſſe *Ald.* 13 Videret & Helvidium reſpondere mihi. Ver. *Bod.* 1. *Lin.* Videret Helvidium reſpondere mihi. Ver. *Bod.* 2. *Ald.* 14 Enim *Ald.* 15 Modum epiſtolæ *Vulg.* 16 XXI. *Bod.* 1. 2. *Lin.* 17 Quod de te *Lin.* 18 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin.* 19 Mereamur *Lin.* 20 Dico de [ex *Bod.* 2.] labore & reverentia poſterorum *Bod.* 1. 2. Dico & reverentia poſterûm *Lin.* Dico ingenio, ſed ſtud ſed l. & r. p. *MS. Cl. Min.* 21 Fama prov. *Bod.* 1. 2. *Lin.* 22 Et ten. *Bod.* 2. *Lin.*

[1]XV. C. PLINIUS [2]FALCONI SUO S.

REfugeram in Tuſcos, ut omnia ad arbitrium meum facerem: at hoc ne in [3] Tuſcis quidem: tam multis undique ruſticorum libellis & tam querulis inquietor, quos aliquanto magis invitus quam meos lego. nam & meos invitus: retracto enim [4] actiunculas quaſdam, quod, poſt intercapedinem temporis, & [5] frigidum, & acerbum eſt: [6] ratiocinationes, quaſi [7] abſente me, negliguntur. Interdum tamen equum conſcendo, & patrem familiæ hactenus ago, [8] quod aliquam partem prædiorum, ſed pro geſtatione, percurro. Tu conſuetudinem ſerva, nobiſque ſic ruſticis urbana acta perſcribe. Vale.

[6]XVI. C. PLINIUS MAMILIANO SUO S.

SUmmam te voluptatem percepiſſe ex iſto copioſiſſimo genere venandi non miror, cum hiſtoricorum more ſcribas numerum iniri non potuiſſe. Nobis venari nec vacat, nec libet: non vacat, quia vindemiæ in manibus: non libet, quia exiguæ. Devehemus tamen pro novo muſto novos verſiculos tibi, quos jucundiſſime exigenti, ut primum videbuntur deferbuiſſe, mittemus. Vale.

[10]XVII. C. PLINIUS GENITORI SUO S.

[11] ACcepi tuas literas, quibus quereris tædio tibi fuiſſe quamvis lautiſſimam cœnam, quia ſcurræ, cinædi, moriones menſis inerrabant. Vis tu remittere aliquid ex rugis? [12] Equidem nihil tale habeo, habentes tamen fero. cur ergo non habeo? quia nequaquam me ut inexſpectatum feſtivumve delectat, ſi quid molle à cinædo, petulans à ſcurra, ſtultum à morione profertur, non rationem, ſed ſtomachum tibi narro Atque adeo quam multos putas eſſe, quos [13] æque ea, quibus ego & tu capimur & ducimur, partim ut inepta, partim ut moleſtiſſima offendant? quam multi, quum

1 XXII. *Bod.* 1. 2. *Lin.* 2 Mamiliano *Vulg.* 3 Tuſco *Vulg.* 4 Ratiunculas *Ald. Vulg.* 5 Serum *Vulg.* 6 Rationes, quæ abſ. *Bod.* 1. 2. *Lin.* 7 Abſentes *Vulg.* 8 Deſunt *Bod.* 2. 9 Deeſt hæc epiſtola *Bod.* 1. 2. *Lin.* 10 VII. *Bod.* 1. 2. *Lin.* 11 Recepi *Bod.* 1. 2. *Lin.* 12 Siquidem *Bod.* 1. 2. *Lin* 13 Deeſt *Ald.*

lector

lector aut lyriſtes aut comœdus inductus eſt, calceos poſcunt, aut non minore cum tædio [1] recubant, quam tu iſta (ſic enim appellas) prodigia perpeſſus es? Demus igitur alienis oblectationibus veniam, ut noſtris impetremus. Vale.

[2] XVIII. C. PLINIUS SABINO SUO S.

QUa intentione, quo ſtudio, qua denique memoria, [3] legeris libellos meos, epiſtola tua oſtendit. [4] ipſe igitur exhibes negotium tibi, qui elicis & invitas, ut quamplurima communicare tecum velim. faciam, per partes tamen, & quaſi digeſta, ne [5] iſtam ipſam memoriam, cui gratias ago, aſſiduitate & copia turbem, oneratamque & quaſi oppreſſam cogam pluribus ſingula, poſterioribus priora dimittere. Vale.

[6] XIX. C. PLINIUS [7] RUFONI SUO S.

SIgnificas, legiſſe te in quadam epiſtola mea, juſſiſſe Virginium [8] Rufum inſcribi ſepulcro ſuo,

HÎC SITUS EST RUFUS: PULSO QUI VINDICE QUONDAM
IMPERIUM ASSERUIT, NON SIBI, SED PATRIÆ.

Reprehendis quod juſſerit, addis etiam, melius rectiuſque Frontinum, quod vetuerit omnino monimentum ſibi fieri: meque ad extremum, quid de utroque ſentiam, conſulis. Utrumque dilexi, miratus ſum magis [9] quem tu reprehendis, adeoque miratus, ut non putarem ſatis unquam laudari poſſe,

1 Cubant *Bod.* 1 2. *Lin.* 2 XXIII. *Bod.* 1. 2. *Lin.* 3 Leges *Bod.* 1. 4 Ipſi *Ald.* 5 Jam ipſam *Bod.* 1. 2. *Lin.* 6 XXIV. *Bod.* 1. 2. *Lin.* 7 Ruffoni *Lin.* Ruſoni *Ald. Vulg.* 8 Ruffum *Lin.* & ſic mox. 9 Quem tu reprehendis atque miraris *Bod.* 1. 2. *Lin.* Quem tu reprehendis mirariſque *in pleriſque editt.* Quem t. r. miratus atque ita ut *Ald.* Quem t. r. atque ita miratus ut *Vulg. Catanæus* à fide codd. MSS. non recedit, legitque *mirarîs*; quod ut aptiùs cum *reprehendit* convenire queat, tamen *mirari* aſſerit vim ſignificandi ex præcedentibus aut ſequentibus apud Latinos ſumere, uti apud Græcos θαυμάζω, aliam atque aliam ſignificationem induit pro caſuum diverſitate: ſed præferenda eſt *Boxh.* lectio, quam ſecutus ſum, quam etiam *Modius* ex membranis ſuis repræſentavit. Niſi placet, ut *mirariſque* deleatur, quod alii malunt: quod ſanè abeſſe poteſt ſalvâ ſententiâ. Et hoc etiam monuit *Scheffer.* Quia tamen veteres agnoſcunt, ita ſuſpicatur ſcripſiſſe noſtrum: *miratus ſum magis, quem tu reprehendis, miratus inquam atque ita miratus.*

cujus

cujus nunc mihi ſubeunda defenſio eſt. Omnes ego, qui magnum aliquod memorandumque fecerunt, non modo venia verum etiam laude digniſſimos judico, ſi immortalitatem, quam meruere, ſectantur, [1] victurique nominis famam ſupremis etiam titulis [2] prorogare nituntur. Nec [3] facile quemquam niſi Virginium invenio, cujus tanta in prædicando verecundia, quanta gloria ex facto. Ipſe ſum teſtis, familiariter ab eo dilectus probatuſque, ſemel omnino me audiente provectum, ut de rebus ſuis hoc unum [4] referret, ita ſecum aliquando [5] Cluvium loquutum, *Scis, Virgini, quæ hiſtoriæ fides debeatur: proinde ſi quid in hiſtoriis meis legis aliter ac velles, rogo ignoſcas.* [6] Ad hoc ſic illum, *Cluvine, tu ignoras, ideo me feciſſe quod feci, ut eſſet liberum vobis ſcribere quæ libuiſſet?* Agedum, [7] hunc ipſum Frontinum in hoc ipſo, in quo [8] tibi parcior videtur [9] & preſſior", comparemus. Vetuit exſtrui monimentum: ſed quibus verbis? *Impenſa monimenti ſupervacua eſt, memoria noſtri* [10] *durabit, ſi* [11] *vita meruimus.* An reſtrictius arbitraris per orbem terrarum [12] legendum, dare, duraturam memoriam [13] ſuam, quam uno in loco duobus verſiculis ſignare, quod feceris? Quanquam non habeo propoſitum illum reprehendendi, ſed hunc tuendi: [14] cujus quæ poteſt apud te juſtior eſſe defenſio, quam ex collatione ejus quem prætuliſti? Meo quidem judicio neuter [15] culpandus, quorum uterque ad gloriam, pari cupiditate, diverſo itinere contendit: alter, dum expetit debitos titulos: alter, dum mavult videri contempſiſſe. Vale.

[16] XX. C. PLINIUS VENATORI SUO S.

TUa vero epiſtola tanto mihi jucundior fuit, quanto longior erat, præſertim cum de libellis meis [17] tota" loqueretur: quos tibi voluptati eſſe non miror, cum omnia noſtra

1 Victuramque *Bod.* 1. 2 Propagare *Bod.* 1. 3 Fere *Bod.* 2. [Sed alia manu *facilè*] *Lin.* 4 Proferret *Lin.* ſed alia manu *referret.* 5 Clivium *Bod.* 2. 6 Ad hoc ſic illum; Cluvi, Cluvi, nec tu ignoras *Bod.* 1. *Lin.* Et hic tum Clivio, Clivi nec tu ignoras *Bod.* 2. Ad hæc Virginius, tu ô Cluvi, Cluvi, tune ignoras *Vulg.* Ad hoc ſic illum, Cluvi næ tu ignoras *Ald.* Proculdubio ſic legend. nam & paulo ante *Cluvium*, non *Cluvinum* appellaverat. Et intelligitur M. *Cluvius Rufus*, qui res *Neronis* tempore geſtas condidit, cujus *Suetonius*, *Tacitus*, alii meminerunt. 7 Nunc *Bod.* 1. 8 Parcior ſum tibi *Lin.* 9 Deſunt *Bod.* 1. 10 Indurabit *Lin.* 11 Vitam *Ald. Vulg.* 12 Alii leg. *legendam.* 13 Sui *Vulg.* 14 Al. lect. *cujuſque*, ſine interrogationis nota, & forſan ad *Plinii* mentem magis accommodata, qui invidiam ſic devitare potuit ab inſtituta utriuſque comparatione ſæpiuſcule ortam. 15 Quidem culpandus *Bod.* 1. 2. 16 XXV. *Bod.* 1. 2. *Lin.* 17 Deeſt *Lin.*

perinde

perinde ac nos [1] ames. Ipſe cum [2] maxime vindemias graciles quidem, uberiores tamen quam exſpectaveram, colligo; ſi colligere eſt, nonnunquam decerpere uvam, [3] torculum inviſere, guſtare de lacu muſtum, obrepere urbanis qui nunc ruſticis præſunt, meque notariis & lectoribus reliquerunt. Vale.

[4] XXI. C. PLINIUS SABINIANO SUO S.

LIbertus tuus, cui ſuccenſere te dixeras, venit ad me, advolutuſque pedibus meis tanquam tuis hæſit. flevit multum, [5] multumque rogavit, multum etiam tacuit: in ſumma, fecit mihi fidem pœnitentiæ. vere credo emendatum, quia deliquiſſe ſe ſentit. Iraſceris, ſcio: & iraſceris merito, [6] id quoque ſcio: ſed [7] tunc præcipua manſuetudinis laus, [8] quum iræ cauſa juſtiſſima eſt. Amaſti hominem, &, ſpero, amabis: interim ſufficit, ut exorari te ſinas. Licebit rurſus iraſci, ſi meruerit: quod exoratus excuſatius facies. Remitte aliquid adoleſcentiæ ipſius, remitte lacrymis, remitte [9] indulgentiæ tuæ": ne torſeris illum, ne torſeris etiam te. torqueris [10] enim", quum tam lenis iraſceris. Vereor ne videar non rogare, ſed cogere, [11] ſi precibus ejus meas junxero. Jungam tamen tanto plenius & effuſius, quanto ipſum acrius ſeveriuſque corripui, diſtricte minatus, nunquam me poſtea rogaturum. Hoc illi, quem terreri oportebat, tibi non [12] idem. nam fortaſſe iterum rogabo, iterum impetrabo: ſit modo tale, ut rogare me, [13] præſtare te deceat. Vale.

[14] XXII. C. PLINIUS SEVERO SUO S.

MAgna me ſolicitudine affecit [15] Paſſieni Pauli valetudo, & quidem plurimis juſtiſſimiſque de cauſis. Vir eſt optimus, [16] honeſtiſſimus", noſtri amantiſſimus; præterea in

1 Annus *Bod.* 1. 2 Abſim vindemias *Bod.* 2. 3 Torcular *Lin.* ſed alia manu *torculum*. 4 VIII. *Bod.* 1. 2. *Lin.* 5 Rogavit multum & tacuit *Bod.* 1. 2. *Lin.* Multum rog. &c. *Ald.* 6 Idque ſcio *Bod.* 2. *Lin.* Idque quod ſcio *Bod.* 1. 7 Tunc quoque *Bod.* 1. 2. Nunc quoque *Lin.* 8 Quum iræ cauſæ juſtiſſimæ ſunt *Bod.* 1. *Lin.* Cui [in marg. emendatur *cum*] rei cauſæ juſtiſſimæ ſunt *Bod.* 2. 9 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald.* 10 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin.* 11 Si ipſe precibus *Bod.* 1. 2. 12 Quid vult illud *idem*? annon ſuffecerat, *tibi non*? *Scheff.* putat legendum, *tibi non item*, ut illud *item* cum emphaſi dicatur, pro *etiam*. 13 Te id præſtare dec. *Bod.* 2. *Lin.* Ut p. t. d. *Bod.* 1. *Ald.* Et te ut præſt. dec. *Vulg.* 14 XXVI. *Bod.* 1. 2 *Lin.* 15 Paſſioni *Bod.* 1. Paſſieni *Ald.* 16 Deeſt *Lin.*

literis

literis veteres [1] æmulatur, exprimit, reddit: Propertium in primis, à quo genus ducit, vera ſoboles, eoque ſimillima illi, in quo ille præcipuus. [2] Si [3] elegos ejus in manum ſumpſeris, leges opus terſum, molle, [4] jucundum, [5] & plane in Propertii domo ſcriptum. Nuper ad lyrica deflexit: in quibus ita Horatium, ut in illis illum alterum, [6] effingit. Putes, ſi quid in ſtudiis cognatio valet, & hujus [7] propinquum: magna varietas, magna mobilitas. Amat ut qui veriſſime, dolet ut qui impatientiſſime, [8] laudat ut qui benigniſſime", ludit ut qui facetiſſime: omnia denique tanquam ſingula abſolvit Pro hoc ego amico, pro hoc ingenio, non minus æger animo quam [9] corpore ille: tandem illum, tandem me recepi. [10] Gratulare mihi", gratulare etiam literis ipſis, quæ ex periculo ejus tantum diſcrimen adierunt, quantum ex ſalute gloriæ conſequentur. Vale.

[11] XXIII. C. PLINIUS MAXIMO SUO S.

FRequenter agenti mihi [12] evenit, ut centumviri, quum diu ſe intra [13] judicum auctoritatem gravitatemque tenuiſſent, omnes repente quaſi victi coactique conſurgerent laudarentque. Frequenter [14] è ſenatu famam, [15] qualem maxime [16] optaveram, retuli: nunquam tamen majorem cepi voluptatem, quam nuper ex ſermone Cornelii Taciti. Narrabat, [17] ſediſſe ſecum Circenſibus proximis equitem Rom. hunc poſt varios eruditoſque ſermones requiſiſſe, *Italicus es, an provincialis?* ſe reſpondiſſe, *Noſti me, & quidem ex ſtudiis.* Ad hoc illum, *Tacitus* [18] *es," an Plinius?* Exprimere non poſſum, quam ſit jucundum mihi, quod nomina noſtra, quaſi literarum propria,

1 Æmulationes *Bod.* 1. *Lin.* Æmulatione *Bod.* 2. 2 Deeſt *Bod.* 1 2 *Lin.* 3 Opera ejus in manu ſumpſeris *Bod.* 1. E. e. in manu ſ. *Lin.* 4 Emendatum *Bod.* 1. 5 Et plane in Propertium: idque optime ſcriptum *Bod.* 1. *Lin. Pal.* Plane ut à Propertio, id eſt. optime ſcriptum; &, plane Propertianum: ideoque optime ſcriptum: ſed & plane in Propertii domo ſcriptum *Vulg.* 6 Lectio vulgaris eſt, *effingi putes*, ſed nullo modo probanda. Noſtram *Boxhornius* in animo habuit, & expreſſit *Thomaſius* Adeoque miror in re, quæ tam facilem conjecturæ locum reliquit, nihil tentâſſe *Catanæum*, alioſque interpretes. Sic enim, ſano ſenſu, diſtinctius legi poteſt. *In q. i. H., ut in illo illum alterum*, Propertium ſc. *effingit. Putes &c.* 7 Propinque *Pal.* Propinquus *Vulg.* 8 Deſunt *Bod.* 2. 9 Corpore: Illuc tandem me recepi *Bod.* 2. Corpore: illum. tandem me recepi *Bod.* 1. *Lin.* Corpore ille: gratulare quod illum & me recepi, gratulare etiam lit. *Vulg.* 10 Deſunt *Bod.* 1. 2. *Lin.* 11 XXVII. *Bod.* 1. 2. *Lin.* 12 Venit *Ald* 13 Judicium, auct. *Ald.* 14 Ex *Bod.* 2. 15 Quam *Lin.* 16 Captaveram *Lin.* 17 Abeſt *ſecum à Pelatino.* In Pontificio codice (teſte *Catanæo*) ita legitur: *narrabat ſediſſe ſe in Circenſibus proximum cum quodam equite Romano. Gruterus* præfert: *narrabat ſediſſe Circenſibus proxime equitem Romanum.* 18 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin.*

non

non hominum, literis redduntur: [1] quod uterque noſtrûm [2] his etiam ex ſtudiis notus, quibus [3] aliter ignotus eſt. Accidit aliud ante pauculos dies ſimile. Recumbebat mecum vir egregius, Fabius [4] Rufinus, ſuper eum municeps ipſius, qui illo die primum in urbem [5] venerat": [6] cui" Rufinus, demonſtrans me, *Vides hunc?* multa [7] deinde de ſtudiis noſtris. [8] Et ille, *Plinius eſt*, inquit. Verum fatebor, capio magnum laboris mei fructum. An, ſi Demoſthenes jure lætatus eſt, quod illum anus Attica ita [9] demonſtravit, Οὗτος ἐστι Δημοσθένης, ego celebritate nominis mei gaudere non debeo? Ego vero & gaudeo, & gaudere me dico. neque enim vereor ne jactantior videar, quum de me aliorum judicium, non meum, profero: præſertim apud te, qui nec [10] ullius invides laudibus, & faves noſtris. Vale.

[11] XXIV. C. PLINIUS SABINIANO SUO S.

BEne feciſti, quod libertum aliquando tibi carum reducentibus epiſtolis meis in domum, [12] in" animum recepiſti. Juvabit hoc te: me certe juvat; primum, quod te [13] talem video ut in ira regi poſſis: deinde quod tantum mihi tribuis, ut vel auctoritati meæ pareas, vel precibus indulgeas. Igitur [14] & laudo & gratias ago. ſimul in poſterum moneo, ut te erroribus tuorum, etſi non fuerit qui deprecetur, placabilem præſtes. Vale.

[15] XXV. C. PLINIUS [16] MAXIMILIANO SUO S.

QUereris de turba caſtrenſium negotiorum, &, tanquam ſummo otio perfruare, luſus & ineptias noſtras legis, amas, flagitas, meque ad ſimilia condenda non mediocriter

1 Quodque *Vulg.* 2 Iis *Bod.* 2. 3 Alter *Bod.* 1. *Lin. Ald.* Uterque *Bod.* 2. 4 Ruſinus *Lin.* cætera deſunt uſque ad *demonſtrans &c.* 5 Deeſt *Ald.* 6 Deeſt *Bod.* 1. 7 Dein *Bod.* 1. 8 Quis ille? municeps *Ruſini.* At qui dicere hoc poterat, qui ea die primum venerat in urbem, nec ante *Plinium* viderat? Debet ergo (ut docet *Scheff.*) interrogative ſcribi: *Et ille Plinius eſt? inquit.* Sententia, cum dixiſſet *Rufinus* multa de ſtudiis & literis municipem conjectura adductum, quod nemo alius tantopere laudari poſſet, quæſiviſſe, numne *Plinius* eſſet. Abeſt autem *ne* interrogativum hic, ut ſupra *Italicus es?* 9 Noſcitavit *Bod.* 1. *Lin.* 10 Illius *Bod.* 1 2. *Lin. Steph.* 11 IX. *Bod.* 1 2. *Lin.* 12 Deeſt *Ald.* Et in an. *Vulg* 13 Tam tractabilem *Bod.* 1. 2. *Lin. Vulg.* 14 Te laudo *Bod.* 1. 15 X. *Bod.* 1. 2. *Lin.* 16 Mamiliano *Bod.* 2. *Lin. Ald.* Manuliano *Bod.* 1.

incitas. Incipio [1] enim" ex hoc genere ſtudiorum non ſolum oblectationem, verum etiam gloriam petere, poſt judicium tuum, viri graviſſimi, eruditiſſimi, [2] ac ſuper iſta veriſſimi". Nunc [3] me rerum actus modice, ſed tamen diſtringit; quo finito, aliquid earundem Camœnarum in [4] iſtum benigniſſimum ſinum mittam. Tu paſſerculis & [5] columbulis noſtris inter aquilas [6] veſtras dabis pennas, ſi tamen [7] & ſibi" & tibi placebunt: ſi tantum ſibi, continendos cavea nidove curabis. Vale.

[8] XXVI. C. PLINIUS LUPERCO SUO S.

DIxi de quodam oratore ſæculi noſtri, recto quidem & ſano, ſed parum grandi & ornato, ut opinor, [9] apte: *nihil peccat, niſi quod nihil peccat.* debet enim orator erigi, attolli, interdum etiam efferveſcere, efferri, [10] ac ſæpe recedere ad præceps. nam plerunque altis & excelſis adjacent abrupta: tutius per plana, ſed humilius & [11] depreſſius iter: frequentior currentibus quam reptantibus lapſus [12] ſed his non labentibus [13] nulla laus; illis nonnulla laus, etiamſi labantur. Nam ut quaſdam artes, ita eloquentiam nihil magis quam ancipitia commendant. Vides, qui [14] per funem in ſumma nituntur, quantos ſoleant excitare clamores, quum jam jamque caſuri [15] videntur". ſunt enim maxime mirabilia quæ maxime [16] inſperata, [17] maxime periculoſa, utque [18] Græci magis exprimunt, [19] παραβόλα. ideo nequaquam [1] par

1 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin.* 2 Deſunt *Lin.* 3 Meorum act. *Bod.* 1. 4 Iſtum eundem ben. *Vulg.* 5 Columbis *Bod.* 2. 6 Noſtras *Bod.* 1. 7 Deſunt *Bod.* 2. 8 XXVIII. *Bod.* 1. 2. *Lin.* 9 Aperte *Bod.* 2. 10 Aut *Bod.* 1. *Lin.* 11 Depreſſus. Item freq. *Lin. Ald.* 12 Et his *Bod.* 1. *Lin.* 13 Nulla, illis nonnulla vis etiamſi l. *Bod.* 1. 2. *Lin.* Vis nulla, illis n. vis e. l. *Vulg.* Nulla, illis nonnulla laus e. l. *Ald.* 14 Fune in *Bod.* 1. 2. *Lin.* 15 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin.* 16 Exſpectata *Bod.* 1. 2. *Lin.* Inexſpectata *Vulg.* Inſpectata *Ald.* quem ſequitur *Steph.* in Theſ. Græc. Tom. 1. col. 694. 17 Et max. *Bod.* 2. 18 Græce *Bod.* 1. 2. *Lin.* 19 Ita Codd. noſtri, *Pal.* & ed. antiquior illa anonyma: ſequiores παράδοξα, *qua grandi ſunt ſubjecta diſcrimini. Ideo &c.* Sed nec ipſa *Aldina* poſteriora iſta admiſit, utpote à ſciolo quodam, tanquam vocem Græcam explicantia, adjecta; quæ tamen παράβολα legend. manifeſtè probant: quod etiam quæ antecedunt proxime ſatis evincunt. Παράβολα vocat, quæ mox *audentia*; *ancipitia* vero & *maxime periculoſa* paulo ante vocaverat. Nec aliter legit *Stephanus* in Theſ. Græc. in voc. παράβολος. Græci ſane projectæ audaciæ homines, præcipiteſque & temerarios ad adeunda diſcrimina παραβόλους dicebant. Hinc *Socrates* Hiſt. Eccl. VII. 22. De *Theodoſio* Juniore: κυνήγια δ' ἐποιεῖτο ἐν τῷ θεάτρῳ τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἐπιτιλλῶντος· αὐτῷ ὁ δῆμος καλιβόα, δυνῷ θυμέλῃ ἕνα τῶν ἐυφυῶν ΠΑΡΑΒΟΛΩΝ μάχεσθαι. Et *Claudianus* τοὺς παραβόλους *audaces* vertit:

AVDACES legat ipſa viros, &c.----

Nec reticendus *Caſſiodorus*, qui Hiſt. Trip. XI. 17. ita Latinè vertit: *crudeli*

1 par gubernatoris eſt virtus, quum placido 2 & cum turbato mari vehitur: tunc 3 admirante nullo illaudatus, inglorius ſubit portum: at quum ſtridunt funes, curvatur arbor, gubernacula gemunt, tunc ille clarus & diis maris proximus. Cur 4 hæc? quia viſus 5 es mihi in ſcriptis meis annotaſſe quædam ut tumida, 6 quæ ego ſublimia: 7 aut improba, quæ ego audentia: aut nimia, quæ ego plena arbitrabar. Plurimum autem refert, reprehendenda annotes, an inſignia. 8 Omnis enim advertit quod eminet & exſtat, ſed acri intentione 9 dijudicandum eſt, 10 immodicum ſit an grande, altum an enorme. atque ut 11 Homerum potiſſimum attingam, quem tandem alterutram in partem poteſt fugere,

——— 12 Βράχε δ' ἀρεῖα χθών,
Ἀμφὶ 13 δ' ἐσάλπιγξε μέγας ἠχαγός. ———

& totum illud,

14 Ὡς δ' ὅτε χείμαῤῥοι ποταμοὶ κατ' ὄρεσφι ῥέοντες
Ἐς μισγάγκειαν συμβάλλετον ὄμβριμον ὕδωρ.

Sed opus eſt examine 15 & libra", incredibilia ſint hæc &

deli beſtia artifex PARABOLVS *puguet. Hiſychius* παραβαλλόμενοι, ἐπαισχυνόμενοι. ὅ ἐστι παραβόλως μαχόμενοι. Item παραβάλλεσθαι, idem quod παρακινδυνεύειν apud *Pollucem*. l. III. c. 28 *Suidas*, παραβάλλεσθαι, περὶ κινδύνου ῥίπτειν ἑαυτόν. Inde Apoſtolus, 2 Philip. ultim. διὰ τὸ ἔργον τοῦ Χριστοῦ μέχρι θανάτου ἤγγισε ΠΑΡΑΒΟΛΕΥΣΑΜΕΝΟΣ, ubi vetuſtiſſimus etiam interpres [vide *Jac. Gothofredi* comm. ad Cod. Theod. Tom. VI p. 83. edit. *Lugd.* MDCLXV. lege XLII. *de epiſc. eccleſ & cler.*] *PARABOLATUS de anima ſua*, vertit. Nec ob aliam cauſam, qui curam morbo etiam peſtilenti laborantium audacter ſuſcipiebant, *Parabolani* vocabantur. Ad quod munus refert Inſcriptio quædam apud *Gruter.* CCCCXXXI. 9.

---- MILITAVIT IN COHOR·
VRB.
ADIVT. TRIBVN. ORFIT. SE-
CVTOR. OPTIO.
VALETVDI. OPTIO. ARCA-
RIS. ----

Vide *Reineſii* Inſcript. p. 15. 1 Compar *Lin.* 2 Aut cum *Bod.* 1. *Lin.* Et in *Bod.* 2. 3 Laudante *Bod.* 1. *Lin.* Enim laudante *Bod.* 2. 4 Hoc *Bod.* 2. 5 Eſt *Bod.* 2. *Lin.* 6 Quædam ut ſubl. *Bod.* 1. 2. *Lin.* 7 *Lectius* legit: *aut improba, & ut nimia, &c.* 8 Recte (inquit *Gronov.*) modo intelligatur; nam *omnis* antique pro *omnes*: verbum autem *advertere*, ut lib. I. ep. 10. *ut mediocriter quoque doctos advertant.* 9 Judicandum *Bod.* 1. 2. *Lin.* 10 An im. *Bod.* 2. 11 Homericum potiſſime *Lin.* 12 *Hom.* Il. Φ. v. 387. Deſunt autem in *Pal.* & *Ald.* hæc verba, βρ. δ' ὑφ χ. Sed in *Ald.* & quibuſd. aliis editionibus exſtant nonnulla poſt ἠχαγός, ex eod. poëta, quæ cur hinc ſublata fuerint, cauſam nullam video; optime enim ad rem faciunt, ſi inter utrumque locum ponatur vocula, &.

- - - - - - - ἠχαγός.

Et,

Ἥιει δ' ἴσχθ· ἰκέσθαι - -

Et totum illud.

Ὡς &c. - - - - - - -

Verum iidem codices loco duorum ſequentium verſuum ſolum exhibent, *& totum illud* ὅτε κύματος ὄμβρος. *Aldina* vero: *& totum illud* ὅτε θαλάσσης κύματος συμβολαί. 13 In vulg. edd. *Hom.* δὲ σάλπιγξε· 14 Ex Iliad. Δ. v. 452. 15 Deſunt *Bod.* 1. 2. *Lin.*

1 immania, 2 an magnifica & cœleſtia. Nec nunc ego 3 me his ſimilia aut dixiſſe aut poſſe dicere puto. non ita inſanio: ſed hoc intelligi volo, laxandos eſſe eloquentiæ frænos, nec anguſtiſſimo gyro ingeniorum impetus 4 refringendos. At enim alia conditio oratorum, alia poëtarum. quaſi vero M. Tullius minus audeat. quanquam hunc omitto: neque enim ambigi puto. Sed Demoſthenes ipſe ille norma oratoris & regula, num ſe cohibet & comprimit, quum dicit 5 illa notiſſima"? 6 ἄνθρωποι μιαροί, καὶ κόλακες, καὶ ἀλάστορες. Et rurſus: 7 ἃ 8 γὰρ" λιθοις ἐτείχισα τὴν πόλιν, οὐδὲ πλίνθοις ἐγω- Et ſtatim: 9 ἐκ ἐκ μὲν θαλάττης τὴν Εὔοιαν προὐβαλόμην ἐγω πρὸ τῆς Ἀττικῆς, 10 ὅσην δὲ ἀνθρωπίνῳ λογισμῷ δυνατόν". Et alibi: 11 ἐγὼ δ' εἰμαι μὲν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ τὰς θεὰς ἐκείνον μιμοῦμαι τῷ μεγέθει τῶν πεπραγμένων. Jam quid audentius illo pulcerrimo 12 ac longiſſimo" exceſſu? 13 κοσμικὰ γάρ. Quid hæc breviora ſuperioribus, ſed audacia paria? 14 Τότε ἐγὼ μὲν τῷ Πύθωνι θρασυνομένῳ καὶ πολλῷ ῥέοντι κατ' ὑμῶν. Ex eadem nota: 15 Ὅταν δ' ἐκ πλεονεξίας καὶ πονηρίας 16 τις", φασὶν ὑπὸ ἰσχύος ἡ σοφία σοφίσματα καὶ μικρὸν πλαύσμα ἅπασιν ἀνθρώποις καὶ διέλυσε. Simile his: 17 Ἀπεχθοινισμένῳ ἅπασι τοῖς ἐν τῇ πόλει δικαίοις 18 γνώσεσι τῶν δικαστηρίων". Et ibidem: 19 σὺ τοίνυν ταῦτα ἔλεον 20 σεσύληκας Ἀριστογείτων, μᾶλλον δὲ ἀνήρηκας ὅλως, μὴ δὴ σοὶ ὃς αὐτὸς 21 ἐκάλεσας λιμένας, καὶ σεσοφολῶν ἐνέπλησας, ὡς τότε 22 ὁρμίζε. Et dixerat: 23 Δέδοικα μὴ δόξητέ τισι τὸ ἀεὶ βελτίονα εἶναι πονηρὸν τῶν ἐν τῇ πόλει πολιτευομένων. ἀσθενὴς μὲν γὰρ ἐστὶν ὁ πονηρὸς, καθ' ἑαυτόν. Et deinceps: 24 Τούτῳ δ' ὀδύνα ἐν τῶν τόπων τούτων βάσιμον ὄντα, ἀλλὰ πάντα ἀπέκρημνα, φάραγγες, βάραθρα. Nec ſatis: 25 ὀδὲ γὰρ τοὺς σοφιστὰς ὑπολαμβάνω τὰ δικαστήρια ταῦτα οἰκοδομῆσαι, ἵνα τοὺς τοιούτους ἐν αὐτοῖς μοχθηρεύητε, ἀλλὰ τοὐναντίον, ἵν' ἀπέργητε, καὶ κολάζητε, καὶ μηδεὶς ζηλοῖ, μηδ' 26 ἐπιθυμῇ κακίας. Adhuc: 27 Εἰ δ' κράτιστός ἐστι πονηρίας, καὶ παλιγκάπηλος,

1 Inania *Bod.* 2. *Ald. Vulg* Nec diſplicet. Hæc enim *cœleſtibus*, hoc eſt verè ſublimibus, quæ mox appellat, opponuntur. *Longinus*, [de ſublim. §. III. 7.] Καὶ τινα Καλλισθένης, ὄντα οὐχ ΥΨΗΛΑ, ἀλλὰ ΜΕΤΕΩΡΑ. ubi μετέωρα opponit τοῖς ὑψηλοῖς *Quinctilianus* duobus tribuſve locis pro *meteoris* dixit *præcipitia* & *abrupta* l. XII. c. 10. Et quidem, ſicut τὰ μεγάλα καὶ θαυμάσια ὑπὲρ τὸν ἄνθρωπον (ut notavit *Tullius*) vitioſa; ita & in oratione τὸ ὑπὲρ τὸ πρέπον καὶ ἀνδεχόμενον τὸν ὄγκον, adeoque μετέωρον. 2 Ac magnifica cœleſtia *Bod.* 1. 2 *Lin.* 3 Me ei ſim. *Bod.* 1. 2. *Lin.* 4 Reſtringendos *Bod.* 1. 5 Deſunt *Vulg.* 6 Ex orat. *Demoſth.* περὶ στεφάνου p. 521 C Ed. *Franc.* MDCLXIV. Vide *Luciani* Encomium *Demoſthenis.* 7 Ibid. p. 521. E 8 Deeſt *Ald.* 9 Ibid. p. 522. A 10 Deſunt *Ald. Vulg* 11 In Philip. Orat. I. p. 54. C. 12 Deſunt *Bod.* 1. *Lin.* 13 Ex orat. περὶ παραπρεσβείας. p. 334. B. 14 Rurſum ex orat. περὶ στεφάνου. p. 495 E. 15 Ex orat. Olynth. II. p. 22. E. 16 Deeſt *Ald.* 17 Ex orat. contra Ariſtogitonem. p. 832. D. 18 Deſunt *Ald. Vulg.* 19 Ibid. p. 840. E. 20 Προδέδωκας in vulg. Edd *Demoſthenis.* 21 Ἔχωσας in vulg. Edd. *Dem.* 22 Προσορμίζου in vulg. Edd. *Dem.* 23 Ibid. p. 829. C. 24 Ibid. p. 839. E. 25 Ibid. p. 835. F. 26 Ἐπιθυμεῖ *Ald.* 27 Ibid. p. 835. C.

καὶ μυριοπλάσιος. Et mille talia; ut præteream quæ ab Æſchine 1 ῥήματα, non ῥήματα, vocantur. 2 in contrarium incidi. Dices, hunc quoque ob 3 iſta culpari. Sed vide quanto major ſit qui reprehenditur ipſo reprehendente: & major ob 4 hæc 5 quoque". in aliis enim vis, in his granditas ejus elucet. Num autem Æſchines ipſe iis, quæ in Demoſthene carpebat, abſtinuit? 6 χρὴ γὰρ ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸ αὐτὸ φθέγγεσθαι τὸν ῥήτορα καὶ τὸν νόμον· ὅταν δ' ἑτέραν μὲν φωνὴν ἀφιῇ ὁ νόμος, ἑτέραν δ' ὁ ῥήτωρ, τῷ τοῦ νόμου δικαίῳ χρὴ διδόναι τὴν ψῆφον, ἀλλὰ τῇ τοῦ λέγοντος ἀναισχυντίᾳ. 7 Alio loco: 8 ἔπειτα καταφαίνεται ὥσπερ ἐπάντων ἐν τῷ ψηφίσματι. ὥσπερ τῷ κλήματι χρῆσαι τὰ πάντα τὰλαντα τοὺς πλησίον, ἀξιῶν τοὺς Ωρείτας μὴ ἡμῖν, ἀλλὰ 9 Καλλίᾳ δίδοναι ὅπου δὴ ἀληθῆ λέγω. ἀφιλῶν τὸν 10 κομπὸν, καὶ τὰς τριήρεις, καὶ τὴν ἀλαζονείαν ἣν τοῦ ψηφίσματος, ἀπάγωθι. Iterum 11 alio: 12 καὶ μὴ ἐᾶτε αὐτὸν εἰς τοὺς τοῦ παρανόμου λόγους ἐκπίπτειν. Quod adeo probavit, ut repetat, ἀλλὰ ἐγκαθήμενοι καὶ ἐνεδρεύοντες ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ εἰσπλαύσαντι αὐτὸν εἰς τοὺς τοῦ παρανόμου λόγους, καὶ τὰς ἐκτροπὰς αὐτοῦ τῶν λόγων ἐπιτηρεῖτε. 13 An illa cuſtoditius preſſiuſque? σὺ δὲ ἐλλιπαρεῖς, καὶ μᾶλλον σοι μέλει τῶν αὐθημερὸν λόγων, ἢ τῆς σωτηρίας τῆς πόλεως. Alius illa: ἐκ βραχέος ἐνθυμήσεσθε τὸν ἄνθρωπον ὡς κοινὴν τὴν Ἑλλάδα συμφορὰν, ἢ συλλαβόντες ὡς λῃστὴν τῶν πεπραγμάτων δίκην τῆς πολιτείας πλέονα μνησικακήσετε, & alia. Exſpecto ut 14 quædam" ex hac epiſtola, 15 ut illud" *gubernacula gemunt*, & *diis maris proximus*, 16 iiſdem notis quibus ea, de quibus ſcribo, confodias. Intelligo enim me, dum veniam prioribus peto, in illa ipſa, quæ annotaveras, incidiſſe. Sed confodias licet, dummodo jam 17 nunc" deſtines diem, quo & de illis & de his coram exigere poſſimus. Aut enim tu me 18 timidum, aut ego te temerarium faciam. Vale.

1 Vide *Æſchinem* contra Cteſiphontem & Demoſthenem. *Palat.* Θαυματοποιῶν ῥήματα. Editio illa anonyma: Θαυμαλοποιὰ ῥήματα. Ingenioſius quàm veriùs. 2 Ita legit & diſtinguit *Jac. Leſſius*. Vulgo: *In contrarium incidi, dicens hunc* 3 Dicta *Vulg* 4 Hoc *Ald.* 5 Deeſt *Bod.* 1. *Lin.* 6 *Æſchin.* Orat. contra Cteſiphont. p. 430. B. χρὴ γὰρ, Ἀθηναῖοι, τὸ αὐτὸ in Vulg. edd. *Æſchin.* χρὴ γὰρ τὸ αὐτὸ *Ald.* 7 Alio loco eſt ita *Bod* 1. *Lin.* 8 Ibid. p. 444. A. 9 Καλλίᾳ *Ald* 10 Ita ex Vulg. edd. *Æſchinis* ſcribend. non πόμπον, ut in pleriſque editt. *Plinii*. 11 In alio *Lin.* 12 Conſule ibid. p. 452. 13 Jam illa commodius preſſiuſque *Bod.* 1. *Lin.* 14 Deeſt *Bod.* 2. 15 Ita MSS. noſtri. *Pal.* & *Modii* epiſt XII. in vulg. edd. *ut illud* deſunt; *ut* etiam in *Bod.* 2. deſideratur. 16 Hiſdem modis *Lin.* 17 Deeſt *Lin.* 8 Tumidum *Vulg.*

[1] XXVII. C. PLINIUS [2] LATERANO SUO S.

QUanta poteſtas, quanta dignitas, quanta majeſtas, quantum denique numen ſit hiſtoriæ, cum frequenter alias, tum proxime ſenſi. Recitaverat quidam veriſſimum librum, partemque ejus in alium diem reſervaverat: ecce amici [3] cujuſdam orantes obſecranteſque ne reliqua recitaret. Tantus audiendi quæ fecerint pudor, quibus nullus faciendi quæ audire erubeſcunt. Et ille quidem præſtitit quod rogabatur: ſinebat fides. liber tamen, ut factum ipſum, manet, [4] manebit, legeturque ſemper, tanto magis, [5] quia non ſtatim. Incitantur enim homines ad [6] agnoſcenda quæ differuntur. Vale.

[7] XXVIII. C. PLINIUS ROMANO SUO S.

POſt longum tempus epiſtolas tuas, [8] ſed" tres pariter recepi, omnes elegantiſſimas, amantiſſimas, & quales à te venire, præſertim deſideratas, oportebat: quarum una injungis mihi jucundiſſimum miniſterium, ut [9] ad' Plotinam, ſanctiſſimam fœminam, [10] literæ tuæ" perferantur: [11] perferentur'. eadem commendas [12] Popilium Artemiſium: ſtatim præſtiti quod petebat. Indicas [13] etiam, modicas te vindemias collegiſſe. communis [14] hæc mihi tecum, quanquam in diverſiſſima parte terrarum, querela eſt. Altera epiſtola nuncias, multa [15] te nunc dictare, nnnc ſcribere, quibus [16] nos tibi repræſentes. Gratias ago: agerem magis, ſi [17] me" illa ipſa quæ ſcribis aut dictas, legere [18] voluiſſes. & erat æquum ut te mea, ita me tua ſcripta cognoſcere, etiamſi [19] ad alium quam ad me pertinerent. Polliceris in [20] fine, quum certius de vitæ noſtræ ordinatione aliquid audieris, futurum te fugitivum rei familiaris, ſtatimque ad nos [21] evolaturum, qui jam tibi compedes nectimus, quas [22] perfringere nullo modo poſſis. Ter-

1 XXIX. *Bod.* 1. 2: *Lin.* 2 Paterno *Bod.* 2. *Ald. Vulg.* 3 Ejuſdem *Bod.* 2. *Vulg.* 4 Manebitque *Ald. Vulg.* 5 Et non ſtatim. Citantur *Bod.* 1. *Lin.* Sed non ſtatim. Citantur *Bod.* 2. Quod non ſt. Inc. *Vulg.* 6 Cognoſcendum *Bod.* 2. 7 XXX. *Bod.* 1. 2. *Lin.* 8 Deeſt *Bod.* 1. *Lin. Vulg.* Et tres *Bod.* 2. 9 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin.* 10 Deſunt *Bod.* 1. 2. *Lin.* 11 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin.* 12 Pupillum *Bod.* 1. 2. *Lin.* 13 Etiam mihi *Lin.* 14 Eſt mihi *Lin.* 15 De te *Vulg.* 16 Noſtra repr. *Bod.* 2. Nos rep. *Bod* 1. *Lin.* 17 Deeſt *Vulg.* 18 Potuiſſem. Sed erat *Bod.* 1. *Lin.* Potuiſſem. Quia erat *Bod.* 2. 19 Ad alium quam me pertineret *Bod* 1. Ad aliud quam de me pertineret *Bod.* 2. 20 Finem *Ald.* 21 Advolaturum *Bod.* 1. 2. 22 Effugere *Bod.* 1. Effringere *Bod.* 2. *Lin.*

tia

tia epiſtola continebat, eſſe tibi redditam orationem pro [1] Clario, [2] eamque viſam uberiorem quam dicente me, audiente te, fuerit. Eſt [3] uberior. multa enim poſtea inſerui. [4] Adjicis, alias te literas curioſius ſcriptas miſiſſe: an acceperim quæris: non accepi, [5] & accipere geſtio. Proinde prima quaque occaſione mitte, appoſitis quidem uſuris, [6] quas ego (non parcius poſſum) centeſimas computabo. Vale.

[7] XXIX. C. PLINIUS RUSTICO SUO S.

[8] UT ſatius eſt unum aliquid inſigniter facere, quam plurima mediocriter; ita plurima mediocriter, ſi non poſſis unum aliquid inſigniter. quod intuens ego, variis me ſtudiorum generibus nulli ſatis confiſus, experior. Proinde quum hoc vel illud [9] legis, [10] ita ſingulis veniam, ut non ſingulis, dabis. An cæteris artibus excuſatio in numero, literis durior lex, in quibus difficilior effectus eſt? Quid autem ego de venia quaſi ingratus? Nam ſi ea facilitate [11] hæc" proxima acceperis, qua priora, laus potius ſperanda, quam venia obſecranda eſt. Mihi tamen venia ſufficit. Vale.

[12] XXX. C. PLINIUS [13] GEMINIO SUO S.

LAudas mihi, & frequenter præſens, & nunc per epiſtolas, Nonium tuum, quod ſit liberalis [14] in quoſdam: & ipſe laudo, ſi tamen non in hos ſolos. Volo enim eum, qui ſit vere liberalis", tribuere patriæ, propinquis, affinibus, amicis, ſed [15] amicis dico pauperibus, [16] non ut iſti, qui iis potiſſimum donant, qui donare maxime poſſunt. Hos ego viſca-

1 C. Lanio *Bod.* 1. *Lin. Vulg.* 2 Inquis eam uberiorem *Bod.* 2. 3 Melior & ub. *Bod.* 2. 4 Dicis *Bod.* 1. 5 Eas ac. *Bod.* 1. 2. *Lin.* 6 Quas ego (nec parcius poſſim) centeſimam putabo *Bod.* 1. *Lin.* Quas ego minime parcus parciſſimas putabo *Bod.* 2. *Ald.* Quas ego (num parcius poſſim?) cent. comp. *Pal.* 7 XXXI. *Bod.* 1. 2. *Lin.* 8 Eſt ſatius unum aliquid inſigniter quam plura mediocriter facere, ſi non poſſis unum aliquid inſigniter. *Bod.* 1. Ut ſatius unum aliquid inſigniter quam plura med.; ſic plura med., &c. *Bod.* 2. Ut ſatius unum aliquid inſigniter *Lin.* [cætera deſunt uſque ad *quod int.*] Ut ſatius unum aliquid inſigniter, quam facere plurima med. &c. *Pal.* Ut ſ. e. un. a. inſigniter quam plura mediocr. ita ſatius facere plura med. &c. *Vulg.* 9 Leges *Bod.* 2. 10 Ita de ſingulis, ut non ſingulis judicabis *Vulg.* 11 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin.* 12 XI. *Bod.* 1. 2. *Lin.* 13 Gemino *Bod.* 1. *Ald.* 14 Deſunt uſque ad *tribuere p. Bod.* 1. 2. *Lin.* 15 Tamen iis dico *Bod.* 1. 2. *Lin.* Iis dico *Vulg.* 16 Non ut iſtis qui ſibi maxime poſſunt *Bod.* 1. Non ut iſti ſi qui iis maxime poſ. *Bod.* 2. N. ut i. qui iis maxime poſ. *Lin.*

tis hamatiſque muneribus non ſua promere puto, ſed aliena corripere. Sunt [1] ingenio ſimili, qui quod huic donant, auferunt illi, famamque liberalitatis avaritia petunt. Primum eſt autem, ſuo eſſe contentum: deinde, quos præcipue ſcias indigere, ſuſtentantem foventemque, orbe quodam [2] ſocietatis ambire. Quæ cuncta ſi facit [3] iſte, uſquequaque laudandus eſt: ſi unum aliquod, minus quidem, laudandus tamen. [4] Tam rarum eſt etiam imperfectæ liberalitatis [5] exemplar: ea invaſit homines habendi cupido, ut poſſideri magis quam poſſidere videantur. Vale.

[6] XXXI. C. PLINIUS SARDO SUO S.

POſtquam à te receſſi, non minus tecum, quam quum apud te fui. Legi enim librum tuum, identidem repetens ea maxime (non enim mentiar) quæ de me ſcripſiſti. in quibus quidem percopioſus fuiſti. quam multa, quam [7] varia, quam non eadem de [8] eodem, nec tamen diverſa, dixiſti? Laudem pariter & gratias agam? neutrum ſatis poſſum, &, ſi poſſem, timerem ne arrogans eſſet, ob ea [9] laudare, ob quæ gratias [10] agerem. Unum illud addam, omnia mihi tanto laudabiliora viſa, quanto jucundiora: [11] &" tanto jucundiora, quanto laudabiliora erant. Vale.

[12] XXXII. C. PLINIUS [13] TITIANO SUO S.

[14] QUid agis? quid [15] acturus es? [16] ipſe" vitam jucundiſſimam, id eſt otioſiſſimam, [17] vivo". Quo fit ut ſcribere longiores epiſtolas [18] nolim, velim legere: illud, tanquam delicatus: hoc, tanquam otioſus. Nihil eſt enim aut pigrius delicatis, aut curioſius otioſis. Vale.

1 Ingenii ſimilis *Bod.* 1. Ingenii ſimillimi *Bod.* 2. 2 Socialitatis *Bod.* 1. *Lin.* 3 Iſta *Vulg.* 4 Tam rara ſunt *Vulg.* 5 Exempla. Tanta inv. *Vulg.* Exempla. Ea inv. *Lin.* 6 XII. *Bod.* 1. 2. *Lin.* 7 Varie *Bod.* 2. *Lin.* 8 Eodem jugo nec tam. di *Bod.* 1. *Lin.* Eodem viro, tamen di *Bod.* 2. Eodem jugo, tamen di. *Pal. Vulg.* 9 Laudare tibi ob *Bod.* 1. Laudare te, ob *Bod.* 2. *Lin.* 10 Agere *Bod.* 1. 11 Deeſt *Bod.* 1. *Ald.* 12 XIII. *Bod.* 1. 2. *Lin.* 13 Taciano *Lin.* 14 Quid agis? an quod ago ruri ipſe? vitam jucundiſſimam, id eſt, otiotiſſimam? Quo fit *Vulg.* 15 Agitaturus *Bod.* 1. 2. *Lin.* 16 Deeſt *Bod.* 1. 2. 17 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin.* 18 Nolui legere illud *Bod.* 2. Nolim legere illud *Bod.* 1. *Lin.*

1 XXXIII. C. PLINIUS CANINIO SUO S.

INcidi in materiam veram, ſed ſimillimam fictæ, dignamque iſto 2 lætiſſimo, altiſſimo, planeque poëtico ingenio. Incidi autem, dum ſuper cœnam varia miracula hinc inde referuntur. magna 3 auctoris fides. 4 tametſi quid 5 poëtæ cum fide? 6 is" tamen auctor, cui bene vel hiſtoriam ſcripturus credidiſſes. Eſt in Africa Hipponenſis colonia, mari proxima: adjacet 7 ei" navigabile ſtagnum, 8 ex quo in modum fluminis æſtuarium emergit, quod vice alterna, prout æſtus aut repreſſit aut impulit, nunc infertur mari, nunc redditur ſtagno. Omnis hîc 9 ætas piſcandi, navigandi, atque etiam natandi ſtudio tenetur: maxime 10 puerorum, quos otium 11 luduſque 12 ſolicitat. his gloria & virtus 13 altiſſime provehi: victor ille qui longiſſime ut littus, ita ſimul 14 nantes, 15 reliquit. Hoc certamine puer quidam, audentior cæteris, in ulteriora tendebat: delphinus 16 occurrit, & nunc præcedere puerum, nunc ſequi, nunc 17 circuire, poſtremo ſubire, deponere, iterum ſubire, trepidantemque perferre, primum in altum: mox flectit ad littus, redditque terræ & æqualibus. Serpit per coloniam fama: 18 concurrere omnes, ipſum puerum tanquam miraculum aſpicere, interrogare, audire, narrare. Poſtero die obſident littus, proſpectant mare; & ſi quid 19 eſt mari ſimile. natant pueri; inter hos ille, ſed cautius. Delphinus rurſus ad tempus, 20 rurſus ad puerum venit. fugit ille cum cæteris. Delphinus quaſi invitet, 21 revocet, 22 exſilit, mergitur, varioſque orbes 23 implicitat expeditque. Hoc altero die, 24 hoc" tertio, hoc pluribus, donec homines innutritos mari ſubiret timendi pudor: accedunt, & alludunt, & appellant: tangunt 25 etiam", pertrectantque 26 præbentem. Creſcit audacia 27 experimento. Maxi-

1 XXXII. *Bod.* 1. 2. *Lin.* 2 Scholaſtico *Bod.* 1. *Lin.* 3 Auctori *Bod.* 1. 2. *Lin.* 4 Siquid tamen poëtæ cum fide *Vulg.* 5 Poëta *Bod.* 1. *Lin.* 6 Deeſt *Ald.* 7 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin.* 8 Quod in *Ald.* 9 Æſtus *Bod.* 1. 2. *Lin.* 10 Pueri *Lin* 11 Luſuſque *Bod.* 1. 2. *Lin.* 12 Solicitant *Ald.* 13 Latiſſime *Lin.* 14 Natantes *Bod.* 1. *Lin.* 15 Relinquit. Quid hoc certamine? Puer *Bod.* 1. Reliquit. Quo in certamine p. *Bod.* 2. 16 Incurrit *Bod.* 1. 2. *Lin.* 17 Circumire *Bod.* 1. *Lin.* 18 Concurrere omnes ipſum puerum t. narrare, reſpondere. Poſtero d. *Vulg.* 19 E mari *Vulg.* 20 Rurſus ad puerum fugit. Venit puer. fugit i. c. cæt. *Bod.* 1. *Lin.* Rurſus ad puerum. Fugit i. c. cæt. *Ald.* Rurſus ad puerum. Venit puer. fugit ille cum cæteris delphinis: quaſi invitet & revocet *Vulg.* 21 Et rev. *Bod.* 1. 2. *Lin.* 22 Exſiluit *Bod.* 1. Exſiliwit *Lin.* 23 Implicat *Bod.* 1. 2. *Lin.* 24 Deeſt *Lin.* 25 Deeſt *Lin.* 26 Præeuntem *Bod.* 1. 2. *Lin. Vulg.* 27 Et exp. *Bod.* 2. *Lin.*

me puer qui primus expertus eſt, [1] adnatat natanti, inſilit tergo: fertur referturque, [2] agnoſci ſe, amari putat, amat ipſe: [3] neuter timet", neuter timetur Hujus fiducia, manſuetudo illius augetur; necnon [4] alii pueri dextra lævaque ſimul eunt hortantes [5] monenteſque. Ibat una (id quoque mirum) delphinus alius, tantum ſpectator & comes. Nihil enim ſimile aut faciebat, aut patiebatur: ſed alterum illum ducebat, reducebat, ut puerum cæteri pueri. Incredibile (tam verum tamen quam priora) delphinum geſtatorem colluſoremque puerorum in terram quoque extrahi ſolitum, areniſque ſiccatum, ubi incaluiſſet, in mare revolvi. Conſtat Octavium Avitum, legatum proconſulis, in littus [6] educto religione prava ſuperfudiſſe unguentum, cujus [7] illum novitatem odoremque in altum refugiſſe: nec niſi poſt multos dies viſum languidum & mœſtum, mox redditis viribus priorem laſciviam & ſolita miniſteria repetiſſe. Confluebant ad ſpectaculum omnes magiſtratus, quorum adventu & mora, [8] modica reſpublica novis ſumptibus atterebatur. Poſtremo locus ipſe quietem ſuam ſecretumque perdebat. Placuit [9] occulte interfici, ad quod coibatur. Hæc tu qua miſeratione, qua copia deflebis, [10] ornabis, attolles? quanquam non eſt [11] opus affingas aliquid aut [12] adſtruas": ſufficit ne ea quæ ſunt vera minuantur. Vale.

[13] XXXIV. C. PLINIUS TRANQUILLO SUO S.

EXplica æſtum meum. audio me male legere duntaxat verſus: orationes enim [14] commodius, [15] ſed tanto minus verſus. Cogito ergo recitaturus familiaribus amicis, experiri libertum meum. Hoc quoque familiari, quod [16] elegi non bene,

1 Adnatanti inſiliit tergo *Bod.* 1. 2. *Lin.* Adnatantis inſilit tergo *Vulg.* 2 Agnoſcunt ſe, ex mari puerum ille, è terrâ iſte: neuter t. *Vulg.* 3 Deſunt *Bod.* 1. *Lin.* 4 Et alii *Bod* 1. *Lin.* 5 Monenteſque ne timeat. Id quoque mirum: delph. *Vulg.* 6 Seducto *Bod* 2. Reducto *Lin.* Sed alia manu *reductum.* 7 Ille *Ald.* 8 Modica reſpublica Hipponenſis partibus atter. *Bod.* 2. M. reſp. noviſſime partibus at *Bod.* 1. *Lin.* Modica reſp. modicis & mediocribus facultatibus, colonia Hipponenſis at. & modica reſp. immodicis ſumptibus at. *Vulg.* 9 Secrete *Ald.* 10 Deſunt in *Lin.* uſque ad *ſuf.* 11 Opus effingas &c. *Bod.* 1. Opus aliquid: ſufficit ne *Vulg.* 12 Struas *Ald.* 13 XXXIII. *Bod.* 1. 2. *Lin.* 14 Commode *Ald.* 15 Et tanto *Bod.* 1. 2. *Lin.* 16 *Gruterus* habuerit vocem *ſcio* pro ſpuria. Niſi forte altius ſubeſt ulcus. Nam *Bod.* 1. *Lin. Pal. Elegi non bene ſit melius lecturus.* Et *Bod.* 2. *Legit non bene, melius ſcio lecturum. Cellarius* ſubſtituit ex margine editorum 1 *libertum meum. Hic quoque ſimiliter, quem elegi, non bene; ſed melius ſcio lecturum, &c.* Quæ lectio à *Thomaſio*

ne, ſed melius ſcio lecturum: ſi tamen non fuerit perturbatus. eſt enim tam novus lector, quam ego poëta. Ipſe neſcio quid illo legente interim faciam, ſedeam defixus, 1 &" mutus, & ſimilis otioſo: an (ut quidam) quæ pronunciabit, murmure, oculis, manu proſequar. Sed puto me non minus male ſaltare quam legere. Iterum dicam, explica æſtum meum, vereque reſcribe, num ſit melius, peſſime legere, quam iſta vel non facere, vel facere. Vale.

2 XXXV. C. PLINIUS 3 APPIO SUO S.

4 LIbrum quem miſiſti, 5 recepi, & gratias ago: ſum tamen 6 hoc tempore occupatiſſimus. Ideo nondum eum legi, cum alioqui validiſſime cupiam: ſed eam reverentiam cum literis ipſis, tum ſcriptis tuis debeo, 7 ut ſumere illa, niſi vacuo animo, irreligioſum putem. Diligentiam tuam in retractandis operibus valde probo. eſt tamen aliquis modus, primum, quod nimia cura deterit magis quam emendat: deinde, quod nos 8 à" recentioribus revocat, ſimulque nec abſolvit priora, & inchoare poſteriora non patitur. Vale.

9 XXXVI. C. PLINIUS 10 FUSCO SUO S.

QUæris quemadmodum in Tuſcis diem æſtate diſponam: evigilo quum 11 libuit, 12 plerunque circa horam primam, ſæpe ante, tardius raro: clauſæ feneſtræ manent. Mire enim 13 ſilentio & tenebris animus alitur. ab iis quæ 14 avocant 15 abductus, & liber, & mihi relictus, non oculos animo, ſed animum oculis 16 ſequor, qui eadem, quæ mens, vident, quoties non vident alia. Cogito ſi quid in manibus, cogito ad verbum ſcribenti emendantique ſimilis: nunc pauciora, nunc plura, ut vel difficile vel facile componi tenerive potuerunt. Notarium voco, &, 17 die admiſſo, quæ forma-

maſio etiam approbata eſt: nec ſenſus incommodus; quod nempe libertus, quem eligat & ſubſtituat, non quidem bene, tamen melius *Plinio* lecturus ſit. 1 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin.* 2 XXXIV. *Bod.* 1. 2. *Lin.* 3 Atrio *Bod.* 2. Oppio *Ald. Vulg.* cujus fit mentio apud *Plutarchum* in vitâ *Othonis.* 4 Et lib. *Bod.* 2. 5 Et accepi *Lin.* 6 In h. *Bod* 2. 7 Ut ſumere in manus illa *Vulg* 8 Deeſt *Bod.* 1. *Lin* 9 XXXV. *Bod.* 1 2. *Lin.* 10 Priſco *Bod.* 1. 11 Collibuit *Bod.* 1. *Lin.* 12 Primumque *Lin.* 13 Cum ſilentium & tenebræ, ab his *Bod.* 1. *Lin.* Animum ſilentium & tenebræ: ab iis *Bod.* 2. Silentio & tenebris, ab iis *Ald.* 14 Advocant *Bod.* 1. *Lin.* 15 Abducunt, ut lib. *Bod.* 2. 16 Sequar *Bod.* 2. *Lin.* 17 Dico adm. *Bod.* 2.

veram [1] dicto; abit, rurſuſque revocatur, rurſuſque [2] remittitur. Ubi hora quarta vel quinta (neque enim certum dimenſumque tempus) ut dies ſuaſit, in xyſtum me vel cryptoporticum confero, reliqua meditor & dicto, vehiculum aſcendo. [3] Ibi quoque idem quod ambulans aut jacens. durat intentio, mutatione ipſa refecta: paulum redormio, [4] dein ambulo, mox orationem Græcam Latinamve clare & intente, non tam vocis cauſa quam ſtomachi [5] lego: pariter tamen & illa firmatur". Iterum ambulo, ungor, exerceor, lavor. Cœnanti mihi, ſi cum uxore vel paucis, liber legitur: poſt cœnam, [6] comœdi aut lyriſtes: mox cum meis ambulo, quorum [7] numero ſunt eruditi. [8] Ita" [9] variis ſermonibus veſpera extenditur, & quanquam longiſſimus dies [10] cito conditur. Non nunquam ex hoc ordine aliqua mutantur. nam ſi diu [11] tacui, vel ambulavi, poſt ſomnum demum lectionemque, non vehiculo, ſed (quod brevius, [12] quia velocius) equo geſtor. [13] Interveniunt amici ex proximis oppidis, partemque diei ad ſe trahunt, interdumque laſſato mihi opportuna interpellatione ſubveniunt. Venor aliquando: ſed non ſine pugillaribus, ut quamvis nihil ceperim, nonnihil referam. Datur & colonis (ut videtur ipſis) non ſatis temporis, quorum mihi agreſtes querelæ literas noſtras & [14] iſtæc urbana opera commendant. Vale.

[15] XXXVII. C. PLINIUS PAULINO SUO S.

NEc tuæ naturæ eſt [16] tranſlatitia hæc & quaſi publica officia [17] à" familiaribus amicis contra ipſorum commodum exigere: & ego te conſtantius amo, quam ut verear ne aliter ac velim accipias, [18] niſi te calendis ſtatim [19] conſulem videro: præſertim cum me neceſſitas [20] locandorum prædiorum plures annos ordinatura detineat, in [21] qua mihi nova conſilia ſumenda ſunt. Nam priore [22] luſtro, quanquam poſt magnas remiſſiones, reliqua [23] creverunt: inde pleriſque nul-

1 Deſunt *Bod.* 1. 2 *Lin.* Formaveram enotantur, rurſuſque *Vulg.* 2 Dimittitur *Bod.* 1. 2. *Lin Vulg.* 3 Ubi *Bod.* 2. 4 Deinde *Bod.* 1. 2. *Lin.* 5 Deſunt *Bod.* 1. 2. *Lin.* 6 Comœdia aut *Bod.* 1. 2. *Lin. Ald.* Comœdus aut *Vulg.* 7 In num *Bod.* 1. 2. *Lin.* 8 Deeſt *Vulg.* 9 Barbaris *Bod.* 1. *Lin.* 10 Bene cond *Bod* 1. 2. Cito claditur *Vulg.* 11 Jacui *Vulg.* 12 Quod *Bod.* 1. Quodque *Bod.* 2. 13 Interim veniunt *Vulg.* 14 Hæc *Bod.* 1. 2. *Ald.* Hic *Lin.* 15 XXXVI. *Bod.* 1. 2. *Lin.* 16 Tranſlativa *Bod.* 1. Tralatitia *Vulg.* 17 Deeſt *Bod.* 1. 2. *Lin.* 18 *Caſaub.* putat ſcribend.: *Si non ſe calendis ſtatim conſulem videro.* 19 Judicaro conſulem *Bod.* 1. *Lin.* 20 Tuſcanorum prædiorum *Bod.* 1. 2. *Lin.* 21 Quam nova *Ald.* 22 Juſto *Bod.* 1. 2. *Lin.* 23 Creverint *Lin.*

la jam cura minuendi æris alieni, quod desperant posse persolvi; rapiunt etiam, consumuntque quod [1] natum est, ut qui jam [2] putent se non sibi [3] parcere. Occurrendum ergo augescentibus vitiis, & medendum est. [4] medendi una ratio, [5] si non nummo, sed partibus locem, ac deinde ex meis aliquos exactores [6] operi custodes fructibus ponam: [7] & alioqui nullum [8] justius genus redditus, quam quod terra, cœlum, annus refert. [9] Ad hoc, magnam fidem, acres oculos, numerosas manus poscit: experiendum tamen, &, quasi in veteri morbo, quælibet mutationis auxilia tentanda sunt. Vides quam non delicata me causa obire primum consulatus tui diem non sinat: quem tamen hîc [10] quoque ut" præsens votis, gaudio, gratulatione celebrabo. Vale.

[11]XXXVIII. C. PLINIUS SATURNINO SUO S.

EGo vero [12] Rufum nostrum laudo: non quia tu ut ita facerem petiisti, sed quia [13] est" ille dignissimus. Legi enim librum omnibus numeris absolutum; cui multum apud me gratiæ amor ipsius adjecit. Judicavi tamen. neque enim soli judicant qui maligne legunt. Vale.

1 Natura est *Bod.* 1. 2. *Lin.* 2 Putant *Bod.* 1. 3 Placere *Bod.* 1. 2. *Lin. Pal. Steph* & plerique editi. *Ald.* autem & meliores editiones nostræ lectioni favet: & probat *Casaubonus.* 4 Et med. *Bod.* 1. 2. *Lin.* 5 *Franc. Modius* Epist. XII. notat ad oram, haud scio veteris editionis an codicis, esse, *si non uni, sed pluribus locem.* quæ scriptura, inquit, rem exprimit, quam an totidem & talibus verbis extulerit *Plinius*, ut ignoro, ita non abhorreo ab illa lectione, quam in membranis *Combergensibus Neustetterianis* reperi: *Medendi una ratio, si non in summa, sed in partibus locem.* A quo perculsus *Gruterus* delectis præpositionibus edidit: *non summa, sed partibus*, & notat: *Admisi scripturam codicum Neustetteri, quod eam magis adsequerer, quam retro vulgatam.* Nos vero negamus rem sic exprimi, & tenemus priorem vulgatam, quam haud dubie & *Palatinus* servavit. Locutio est rara & elegantissima. *Nummo locare* est eam legem fundorum locationi dare, ut conductores, ut annuam pensionem nummorum præstent possessori: id quia antehac factum, male solventibus colonis, reliqua creverunt. *Partibus locare* est ita locare, ut proventus percipias partis. veluti, septimas, octavas, novas, decumas, prout convenerit. *Partes* non sunt agrorum, nam ne prius quidem unum conductorem omnia coluisse apparet, sed frugum. Vide *Gronov.* lib. IV. observat. c. XVI. 6 Operis *Bod.* 1. 2. *Vulg.* Longe melius. 7 Est al. *Vulg.* Recte. 8 Istius *Bod.* 1. 2. *Lin.* 9 At *Ald.* 10 Desunt *Steph.* Et sic in ed. *Elzevir.* 11 XXXVII. *Bod.* 1. 2. *Lin.* 12 Ruffum laudo *Lin.* 13 Deest *Vulg.*

[1] XXXIX. C. PLINIUS [2] MUSTIO SUO S.

ARuſpicum monitu reficienda eſt mihi [3] ædes Cereris in [4] prædiis in melius [5] &' in majus. [6] Vetus ſane & anguſta, cum ſit alioqui [7] ſtato die frequentiſſima. Nam idibus [8] Septembribus [9] magnus è regione tota coit populus, multæ res aguntur, multa vota ſuſcipiuntur, multa redduntur, ſed nullum [10] in [11] proximo ſuffugium aut [12] imbris aut ſolis. Videor ergo munifice ſimul religioſeque facturus, ſi [13] ædem" quam pulcerrimam exſtruxero, addidero [14] porticus: [15] illam ad uſum deæ, has ad hominum. Velim ergo emas quatuor marmoreas columnas, cujus [16] tibi" videbitur generis: emas marmora, quibus ſolum, [17] quibus" parietes excolantur. Erit [18] etiam" vel faciendum [19] vel emendum" ipſius deæ ſignum: quia antiquum illud è ligno quibuſdam ſui partibus vetuſtate [20] obtruncatum eſt. Quantum ad porticus, nihil interim occurrit quod videatur [21] iſtinc eſſe repetendum: niſi [22] tamen [23] ut" formam ſecundum rationem loci [24] ſcribas: neque enim [25] poſſunt circumdari [26] templo. nam ſolum [27] templi hinc flumine & abruptiſſimis ripis, hinc via cingitur. Eſt ultra viam latiſſimum pratum, in quo ſatis apte [28] contra templum ipſum porticus explicabuntur; niſi quid tu melius inveneris, qui ſoles locorum difficultates arte ſuperare. Vale.

[29] XL. C. PLINIUS FUSCO SUO S.

SCribis, pergratas [30] tibi" fuiſſe literas meas; quibus cognoviſti quemadmodum in Tuſcis otium æſtatis [31] exigerem: requiris quid ex hoc in Laurentino hyeme permutem. Nihil,

1 XXXVIII. *Bod.* 1. 2. *Lin.* 2 Muſcio *Bod* 1. 3 In melius ædes Cereris in pratis. Vetus *Bod.* 2. 4 Prædiis meis in *Vulg* 5 Deeſt *Bod.* 1. *Lin Vulg* 6 *Caſaubonus* ſcribit, *eſt anguſta*, vel mutata diſtinctione, *in melius & in majus, vetus ſane & anguſta, cum ſ.* 7 Dedicationis die *Vulg.* 8 Septembris *Bod.* 2. Novembribus *Lin.* 9 Indigena è reg. *Bod.* 2. 10 Ex *Pal.* probante *Grutero.* 11 Proximum *Bod.* 2. 12 Imbribus aut ſoli *Bod.* 1. 13 Eandem *Bod.* 1. *Lin.* Deeſt *Bod.* 2. 14 Porticus ædi *Bod.* 1. *Ald.* 15 Et il. *Bod* 2. 16 Deeſt *Lin.* 17 Deeſt *Bod* 2. 18 Deeſt *Bod* 1. *Lin.* 19 Deſunt *Bod* 1. 2. *Lin.* 20 Truncatum *Lin. Pal Ald.* 21 Tibi neceſſe rep. *Bod.* 1. 22 Tantum *Vulg.* Et probat *Latinius.* 23 Deeſt *Bod.* 2. 24 Scribam *Bod.* 1. 25 Poſſum circumdare *Bod.* 1. 2. *Lin.* 26 Templum *Bod.* 1. 27 Templum *Lin.* 28 Contra templum invenies, qui ſoles locorum &c. *Bod.* 1. 2. *Lin.* 29 XXXIX. *Bod.* 1. 2. *Lin.* 30 Deeſt *Lin.* 31 Exegerim *Bod.* 2.

niſi

niſi quod meridianus ſomnus eximitur, multumque de nocte vel ante vel poſt diem ſumitur: &, ſi agendi neceſſitas inſtat, quæ frequens hyeme, non jam comœdo vel lyriſtæ poſt cœnam locus: ſed illa quæ dictavi, identidem retractantur, ac ſimul memoriæ frequenti emendatione proficitur. Habes æſtate, hyeme conſuetudinem; addas huc licet [1] ver & autumnum, quæ inter hyemem æſtatemque media, ut nihil de die perdunt, ita de nocte [2] parvulum acquirunt. Vale.

1 Injecit hic locus ſcrupulum *Catanæo*, qui ex contractiore in MS. lectione ſuſpicatus eſt legi debere, *tantumnum qua*: ſed refragantur huic conjecturæ manifeſta ſatis genuinæ lectionis indicia, quæ hanc videntur lectionem ſuggerere: *Addas huc licet ver & autumnum, qua inter hyemen æſtatemque media, &c.* Nam *Bod.* 1 & *Lin. Addas huc licet vere tantum num qua inter hyemen ſtatim æſtatemque mediam* [*mediam* etiam legit *Ald.*] *ut nihil de die perdunt, de* [*ita* deeſt etiam *Ald.*] *nocte &c.* Nec aliter *Pal.* autedd vett. In MSS. autem *Neuſtetteri* locus ut nos edidimus minimè corruptus comparuit. Recte proinde *Caſaubonus Catanæi* conjecturam paſtoritia fiſtulâ potiùs quàm plauſu dignam judicavit. Nec ſanè *Lectius* ingenioſiſſimus à veritate multum aberravit, qui ita emandavit: *Addas huc licet & autumnum, qui inter hyemem æſtatemque media, ut nihil de die perdunt, &c.* Sed in aliquibus editionibus, *licet vel autumnum.* Cæterum Cod. noſter *Bod.* 2. legit: *non addam huc licet vere, tantum namque inter hyemem ſtatim æſtatemque mediam ut nihil de die perditur, ita de nocte parvulum adquiritur.* Et Edit. *Ald. Steph. Elzevir.* &c. *Addas huc licet autumnum qua &c.* 2 *Paululum* legi Vult. *Latinius.*

LIBER

LIBER X.

In quo Epistolæ Plinii ad Trajanum Imperatorem & Trajani ad Plinium.

I. C. PLINIUS TRAJANO IMP. S.

TUA quidem pietas, imperator sanctissime, optaverat, ut quam tardissime succederes patri: sed dii immortales festinaverunt virtutes tuas ad gubernacula reipub. quam susceperas, admovere. Precor ergo ut tibi, & per te generi humano, prospera omnia, id est, digna sæculo tuo, contingant. Fortem te & hilarem, imperator optime, & privatim & publice opto.

II. C. PLINIUS TR. IMP. S.

EXprimere, domine, verbis non possum, quantum mihi gaudium [1] attuleris, quod me dignum putasti jure trium liberorum. quamvis enim Julii Serviani, optimi viri, tuique amantissimi, precibus indulseris: tamen etiam ex rescripto intelligo, libentius hoc ei te præstitisse, qui pro me rogabat. Videor ergo summam voti mei consequutus, cum inter initia felicissimi principatus tui probaveris, me ad peculiarem indulgentiam tuam pertinere: eoque magis liberos concupisco; quos habere etiam illo tristissimo sæculo volui, sicut potes duobus matrimoniis meis credere. sed dii melius, qui omnia integra bonitati tuæ reservarunt. Malui hoc potius tempore me patrem fieri, quo futurus essem & securus & felix.

1 Attulerit *Vulg.*

III.

III. *Catanæo & Ritterſhuſio eſt V.*

C. PLINIUS TR. IMP. S.

INdulgentia tua, imperator optime, quam pleniſſimam experior, hortatur me, ut audeam tibi etiam pro amicis obligari; inter quos ſibi vel præcipuum locum vindicat Voconius Romanus, ab ineunte ætate condiſcipulus & contubernalis meus. Quibus ex cauſis & à divo patre tuo petieram, ut illum in ampliſſimum ordinem promoveret: ſed hoc votum meum bonitati tuæ reſervatum eſt, quia mater Romani liberalitatem [1] ſeſtertii quadringenties, quod conferre ſe filio codicillis ad patrem tuum ſcriptis profeſſa fuerat, nondum ſatis legitime peregerat. quod poſtea fecit, admonita à nobis. nam & fundos emancipavit, & cætera, quæ in emancipatione implenda ſolent exigi, conſummavit. Cum ſit ergo finitum quod ſpes noſtras morabatur, non ſine magna fiducia [2] ſubſigno. Auget fidem pro moribus Romani mei, quos & liberalia ſtudia exornant, & eximia pietas, quæ hanc ipſam matris liberalitatem, & ſtatim patris hæreditatem, & adoptionem à vitrico meruit. Auget hæc & natalium & paternarum facultatum ſplendor; quibus ſingulis multum commendationis acceſſurum etiam ex meis precibus indulgentiæ tuæ credo. Rogo ergo, domine, ut me exoptatiſſimæ mihi gratulationis compotem facias, & honeſtis (ut ſpero) affectibus meis præſtes, ut non in me tantum, verum & in amico gloriari judiciis tuis poſſim.

IV. *VI.* C. PLINIUS TR. IMP. S.

PRoximo anno, domine, graviſſima valetudine uſque ad periculum vitæ vexatus, iatralipten aſſumpſi: cujus ſolicitudini & ſtudio, tuæ tantum indulgentiæ beneficio, referre

1 Grandis quidem ſumma, millionis nempe ſeu decem tonnarum, quod ex *Scioppii* tabula patet. De numero corrigendo dudum eruditi cogitaverunt. *Budæus* de Aſſe lib. III. *quadragies* legit; *Latinius* HS. CCCC: *Buchnerus* vel *quadringentis ſeſtertiis*, vel *quatuordecies ſeſtertii*, vel potius *quaterdecies*, quod *Gronovio* non diſplicet. Vide *Gronov.* de pec. vet. l. II. c. 3. 2 Aliter editio *Aldina* poſterior an. MDXVIII. *ſubſigno apud te fidem pro moribus &c.*: prior corrupte *adit* pro *apud*. Eadem locutione utitur *Plinius* l. III ep. 1. *Idque jam nunc apud te ſubſigno*. Nec aliter legi poſſe viri docti contendunt. Verum videtur hæc conjectura nulla niti auctoritate. Idem enim valet *ſubſigno* quod fidem ſpondeo; uti *ſubſcribere* alibi apud *Plinium* ſimpliciter poſitum eſt pro *nomen ſubſcribere*.

1 gratiam poſſum. Quare rogo, des ei civitatem Romanam. eſt enim peregrinæ conditionis, manumiſſus à peregrina. Vocatur ipſe Harpocras : 2 patronam habuit Thermuthin Theonis, quæ jampridem defuncta eſt. Item rogo, des jus Quiritium libertis Antoniæ Maximillæ, ornatiſſimæ fœminæ, 3 Heliæ & Antoniæ Harmeridi. Quod à te, petente patrona, peto,

V. *XI.* C. PLINIUS TR. IMP. S.

EXprimere, domine, verbis non poſſum, quanto me gaudio affecerint epiſtolæ tuæ, ex quibus cognovi te Harpocrati iatraliptæ meo 4 etiam Alexandrinam civitatem tribuiſſe, quamvis, ſecundum inſtitutionem principum, non temere eam dare propoſuiſſes. Eſſe autem 5 Harpocram 6 νομῦ Μεμφιτικῦ indico tibi. Rogo ergo, indulgentiſſime imperator, ut mihi ad Pompejum Plantam, præfectum Ægypti, amicum tuum, ſic ut promiſiſti, epiſtolam mittas. Obviam iturus, quo maturius, domine, 7 exoptatiſſimi adventus tui gaudio frui poſſim, rogo permittas mihi, quam longiſſime occurrere tibi.

VI. *XII.* C. PLINIUS TR. IMP. S.

PRoxima infirmitas mea, domine, obligavit me Poſthumio Marino medico : cui parem gratiam referre beneficio tuo poſſum, ſi precibus meis, ex conſuetudine bonitatis tuæ, indulſeris. Rogo ergo, ut propinquis ejus des civitatem, Chryſippo Mithridatis, uxorique Chryſippi, Stratonicæ Epigoni,

1 Gratiam parem *Ald. Steph.* 2 Matronam habet *Ald. Vulg.* 3 Hediæ *Ald. Vulg.* 4 Ei Alex. *Ald.* 5 Harpocraten *Ald.* Rectius. Detruncatum quippe eſt *Harpocras*, pro *Harpocrates*. quod ſibi in propriis nominibus ſæpe & permiſerunt veteres, & hodie pleræque gentes ſibi indulgent. Sic *Antipas*, ex *Antipater*; *Poſides* ex *Poſidonius*; *Demas* ex *Demetrius*; *Alexas* ex *Alexander*, & alia plura hujus generis dicebant. 6 Νόμῳ Μεμφύτῃ *Ald.* Editiones non nullæ νόμου Μεμφιλικόν. Ineptiſſime. Ex duabus igitur malis lectionibus rectiſſimè *Catanæus* unam bonam fecit, mutato accuſativo νόμον in genitivum non νόμῳ ſed νομῦ: & accuſativo Μεμφιτικὸν in genitivum non Μεμφύτῃ ſive Μεμφίτῃ, (ut perperam *Aldus*) ſed Μεμφιλικῦ. Atque ex ipſa quoque *Trajani* epiſtolâ [vide ep. XXIII.] νομῦ Μεμφιλικῦ ſcribendum eſſe patet, quum in ea dicat: *Tu ex quo nomo ſit notum mihi facere debebis*. Nemo ignorat *Ægyptum* dividi in præfecturas quæ νομοὶ dicuntur. *Strabo* quippe l. XVII. p. 787. ed. *Par.* MDCXX. Η δὲ χώρα πᾶσα μὲν πρώτῳ διαίρεσιν εἰς ΝΟΜΟΥΣ ἔχει, &c. Et *Plinius* l. V. Hiſt. nat. c. IX. *Dividitur Ægyptus in præfecturas oppidorum, quas* NOMOS *vocant*. 7 *Exoptatiſſimi* à *Gronovio* eſt : vulgò, *domine exoptatiſſime*.

item

item liberis ejuſdem Chryſippi, Epigono & Mithridati, ita ut ſint in patris poteſtate, utque iis in libertos ſervetur jus patronorum. Item rogo, indulgeas jus [1] Quiritium L. Satrio [2] Abaſcantio, & P. Cæſio Phoſphoro, & Panchariæ Soteridi. Quod à te, volentibus patronis, peto.

VII. *XIII.* C. PLINIUS TR. IMP. S.

SCio, domine, memoriæ tuæ, quæ eſt benefaciendi tenaciſſima, preces noſtras inhærere: quia tamen in hoc quoque [3] ſæpe" indulſiſti, admoneo ſimul & impenſe rogo, ut [4] Actium Suram prætura exornare digneris, cum locus vacet. Ad quam ſpem alioqui [5] quietiſſimum hortatur & natalium ſplendor, & ſumma integritas in paupertate, & ante omnia, felicitas temporum: quæ bonam conſcientiam civium tuorum ad uſum indulgentiæ tuæ provocat & attollit.

VIII. *XIV.* C. PLINIUS TR. IMP. S.

CUm ſciam, domine, ad teſtimonium laudemque [6] morum meorum pertinere, tam boni principis judicio exornari; rogo, dignitati, ad quam me provexit indulgentia tua, vel auguratum, vel ſeptemviratum, quia [7] vacant, adjicere digneris: ut jure ſacerdotii precari deos pro te publice poſſim, quos nunc precor pietate privata.

IX. *XV.* C. PLINIUS TR. IMP. S.

VIctoriæ tuæ, optime imperator, maximæ, pulcerrimæ, antiquiſſimæ, & tuo nomine & reip. gratulor, deoſque immortales precor, ut omnes cogitationes tuas tam lætus ſequatur eventus, ut virtutibus tantis gloria imperii & novetur & augeatur.

X. *XXVI.* C. PLINIUS TR. IMP. S.

SErvilius Pudens legatus, domine, VIII. calend. Decemb. Nicomediam venit: meque longæ exſpectationis ſolicitudine liberavit.

1 Quiritum *Vulg.* 2 Abaſcanto *Ald. Vulg.* *Roma* in ædibus vetuſtiſſimis (inquit) *ætas* ſub Quirinali adhuc exſtat hoc epitaphium: C. PLIN. ABASCANTII. C. PLIN. PHOSPHORVS. 3 Deeſt *Ald.* 4 Accium *Ald.* 5 Quietiſſimam *Vulg.* 6 Majorum *Vulg.* 7 Vacat *Ald. Vulg.*

XI. *XXVII.* C. PLINIUS TR. IMP. S.

ROsianum Geminum, domine, arctissimo vinculo mecum tua in me beneficia 1 junxerunt. habui enim illum quæstorem in consulatu, mei summe observantissimum expertus. tantam mihi post consulatum reverentiam præstat, 2 ut publicæ necessitudinis pignora privatis 3 cumulet officiis. Rogo ergo, ut 4 ipsi apud te, pro dignitate ejus, precibus meis faveas; 5 cui &, si quid mihi credas, indulgentiam tuam dabis; dabit ipse operam, ut [6 in] his quæ ei mandaveris, majora mereatur. Parciorem me in laudando facit, quod spero tibi & integritatem ejus, & probitatem, & industriam non solum ex ejus honoribus, quos in urbe sub oculis tuis gessit, verum etiam ex commilitio, esse notissimam. Illud unum, quod propter caritatem ejus nondum mihi videor satis plene fecisse, etiam atque etiam facio: teque, domine, rogo, gaudere me ex ornata quæstoris mei dignitate, 7 id est, per illum mea", quam maturissime velis.

XII. *LII.* C. PLINIUS TR. IMP. S.

DIfficile est, domine, exprimere verbis, quantam perceperim lætitiam, quod & mihi & socrui meæ 8 præstitisti, ut 9 ad finem consulatus Cœlium Clementem in hanc provinciam transferres. Ex illo enim mensuram beneficii tui penitus intelligo, cum tam plenam indulgentiam cum tota domo mea experiar: cui referre gratiam parem 10 nec audeo quidem, quamvis maxime debeam. Itaque ad vota confugio deosque precor, ut iis, quæ in me assidue confers, non indignus existimer.

1 Vereor cum *Gronovio*, ut hic complura sint inculcata, quæ *Plinius* pro suis non agnosceret. Equidem nihil desiderarem, sicubi scriptum tantum reperirem: *junxerunt. Illum quæstorem in consulatu mei sum observantissimum expertus.* 2 Et *Ald. Vulg.* 3 Cumulat *Ald.* 4 Ipse *Ald.* Non satis hæc videntur integra, ut notavit *Sheffer.* quomodo enim cohærent, ut *ipsi precibus meis*? An scripsit, *ut ipsi, ac apud te pro dignitate ejus precibus meis*? 5 Locus hic videtur admodum corruptus. Nam illud *&* non habet relativum, quod ei necessario debet respondere; deinde illa *dabis, dabit* non satis commode junguntur. *Scheffer.* suspicatur, scripsisse nostrum, *cui & si quid credes indulgentia tua, dabit ipse operam.* Illud *dabit* male repetitum, & post formatum in *dabis* peperit omnes turbas. 6 Inclusa præpositio suspecta est, etiam *Rittershusio.* 7 *Grut.* putat hæc esse à librarii manu. Pro *mea* aliter legitur *meum.* 8 Ita legend. cum *Ald.* & vett. edd. aliquot enim è recentissimis, *præstitit.* 9 Ad finem ejus *Ald. Vulg.* 10 *Gronovius* scribit, *ne audeo q.*

XIII.

XIII. *LXIV.* C. PLINIUS TR. IMP. S.

SCripsit mihi, domine, Lycormas, libertus tuus, ut, si qua legatio à Bosphoro veniſſet, urbem petitura, uſque in adventum ſuum retineretur. [1] Et legatio quidem, duntaxat in eam civitatem in qua ipſe ſum, nulla adhuc venit: ſed venit tabellarius Sauromata, quem ego, uſus opportunitate quam mihi caſus obtulerat, cum tabellario, qui Lycormam ex itinere præceſſit, mittendum putavi, ut poſſis ex Lycormæ & ex regis epiſtolis pariter cognoſcere, quæ fortaſſe pariter ſcire deberes.

XIV. *LXV.* C. PLINIUS TR. IMP. S.

REx [2] Sauromata ſcripſit mihi, eſſe quædam quæ deberes quam maturiſſime ſcire: qua ex cauſa feſtinationem tabellarii, quem ad te cum epiſtolis miſit, diplomate adjuvi.

XV. *LXVIII.* C. PLINIUS TR. IMP. S.

LEgato Sauromatæ regis, quum ſua ſponte Niceæ, ubi me invenerat, biduo ſubſtitiſſet, longiorem moram faciendam, domine, non putavi. primum quod incertum adhuc erat, quando libertus tuus Lycormas venturus eſſet: deinde quod ipſe proficiſcebar in diverſam provinciæ partem, ita officii neceſſitate exigente. Hæc in notitiam tuam perferenda exiſtimavi, quia proxime ſcripſeram, petiiſſe Lycormam, ut legationem, ſi qua veniſſet à Boſphoro, uſque in adventum ſuum retinerem. quod diutius faciendi nulla mihi probabilis ratio occurrit, præſertim cum epiſtolæ Lycormæ, quas detinere, ut ante prædixi, nolui, aliquot diebus hunc legatum antecedturæ viderentur.

XVI. *LXXV.* C. PLINIUS TR. IMP. S.

APulejus, domine, miles, qui eſt in ſtatione Nicomedenſi, ſcripſit mihi, quendam nomine Callidromum, quum detineretur à Maximo & Dionyſio piſtoribus, quibus operas ſuas locaverat, confugiſſe ad tuam ſtatuam, perductumque

1 Sed *Ald. Vulg.* 2 Ita ſcribend. vel *Sauromatæ*, non *Sauromata* ut habetur in *Hen. Steph.* & aliis editionibus.

ad

ad magiſtratus, indicaſſe, ſerviſſe aliquando 1 Laberio Maximo, captumque à Suſago in Mæſia, & à Decebalo, muneri miſſum Pacoro Parthiæ regi, pluribuſque annis in miniſterio ejus fuiſſe: deinde fugiſſe, atque ita in Nicomediam perveniſſe. quem ego perductum ad me, quum eadem narraſſet, mittendum ad te putavi. quod paulo tardius feci, dum requiro gemmam, quam ſibi habentem imaginem Pacori, & quibus 2 inſignibus" ornatus fuiſſet, ſubtractam indicabat. Volui enim hanc quoque, ſi inveniri potuiſſet, ſimul mittere, ſicut 3 glebulam miſi, quam ſe ex Parthico metallo attuliſſe dicebat. ſignata eſt anulo meo, cujus eſt apoſphragiſma quadriga.

XVII. *LXXXVI.* C. PLINIUS. IMP. S.

MAximum, libertum & procuratorem tuum, domine, per omne tempus quo fuimus una, probum, & induſtrium, & diligentem, ac, ſicut rei tuæ amantiſſimum, ita diſciplinæ tenaciſſimum expertus, libenter apud te teſtimonio proſequor, ea fide quam tibi debeo.

XVIII. *LXXXVII.* C. PLINIUS TR. IMP. S.

4 GAbium Baſſum, domine, præfectum oræ 5 Ponticæ, integrum, probum, induſtrium, atque inter iſta reverentiſſimum mei expertus, voto pariter & ſuffragio proſequor, ea fide quam tibi debeo: 6 quem abunde conſpexi inſtructum commilitio tuo: cujus diſciplinæ debet, quod indulgentia tua dignus eſt: apud me & milites & pagani, à quibus juſtitia ejus & humanitas penitus inſpecta eſt, certatim ei, qua privatim, qua publice, teſtimonium 7 retribuerunt. Quod in notitiam tuam perfero, ea fide quam tibi debeo.

XIX. *LXXXVIII.* C. PLINIUS TR. IMP. S.

NYmphidium Lupum, domine, primipilarem, commilitonem habui, quum ipſe tribunus eſſem, ille præfectus: inde familiariter diligere cœpi. Crevit poſtea caritas ipſa mu-

1 *Joſephus* vocat *Liberium Maximum. Lud. Carrio* [lib 1. c. 7. Emendat. & Obſervat.] ſcribit: *ſerviſſe ſe aliquando Valerio Maximo.* 2 Deeſt *Ald.* 3 Bullam *Vulg.* 4 *Gavium Baſſum* ſcribi vult *Carrio.* Vide lib. I. c. 7. emend. & obſerv. 5 Ponti *Ald. Vulg.* 6 Quam abunde ea, quæ ſperet inſtructum com. *Ald.* 7 Pertribuerunt *Ald. Vulg.*

tuæ

tuæ vetuſtate amicitiæ. Itaque & quieti ejus injeci manum, & exegi, ut me in Bithynia conſilio 1 inſtrueret. quod ille amiciſſime, & otii & ſenectutis ratione poſtpoſita, & jam fecit, & facturus eſt. Quibus ex cauſis neceſſitudines ejus inter meas numero, & filium in primis, Nymphidium Lupum, juvenem probum, induſtrium, & egregio patre digniſſimum, ſuffecturum indulgentiæ tuæ: ſicut primis ejus experimentis cognoſcere potes, cum præfectus cohortis pleniſſimum teſtimonium meruerit Julii Ferocis & Fuſci Salinatoris, clariſſimorum virorum. 2 Meum gaudium, domine, meam gratulationem filii honore continerent.

C. PLINII CÆC. SEC. ET TRAJANI IMPERAT.

Epiſtolæ Amœbææ.

XX. *III.* C. PLINIUS TRAJANO IMP. S.

UT primum me, domine, indulgentia 3 veſtra promovit ad præfecturam ærarii Saturni, omnibus advocationibus, quibus alioqui nunquam eram promiſcue functus, renunciavi, ut toto animo delegato mihi officio vacarem. Qua ex cauſa quum patronum me provinciales optaſſent contra Marium Priſcum, & petii veniam hujus muneris & impetravi: ſed cum poſtea 4 conſul deſignatus cenſuiſſes agendum nobiſcum, quorum erat excuſatio recepta, ut eſſemus in ſenatus poteſtate, pateremurque nomina noſtra in urnam conjici, convenientiſſimum eſſe tranquillitati ſeculi tui putavi, præſertim tam 5 moderatæ voluntati ampliſſimi ordinis non repugnare: cui obſequio meo opto ut exiſtimes conſtare rationem, cum omnia facta dictaque mea probare ſanctiſſimis moribus tuis cupiam.

1 Exſtrueret *Vulg.* 2 *Catanæi* editio: *meum gaudium, domine, mea gratulatio filii honore continuetur.* Et probat *Grut.* niſi magis placet: *m. g. d. m. g. filii honore continetur.* Nonnulli pro *filii honore* leg. *filii honores.* 3 Quidam legunt *tua.* 4 In *Vulg.* Edd. *Conſul deſignatus cenſuiſſes tacendum nob. Caſaub.* legit *C. d. cenſuiſſes faciendum nobiſcum. Gruterus* autem: *conſules deſignati fuiſſent agendum nobiſcum,* quem ſequitur *Buchnerus*; & *Cellarius* item, niſi quod malit in ſingulari numero: *conſul deſignatus cenſuiſſet.* Veteres ſcribebant *acendum,* unde natum illud *tacendum. Agendum* etiam legendum eſſe vidit *Briſſonius* de formulis pag. 221. 5 Quidam *moderate.*

[1] XXI. *IV.* TRAJANS PLINIO S.

ET civis & senatoris boni partibus functus es, obsequium amplissimi ordinis, quod justissime exigebat, præstando: quas partes impleturum te secundum susceptam fidem confido.

XXII. *VII.* C. PLINIUS TRAJANO IMP. S.

AGo gratias, domine, quod & jus Quiritium libertis necessariæ mihi fœminæ, & civitatem Romanam Harpocrati, iatraliptæ meo sine mora indulsisti. Sed quum annos ejus & censum, sicut præceperas, ederem, admonitus sum à peritioribus, debuisse me ante ei Alexandrinam civitatem impetrare, deinde Romanam, quoniam esset Ægyptius: ego autem, quia inter Ægyptios, cæterosque peregrinos, nihil interesse credebam, contentus fueram hoc solum scribere tibi, eum scilicet à peregrina manumissum, patronamque ejus jampridem decessisse: de qua ignorantia mea non queror, per quam stetit ut tibi pro eodem homine sæpius obligarer. Rogo itaque, ut beneficio tuo legitime frui possim, tribuas ei & Alexandrinam civitatem & Romanam. Annos ejus & censum (nequid rursus indulgentiam tuam moraretur) libertis tuis, quibus jusseras, misi.

XXIII. *VIII.* TRAJANUS PLINIO S.

CIvitatem Alexandrinam, secundum institutionem principum, non temere dare proposui: sed cum Harpocrati iatraliptæ tuo jam civitatem Romanam impetraveris, huic quoque petitioni tuæ negare non sustineo. Tu ex quo nomo sit, notum mihi facere debebis, ut epistolam tibi ad Pompejum Plantam, præfectum Ægypti, amicum meum, mittam.

1 Hanc epistolam *Aldus* conjunxit cum præcedenti, ut esset cum illâ una & eadem. quod sane argumento est eum ob oculos non habuisse exemplar *Plinii* temporibus scriptum, ut asserit, neque sensum intellexisse.

XXIV. *IX.* C. PLINIUS TRAJANO IMP. S.

QUum divus pater tuus, domine, & oratione pulcerrima & honeſtiſſimo exemplo omnes cives ad munificentiam eſſet cohortatus, petii ab eo ut ſtatuas principum, quas in longinquis agris per plures ſucceſſiones traditas mihi, quales acceperam, cuſtodiebam, permitteret in municipium transferre, adjecta ſua ſtatua, 1 quodque ille mihi cum pleniſſimo teſtimonio indulſerat, ego ſtatim decurionibus ſcripſeram, ut adſignarent ſolum, in quo templum pecunia 2 mea exſtruerem: illi in honorem operis ipſius electionem loci mihi obtulerant. Sed primum mea, deinde patris tui valetudine, poſtea curis delegati à vobis officii retentus, nunc videor commodiſſime poſſe in rem præſentem excurrere. Nam & menſtruum meum calend. Septembris finitur, & ſequens menſis complures dies feriatos habet. Rogo ergo, ante omnia permittas mihi, opus quod inchoaturus ſum, exornare & tua ſtatua: deinde, ut hoc facere quam matúriſſime poſſim, indulgeas commeatum. Non eſt autem ſimplicitatis meæ diſſimulare apud bonitatem tuam, obiter te plurimum collaturum utilitatibus rei familiaris meæ. Agrorum enim, quos in eadem regione poſſideo, 3 locatio cum alioqui cccc. excédat, adeo non poteſt differri, ut proximam putationem novus colonus facere debeat. Præterea continuæ ſterilitates cógunt me de remiſſionibus cogitare: quarum rationem, niſi præſens, inire non poſſum. Debeo ergo, domine, indulgentiæ tuæ & pietati meæ celeritatem & 4 ſtatuarum ordinationem, ſi mihi ob utraque hæc dederis commeatum xxx. dierum. Neque enim anguſtius tempus præfinire poſſum, cum & municipium & agri, de quibus loquor, ſint ultra centeſimum & quinquageſimum lapidem.

XXV. *X.* TR. PLINIO S.

ET 5 privatas" multas & omnes publicas cauſas 6 petendi commeatus reddidiſti: mihi autem vel ſola voluntas tua ſuffeciſſet. Neque enim dubito te, ut primum potueris, ad tam di-

1 Suboffendit *Gruterum* iſtud *quodque*. Malebat igitur novam periodum fieri, & *ſtatua. Quod cum ille &c.* legere. *Buchnerus* pro *cum* malit *ubi*, vel *ut*: nam & infra *ut* pro *poſtquam* uſus eſt. 2 Alia *Vulg.* mox pro *honorem* alii legunt *honore*. 3 Locationem alioqui *Ald. Vulg.* 4 Status *Vulg.* quod probat *Gronov.* qui *Plinium* ſcripſiſſe putat: *Debebo ergo, domine, indulgentiæ tuæ & pietatis meæ celeritatem & ſtatus ordinationem, ſi &c.* 5 Deeſt *Ald. Vulg.* 6 Petenti & petiti *Vulg.*

ſtrictum officium reverſurum. Statuam poni mihi à te eo quo deſideras loco, quanquam ejuſmodi honorum parciſſimus, tamen patior, ne impediſſe curſum erga me pietatis tuæ videar.

XXVI. *XVI.* C. PLINIUS TR. IMP. S.

QUia confido, domine, ad curam tuam pertinere, nuncio tibi, me Epheſum cum omnibus meis ὑπὲρ 1 Μαλίαν navigaſſe, quamvis contrariis ventis 2 retentus. nunc deſtino partim orariis navibus, partim vehiculis, provinciam petere. Nam ſicut itineri graves æſtus, ita continuæ navigationi eteſiæ reluctantur.

XXVII. *XVII.* TR. PLINIO S.

RE&te renunciaſti 3 mihi, Secunde cariſſime. pertinet enim ad animum meum, quali itinere in provinciam pervenias. Prudenter autem conſtituis interim navibus, interim vehiculis uti, prout loca ſuaſerint.

XXVIII. *XVIII.* C. PLINIUS TR. IMP S.

SIcut ſaluberrimam navigationem, domine, uſque Epheſum expertus, ita inde, poſtquam vehiculis iter facere cœpi, graviſſimis æſtibus, atque etiam febriculis vexatus, Pergami ſubſtiti. Rurſus, quum tranſiſſem in orarias naviculas, contrariis ventis retentus, aliquanto tardius quam ſperaveram, id eſt xv. calend. Octobres, Bithyniam intravi. Non poſſum tamen de mora queri, cum mihi contigerit quod erat auſpicatiſſimum, natalem tuum in provincia celebrare. Nunc reipub. Pruſenſium impendia, redditus, debitores excutio: quod ex ipſo 4 tractu magis ac magis neceſſarium intelligo. multæ

1 Vocatur etiam Μάλεια, ut *Stephanus* Byzant. oſtendit. Quare apud Poëtas penultima vel corripitur, vel producitur. Illius mentionem fecit *Hom.* Odyſſ. IX. v. 80. cui Μάλεια dicitur, necnon *Virgil.* Æn. l. V. Meminerunt item *Scylax* ed. *Oxon.* p. 17. *Agathemerus*, ed. *Lugd. Bat.* p. 193, 194, 195. *Strabo*, qui *Maliam* dixit, p. 617. quod probat *Caſaubonus*. Apud *Ptol.* Μαλία ſcriptum eſt, perperam. Sed plerique ſcriptores *Maleam* appellant, inter quos & *Thucydide*, p. 150. ed. *Oxon.* 2 *Retentum* ſcripſiſſe *Plinium*, & ſcribere debuiſſe, ne in ſolœciſmum incideret, exiſtimat *Stephanus*. Niſi forſan *ſim* aut *fuerim* ante *retentus* ſit omiſſum, vel (quod rationi conſentaneum minime videtur) quis jungeret *retentus* cum *nuncio*, hoc modo: *Quamvis contrariis ventis retentus, nuncio, &c.* 3 Mi *Catan. Ald.* Rectius. 4 *Tractatu* legit *Ritterſhuſius*.

enim

enim pecuniæ variis ex cauſis à privatis detinentur: præterea quædam 1 minime legitimis ſumptibus erogantur. Hæc tibi, domine, in ipſo ingreſſu meo ſcripſi. Quintodecimo calend. Octob. domine, provinciam intravi, quam in eo obſequio, in ea erga te fide, quam de genere humano mereris, inveni. Diſpice, domine, an neceſſarium putes, mittere huc menſorem. videntur enim non mediocres pecuniæ poſſe revocari à curatoribus operum, ſi menſuræ fideliter aguntur: ita certe proſpicio ex ratione Pruſenſium, quam cum Maximo tracto.

XXIX. *XIX.* TRAJANUS PLINIO S.

CUperem ſine querela corpuſculi tui & tuorum, prevenire in Bithyniam potuiſſes, ac ſimile tibi iter ab Epheſo 2 ei navigationi fuiſſet, quam expertus uſque illo eras. Quo autem die perveniſſes in Bithyniam, cognovi, Secunde cariſſime, literis tuis. provinciales (credo) proſpectum ſibi à me intelligent. Nam & tu dabis operam 3 ut manifeſtum ſit illis electum te eſſe, qui ad eoſdem mei loco mitteteris. Rationes autem in primis tibi rerum publicarum excutiendæ ſunt: nam & eſſe eas vexatas ſatis conſtat. Menſores vix etiam iis operibus, quæ aut Romæ, aut in proximo, fiunt, 4 ſufficienter habeo: ſed in omni provincia inveniuntur, quibus credi poſſit, & ideo non deerunt tibi, modo velis diligenter excutere.

XXX. *XX.* C. PLINIUS TR. IMP. S.

ROgo, domine, conſilio me regas hæſitantem, utrum per publicos civitatum ſervos (quod uſque adhuc factum) an per milites aſſervare cuſtodias debeam. Vereor enim ne & per ſervos publicos parum fideliter cuſtodiantur, & non exiguum militum numerum hæc cura diſtringat: interim publicis ſervis paucos milites addidi. Video tamen periculum eſſe, ne id ipſum 5 utriſque negligentiæ cauſa ſit: dum communem culpam hi in illos, illi in hos regerere poſſe confidunt.

XXXI. *XXI.* TRAJANUS PLINIO S.

NIhil opus 6 eſt, mi Secunde cariſſime, ad continendas cuſtodias, plures commilitones converti. perſeveremus in

1 Nimie in *Steph.* & aliis quibuſd. edd. 2 *Caſaubono* debetur: alii *ut navigationi*, vel *ut navigatione*, 3 Deeſt *Vulg.* 4 *Sufficientes* legit *Scheffer.* 5 Utrinque. *Vulg.* 6 Sit *Ald. Vulg.*

ea conſuetudine quæ iſti provinciæ eſt, ut per publicos ſervos cuſtodiantur. Etenim ut fideliter hoc faciant, in tua ſeveritate ac diligentia poſitum eſt. In primis enim, ſicut ſcribis, verendum eſt, ne, ſi permiſceantur ſervis publicis milites, mutua inter ſe fiducia negligentiores ſint: ſed & illud hæreat nobis, quam pauciſſimos milites à ſignis avocandos eſſe.

XXXII. *XXII.* C. PLINIUS TR. IMP. S.

1 GAbius Baſſus, præfectus oræ Ponticæ & 2 reverentiſſime & officioſiſſime, domine, venit ad me, & complurибus diebus fuit mecum. Quantum perſpicere potui, vir egregius, & indulgentia tua dignus: cui ego notum feci, præcepiſſe te, ut ex cohortibus, quibus me præeſſe voluiſti, contentus eſſet beneficiariis decem, equitibus duobus, centurione uno. Reſpondit, non ſufficere ſibi hunc numerum, idque ſe ſcripturum tibi. Hoc in cauſa fuit, quo minus ſtatim revocandos putarem, quos habet ſupra numerum.

XXXIII. *XXIII.* TRAJ. PLINIO S.

ET mihi ſcripſit Gabius Baſſus, non ſufficere ſibi eum militum numerum, qui ut daretur illi, mandatis meis complexus ſum. 3 Quod quæris, ſcripſiſſe me, ut notum haberes, his literis ſubjici juſſi. Multum intereſt, 4 res poſcat, an homines imperare 5 latius velint. Nobis autem utilitas demum ſpectanda eſt: & quantum fieri poteſt, curandum ne milites à ſignis abſint.

XXXIV. *XXIV.* C. PLINIUS TR. IMP. S.

PRuſenſes, domine, balineum habent 6 & ſordidum & vetus. id itaque, indulgentia tua, reſtituere deſiderant: 7 ego tamen æſtimans novum fieri 8 debere, videris mihi deſiderio eorum indulgere poſſe. Erit enim pecunia ex qua

1 *Gavius Baſſus* ſcribit *Carrio*. Vide ſupra ep. 18. 2 Adverbia ſunt, & cum *venit ad me* cohærent. Recentiores *reverentiſſime & officioſiſſime domine*. inepte. 3 Alii legunt, *Quid*, alii, *Quæ* cum interrogationis nota poſt *me*. Alii locum prorſus deſperatum clamitant. Fortaſſe, *Quod quæris me ſcripſiſſe*, idem eſt ac ſi dixerit, *Quod quæris ut ſcribam*. *Boxhornius* epiſtola ad *Joh. Wernerum Blaſpilium* [vide *Cuenii* analecta, p. 189.] divinavit, *Quid quærenti ſcripſerim*, quærenti, puta, præfecto de paucitate militum. 4 Repoſcat, an homines in ſe, ut la. vel. *Ald. Vulg.* 5 *Lautius* leg. *Latinius*. 6 Eſt ſord. *Ald.* 7 Incongrue dictum pro *mihi æſtimanti*. *Latinius* legit, *ego tamen æſtimavi*. 8 Deberi *Vulg.*

fiat:

fiat: primum ea, quam revocare à privatis & exigere jam cœpi: deinde, quam ipſi erogare in oleum ſoliti, parati ſunt in opus balinei conferre. Quod alioqui & dignitas civitatis, & ſæculi tui nitor poſtulat.

XXXV. *XXV.* TR. PLINIO S.

SI inſtructio novi balinei oneratura vires Pruſenſium non eſt, poſſumus deſiderio eorum indulgere: modo ne quid ideo aut [1] intribuant, aut minus illis in poſterum fiat, ad neceſſarias erogationes.

XXXVI. *XXVI.* C. PLINIUS TR. IMP. S.

MAximus, libertus & procuraror tuus, domine, præter decem beneficiarios, quos aſſignari à me Gemelino, optimo viro, juſſiſti, ſibi quoque confirmat neceſſarios eſſe milites. [2] Ex his interim, ſicut inveneram in miniſterio ejus, relinquendos exiſtimavi: præſertim cum ad frumentum comparandum iret in Paphlagoniam. Quinetiam tutelæ cauſa, quia [3] ita" deſiderabat, addidi duos equites. In futurum quid ſervari velis, rogo reſcribas.

XXXVII. *XXIX.* TR. PLINIO S.

NUnc quidem proficiſcentem ad comparationem frumentorum Maximum, libertum meum, recte militibus inſtruxiſti. Fungebatur enim & ipſe extraordinario munere: quum ad priſtinum actum reverſus fuerit, ſufficient illi duo à te dati milites, & totidem à [4] Virbio Gemellino, procuratore meo, quem adjuvat.

XXXVIII. *XXX.* C. PLINIUS TR. IMP. S.

SEmpronius Cælianus, egregius juvenis, repertos inter tirones duos ſervos miſit ad me: quorum ego ſupplicium diſtuli, ut te, conditorem diſciplinæ militaris firmatoremque, conſulerem de modo pœnæ. Ipſe enim dubito ob hæc

1 Intribuatur *Ald. Vulg.* Sed quid eſt, *minus illis fiat ad neceſſarias erogationes*, an, ut minus habeat, quod poſſint erogare. an *fiat illis*, eſt *fiat ab illis*? Locus *Scheffero* valde ſuſpectus eſt. 2 *Scheffero* ſcribit: *Ex his interim II, ſicut inveneram.* Nec aliter τὸ *relinquendos*, quod ſequitur, habet cui reſpondeat. 3 Deeſt *Ald.* 4 Virdio *Ald.* Viridio *Vulg.*

maxime,

maxime, quod, ut jam 1 dixerant, ſacramento militari nondum diſtributi in numeros erant. Quid ergo debeam ſequi, rogo, domine, ſcribas, præſertim cum pertineat ad exemplum.

XXXIX. *XXXI.* TR. PLINIO S.

SEcundum mandata mea fecit Sempronius Cælianus, mittendo ad te eos de quibus cognoſci 2 oportebat, an capitale ſupplicium meruiſſe videantur. Refert autem, voluntarii ſe obtulerint, an lecti ſint, vel etiam vicarii dati. Lecti 3 ſi" ſunt, 4 inquiſitor peccavit: ſi vicarii dati, penes eos culpa eſt, qui dederunt: ſi ipſi, cum haberent conditionis ſuæ conſcientiam, venerunt, animadvertendum in illos erit. Neque enim multum intereſt, quod nondum per numeros diſtributi ſunt. ille enim 5 dies, quo primum 6 probati ſunt, veritatem ab his originis ſuæ exigit.

XL. *XXXII.* C. PLINIUS TR. IMP. S.

SAlva magnitudine tua, domine, deſcendas oportet ad meas curas, cum jus mihi dederis referendi ad te de quibus dubito. In pleriſque civitatibus, maxime Nicomediæ & 7 Niceæ, quidam vel in opus damnati, vel in 8 ludum, ſimiliaque his genera pœnarum, publicorum ſervorum officio miniſterioque funguntur, atque etiam, ut publici ſervi, annua accipiunt. Quod ego quum audiſſem, diu multumque hæſitavi quid facere deberem. nam & reddere pœnæ poſt longum tempus pleroſque jam ſenes, &, quantum affirmatur, frugaliter modeſteque viventes, nimis ſeverum arbitrabar, & in publicis officiis retinere damnatos, non ſatis honeſtum putabam: eoſdem rurſus à repub. paſci otioſos, inutile, non paſci, etiam 9 periculoſum, exiſtimabam. Neceſſario ergo rem totam, dum te conſulerem, in ſuſpenſo 10 reliqui. Quæres fortaſſe, quemadmodum evenerit, ut pœnis, in quas

1 *Caſaubonus* legit, *dixerint*: & τὸ *ut* pro *etſi* interpretatur. Sed poteſt ſtare vulgata lectio, ſi *ut* pro *poſtquam* accipimus; quemadmodum ſæpe poſitum legitur. 2 Oportebit *Ald. Vulg.* 3 Deeſt *Ald.* Si ſint *Vulg.* 4 Inquiſitio *Ald.* 5 Dies pro quo *Vulg.* 6 Hoc *probati* eſt obſcurum. Quæ enim hæc *probatio*? & ſi probati, cur denuo ſubjiciuntur examini? *Sebeſſ.* ſuſpicatur, locum totum ita emendandum: *Ille enim dies, quo primum prolati ſunt, veritatem ab his originis ſuæ exegit.* Hoc eſt, debebant ſtatim ab illo die, quo primum fuerunt producti, ut referrentur inter milites, veritatem originis ſuæ profiteri. 7 Riceæ *Vulg.* 8 Ludum (ſimilia in his genera pœnarum) publ. *Ald.* 9 Periculoſum. Exiſtimabam nec. *Ald.* 10 Relinqui *Ald. Vulg.*

1 damnati

1 damnati erant, exſolverentur : & ego quæſivi, ſed nihil comperi, 2 quod affirmare tibi poſſum. Ut decreta, quibus damnati erant, proferebantur : ita nulla monimenta, quibus liberati probarentur. Erant tamen qui dicerent, deprecantes juſſu proconſulum legatorumve dimiſſos. Addebat fidem, quod credibile erat, neminem hoc auſum ſine auctore.

XLI. *XXXIII.* TRAJ. PLINIO S.

3 MEmineris idcirco te in iſtam provinciam miſſum, quoniam multa in ea emendanda apparuerint : erit autem vel hoc maxime corrigendum, quod qui damnati ad pœnam erant, non modo ea ſine auctore, ut ſcribis, liberati ſunt, ſed etiam in conditionem proborum miniſtrorum retrahantur. Qui igitur intra hos proximos decem annos damnati, nec ullo idoneo auctore liberati ſunt, hos oportebit pœnæ ſuæ reddi : ſi qui vetuſtiores invenientur, & ſenes ante annos decem damnati, diſtribuamus illos in ea miniſteria, quæ non longe à pœna ſint. Solent enim ejuſmodi, ad balineum, ad purgationes cloacarum, item munitiones viarum & vicorum dari.

XLII. *XXXIV.* C. PLINIUS TR. IMP. S.

QUum diverſam partem provinciæ circumirem, Nicomediæ vaſtiſſimum incendium multas privatorum domos, & duo publica opera, quanquam via interjacente, 4 Geruſiam & Iſſon abſumpſit. Eſt autem latius ſparſum : primum violentia venti, deinde inertia hominum, 5 quod ſatis conſtat otioſos & immobiles tanti mali ſpectatores perſtitiſſe : & alioqui nullus uſquam in publico 6 ſipo, nulla hama, nullum deniqûe inſtrumentum ad incendia compeſcenda : 7 & hæc quidem, ut jam præcepi, 8 parabantur. Tu, domine, diſpice an inſtituendum putes collegium fabrorum, duntaxat hominum CL : ego attendam ne quis, niſi faber, recipiatur, neve jure

1 Dati erant *Vulg.* 2 *Latinius* legend. putat, *tantum affirmare.* 3 Meminerimus *Ald. Vulg.* probante *Rittershuſio.* 4 Prius conſentientibus ad unum interpretibus, γεροντοκομεῖον fuiſſe videtur, ubi hominibus ſenio confectis, ſumptus ex publico factus eſt, tum è ſuo non ſuppeteret. Quid ſit *Iſſus* adhuc controverſum eſt. Aliis videtur fuiſſe domus *Nicomedia* publica ad aliam civitatem pertinens. *Iſſum* ſcilicet in *Ciliciâ.* Probabilior tamen conjectura eſt quæ legit *Iſeum*, Iſidis ſc. templum. Quidam *Hyſſon* legi volunt. 5 *Latinius* legit, *quos ſat.* 6 *Latinius* malit *ſipho.* Inſtrumentum ad aquam ex loco inferiore in altiorem educendam, id fortaſſe eſt, quod *Columella* lib. III. c. 10. *ſiphonem diabetem* à Mathematicis vocari ſcripſit. 7 Ut hæc *Vulg.* 8 *Cellarius* leg. *parabuntur.*

conceſſo

conceſſo in aliud utatur: nec erit difficile cuſtodire tam paucos.

XLIII. *XXXV.* TRAJ. PLINIO S.

TIbi quidem, ſecundum exempla complurium, in mentem venit, poſſe collegium fabrorum apud Nicomedenſes conſtitui: ſed meminerimus, provinciam iſtam, & præcipue [1] eas civitates, ab ejuſmodi factionibus eſſe vexatas. Quodcunque [2] nomen ex quacunque cauſa dederimus iis qui in idem contracti fuerint, [3] hetæriæ quamvis breves fient. Satius itaque eſt comparari ea quæ ad coërcendos ignes auxilio eſſe poſſint, admonerique dominos prædiorum, ut & ipſi inhibeant, ac, ſi res popoſcerit, accurſu populi ad hoc uti.

XLIV. *XXXVI.* C. PLINIUS TR. IMP. S.

SOlennia vota pro incolumitate tua, qua publica ſalus continetur, & ſuſcepimus, domine, pariter & ſolvimus, precati deos ut velint ea ſemper ſolvi, ſemperque ſignari.

XLV. *XXXVII.* TR. PLINIO S.

ET ſolviſſe vos cum provincialibus, diis immortalibus vota pro mea ſalute & incolumitate, & nuncupaſſe, libenter, mi Secunde cariſſime, cognovi ex literis tuis.

XLVI. *XXXVIII.* C. PLINIUS TR. IMP. S.

IN [4] aquæductum, domine, Nicomedenſes impenderunt HS. xxx. ccc. xxix. qui imperfectus adhuc [5] relictus, ac etiam deſtructus eſt: rurſus in alium ductum erogata ſunt cc. Hoc quoque relicto, novo impendio eſt opus, ut aquam habeant qui tantam pecuniam male perdiderunt. Ipſe perveni ad fontem puriſſimum, ex quo videtur aqua debere perduci, ſicut initio tentatum erat, arcuato opere, ne tantum ad plana civitatis & humilia perveniat. Manent adhuc pauciſſimi arcus: poſſunt & erigi quidam lapide quadrato, qui ex ſuperiore opere detractus eſt: aliqua pars, ut mihi videtur, teſtaceo

1 Civitates ejuſmodi f. *Vulg.* Eas Civit. ejuſm. f. *Ald.* 2 Nomen, quodcunque cauſa ded. *Vulg.* 3 Hæteriæ quæ br. *Ald. Vulg.* 4 Aquæductu *Ald.* 5 Diviſus *Vulg.*

opere

opere agenda erit. id enim & facilius & vilius. Et in primis neceſſarium eſt, mitti à te vel aquilegem vel architectum, ne rurſus eveniat quod accidit. Ego illud unum affirmo, & utilitatem operis & pulcritudinem ſæculo tuo eſſe digniſſimam.

XLVII. *XXXIX.* TR. PLINIO S.

CUrandum eſt, ut aqua in Nicomedenſem civitatem perducatur. vere credo te ea qua debebis diligentia hoc opus aggreſſurum. Sed, medius fidius, ad eandem diligentiam tuam pertinet, inquirere quorum vitio ad hoc [1] opus tantam pecuniam Nicomedenſes perdiderint, ne, [2] quum inter ſe [3] gratificantur, & inchoaverint aquæductus, & reliquerint. [4] Quid itaque compereris, perfer in notitiam meam.

XLVIII. *XL.* C. PLINIUS TR. IMP. S.

THeatrum, domine, Niceæ maxima jam parte conſtructum, imperfectum tamen, ſeſtertiûm, ut audio (neque enim ratio [5] plus excuſſa eſt) amplius centies hauſit: vereor ne fruſtra. ingentibus enim rimis deſcendit & hiat, ſive in cauſa ſolum humidum & molle, ſive lapis ipſe gracilis & putris: dignum eſt certe deliberatione ſitne faciendum, [6] aut ſit relinquendum, an etiam deſtruendum. nam fulturæ ac ſubſtructiones, quibus ſubinde ſuſcipitur, non tam firmæ mihi quam ſumptuoſæ videntur. Huic theatro ex privatorum pollicitationibus multa debentur, ut baſilicæ circa, ut porticus ſupra caveam: quæ nunc omnia differuntur ceſſante eo quod ante peragendum eſt. Iidem Nicenſes gymnaſium incendio amiſſum, ante adventum meum reſtituere cœperunt longe numeroſius laxiuſque quam fuerat. etiam aliquantum erogaverunt: periculum eſt ne parum utiliter. incompoſitum enim & ſparſum eſt. Præterea architectus, ſane æmulus ejus à quo opus inchoatum eſt, affirmat, parietes (quanquam viginti & duos pedes latos) impoſita onera ſuſtinere non poſſe, quia [7] ſint cæmento medii farti, nec teſtaceo opere præcincti.

1 Tempus *Ald. Vulg.* 2 *Caſaub.* ſcribit *dum.* 3 Gratificantur, & inchoaverint. Quid itaque compereris per aquæductus, & reliquerint, fer in notit. m. *Ald. Vulg.* 4 *Latinius* malit *quidquid.* 5 *Latinius* leg: *prius excuſſa.* Aliter legitur, *plus exuſa.* 6 Potius legendum, *an ſit. Aut ſit* enim eſt contra indolem Latinorum, qui in tripartita dubitatione primo loco *utrum*, vel *num*, vel *ne* incliticum; poſteriori utroque loco *an* ponunt. 7 Alii, *ſine cæmento medio parti.* Senſus, medietatem rudi cæmento & ſine calce conſtructam fuiſſe.

Claudiopolitani quoque in depreſſo loco, imminente etiam monte, ingens balineum defodiunt magis quam ædificant, & quidem ex ea pecunia, quam buleutæ [1] addunt beneficio tuo, aut jam obtulerunt ob introitum, aut nobis exigentibus [2] conferent. Ergo quum timeam, ne illic publica pecunia, hîc, quod eſt omni pecunia pretioſius, munus tuum male collocetur; cogor petere à te, non ſolum ob theatrum, verum etiam ob hæc balinea, mittas architectum, diſpecturum utrum ſit utilius poſt ſumptum qui factus eſt, quoquo modo conſummare opera ut inchoata ſunt: an quæ videntur emendanda, corrigere: quæ transferenda, transferre; ne, dum ſervare volumus quod impenſum eſt, male impendamus quod addendum eſt.

XLIX *XLI.* TRAJANUS PLINIO S.

QUid oporteat fieri circa theatrum, quod inchoatum apud Nicenſes eſt, in re præſenti optime deliberabis & conſtitues: mihi ſufficiet indicari, cui ſententiæ acceſſeris. tunc autem à privatis exigi opera tibi curæ ſit, quum theatrum (propter quod illa promiſſa ſunt) factum erit. Gymnaſiis indulgent Græculi: ideo forſitan Nicenſes majore animo conſtructionem ejus aggreſſi ſunt. ſed oportet illos eo contentos eſſe, quod poſſit illis ſufficere. Quid Claudiopolitanis circa balineum, quod parum (ut ſcribis) idoneo loco inchoaverunt, ſuadendum ſit, tu conſtitues. Architecti tibi deeſſe non poſſunt. nulla provincia eſt, quæ non peritos & ingenioſos homines habeat: modo ne exiſtimes, brevius eſſe ab urbe mitti, quum ex Græcia etiam ad nos venire ſoliti ſunt.

L. *XLII.* C. PLINIUS TR. IMP. S.

INtuenti mihi & fortunæ tuæ & animi magnitudinem, convenientiſſimum videtur, [3] demonſtrare opera non minus æternitate tua quam gloria digna, quantumque pulcritudinis, tantum utilitatis habitura. [4] Eſt' in Nicomedenſium finibus ampliſſimus lacus: per hunc marmora, fructus, ligna, materiæ, & ſumptu [5] modico & labore uſque ad viam navibus, inde magno labore, majore impendio, vehiculis ad mare devehuntur. Sed hoc opus multas manus poſcit: at hæ

1 *Caſaub.* leg. *additi*, ex hiſtoria & reipſa, vid. ep. 113. 2. Conferunt *Ald. Vulg.* 3 Demonſtari *Ald. Vulg.* 4 Deeſt *Ald.* 5 Immodico *Ald. Vulg.*

1 por-

1 porro non deſunt. nam & in agris magna copia eſt hominum, & maxima in civitate: certaque ſpes omnes libentiſſime aggreſſuros opus omnibus fructuoſum. ſupereſt, ut tu libratorem vel architectum, ſi tibi videbitur, mittas, qui diligenter exploret, ſitne lacus altior mari, quem artifices regionis hujus quadraginta cubitis altiorem eſſe contendunt. Ego per eadem loca invenio foſſam à rege percuſſam: ſed incertum, utrum ad colligendum humorem circumjacentium agrorum, an ad committendum flumini lacum; eſt enim imperfecta. hoc quoque dubium, intercepto rege mortalitate, an deſperato operis effectu. Sed hoc ipſo (feres enim me ambitioſum) pro tua gloria incitor & accendor, ut cupiam peragi à te, quæ tantum cœperant reges.

LI. *XLIII.* TRAJANUS PLINIO S.

POteſt nos ſolicitare lacus iſte ut committere illum mari velimus: ſed plane explorandum eſt diligenter, ne, ſi immiſſus in mare fuerit, totus effluat; 2 certe, quantum aquarum, & unde accipiat. Poteris à Calphurnio Macro petere libratorem. Et ego hinc aliquem tibi, peritum ejuſmodi operum, mittam.

LII. *XLIV.* C. PLINIUS TR. IMP. S.

REquirenti mihi Byzantiorum reipub. impendia, quæ maxima fecit, indicatum eſt, domine, legatum ad te ſalutandum annis omnibus cum pſephiſmate mitti, eique dari nummorum duodena millia. Memor ergo propoſiti tui, legatum quidem retinendum, pſephiſma autem mittendum putavi, ut ſimul & ſumptus levarerur, & impleretur publicum officium. Eidem civitati imputata ſunt terna millia, quæ viatici nomine annua dabantur legato eunti ad eum qui 3 Mæſiæ præeſt, publice ſalutandum. Hæc ego in poſterum circumcidenda exiſtimavi. Te, domine, rogo, ut quid ſentias reſcribendo, aut conſilium meum confirmare, aut errorem emendare digneris.

1 *Gronov.* leg. *pro re n. d.* 2 Sub. *explorandum:* placet enim hæc *Gronovii* diſtinctio. Vulgo: *effluat. Certe, quantum aquarum, & unde accipiat, peterù à Calphurnio Macro petere. Libratorem & ego &c.* 3 Aliter *Meſia.*

LIII. *XLV.* TR. PLINIO S.

OPtime feciſti, Secunde cariſſime, duodena iſta Byzantiis, quæ ad ſalutandum me in legatum impendebantur, remittendo. Fungetur his partibus, etſi ſolum eorum pſephiſma per te miſſum fuerit. Ignoſcet illis & Mœſiæ præſes, ſi minus illum ſumptuoſe coluerint.

LIV. *XLVI.* C. PLINIUS TR. IMP. S.

DIplomata, domine, quorum dies præterita, [1] an" omnino obſervari, & quam diu velis, rogo ſcribas, meque hæſitatione liberes. Vereor enim, ne in alterutram partem ignorantia lapſus, aut illicita confirmem, aut neceſſaria impediam.

LV. *XLVII.* TR. PLINIO S.

DIplomata, quorum præteritus eſt dies, in uſu eſſe non debent: ideo inter prima injungo mihi, ut per omnes provincias ante mittam nova diplomata, quam deſiderari poſſint.

LVI. *XLVIII.* C. PLINIUS TRAJ. IMP. S.

QUum vellem Apameæ, domine, cognoſcere publicos debitores, & redditum & impendia; reſponſum eſt mihi, cupere quidem univerſos, ut à me rationes coloniæ legerentur; nunquam tamen eſſe lectas ab ullo proconſulum: habuiſſe priviſegium & vetuſtiſſimum morem, arbitrio ſuo rempub. adminiſtrare. Exegi, ut quæ dicebant, quæque recitabant, libello complecterentur: quem tibi, qualem acceperam, miſi: quamvis intilligerem, pleraque ex illo ad id de quo quæritur non pertinere. Te rogo, ut mihi [2] præcipere digneris, quid me putes obſervare debere. Vereor enim, ne aut exceſſiſſe, aut non impleſſe officii mei partes videar.

1 Deeſt *Ald.* 2 Præire *Ald. Vulg.*

LVII. *XLIX.* TR. PLINIO S.

1 LIbellus Apamæorum, quem epiſtolæ tuæ junxeras, remiſit mihi 2 neceſſitatem perpendendi, qualia eſſent propter quæ videri volunt eos, qui pro conſulibus hanc provinciam obtinuerunt, abſtinuiſſe 3 inſpectione rationum ſuarum, cum ipſum te, ut eas inſpiceres, non recuſaverint. Remuneranda eſt igitur probitas eorum: ut jam nunc ſciant hoc quod inſpecturus es, ex mea voluntate, ſalvis quæ habent privilegiis, eſſe facturum.

LVIII. *L.* C. PLINIUS TR. IMP. S.

ANte adventum meum, domine, Nicomedenſes priori foro novum adjicere cœperunt, cujus in angulo eſt ædes vetuſtiſſima matris magnæ, aut reficienda, aut transferenda: ob hoc præcipue, quod eſt multo depreſſior opere eo, 4 quod nunc maxime ſurgit. 5 Ego, quum quærerem, num eſſet aliqua lex 6 dicta templo, cognovi alium hîc, alium apud nos eſſe morem dedicationis. Diſpice ergo, domine, an putes ædem, cui nulla lex dicta eſt, ſalva religione poſſe transferri: alioqui commodiſſimum eſt, ſi religio non impedit.

LIX. *LI.* TR. PLINIO S.

POtes, mi Secunde cariſſime, ſine ſolicitudine religionis, ſi loci poſitio videtur hoc deſiderare, ædem matris deûm transferre in 7 eam quæ eſt accommodatior: nec te moveat, quod lex dedicationis nulla reperitur, cum ſolum peregrinæ civitatis capax non ſit dedicationis, quæ ſit noſtro jure.

LX. *LIII.* C. PLINIUS TR. IMP. S.

DIem, domine, quo ſervaſti imperium, dum ſuſcipis, quanta mereris lætitia celebravimus, precati deos ut 8 te" generi humano, cujus tutela & ſecuritas ſaluti tuæ inniſa eſt, incolumem florentemque præſtarent. 9 Præiimus, & commi-

1 Libellum *Ald.*, *Vulg.* 2 Neceſſitatem. Serpendi q. *Ald. Vulg.* 3 Inſpectatione *Ald. Vulg.* 4 Quo cum max. *Ald.* Quot cum max. *Vulg.* 5 Ergo *Ald. Vulg.* 6 Dicata *Vulg.* 7 Poteſt & legi *eum qui.* 8 Deeſt *Ald.* 9 Præbuimus & commilitionibus jusjurandum more ſolenni, eadem provincialibus pietate certatim jurantibus *Vulg.*

litonibus

litonibus jusjurandum more ſolenni præſtantibus, & provincialibus, qui eadem certarunt pietate, jurantibus.

LXI. *LIV.* TR. PLINIO S.

QUanta religione ac lætitia commilitones cum provincialibus, te præeunte, diem imperii mei celebraverint, libenter, mi Secunde cariſſime, cognovi 1 ex" literis tuis.

LXII. *LV.* C. PLINIUS TR. IMP. S.

PEcuniæ publicæ, domine, providentia tua & miniſterio noſtro etiam exactæ ſunt & exiguntur: quæ vereor ne otioſæ jaceant. nam & prædiorum comparandorum aut nulla aut rariſſima occaſio eſt: nec inveniuntur qui velint debere, reipub. præſertim, 2 duodenis aſſibus, quanti à privatis mutuantur. Diſpice ergo, domine, num quid minuendam uſuram, ac per hoc idoneos debitores invitandos putes: &, ſi ne ſic 3 quidem" reperiuntur, diſtribuendam inter decuriones pecuniam, ita ut 4 recte reipub. caveant: quod, quanquam invitis & recuſantibus, minus acerbum erit, leviore uſura conſtituta.

LXIII. *LVI.* TR. PLINIO S.

ET ipſe non aliud remedium diſpicio, mi Secunde cariſſime, quam ut quantitas uſurarum minuatur, 5 quo facilius pecuniæ publicæ collocentur. Modum ejus ex copia eorum qui mutuabuntur tu conſtitues: invitos ad accipiendum compellere, quod fortaſſis ipſis 6 otioſum futurum ſit, non eſt juſtitia noſtrorum temporum.

LXIV. *LVII.* C. PLINIUS TR. IMP. S.

SUmmas, domine, gratias ago, quod inter maximas occupationes, iis, de quibus te conſului, me quoque regere dignatus es: quod nunc quoque facias, rogo. Adiit enim me quidam, indicavitque adverſarios ſuos à Servilio Calvo, clariſſimo viro, in triennium relegatos, in provincia morari:

1 Deeſt *Ald.* 2 In ſingulos annos pura, ſeu duodecim menſes, ita, ut centeſima menſis unius fuerit. *Salmaſius* lectionem ſolicitat, & *uſuris aſſibus* ſcribend. conjicit: quod & *Gronovius* repetit. Sed à libris curſtandum non eſt? Vide *Salmaſ.* & *Gron.* de uſuris. 3 Deeſt *Ald.* 4 Recta *Vulg.* 5 Qui fac. *Vulg.* 6 Oneroſum *Vulg.* *Nonnioſum* item legi patet ex margine exemplaris ed. *Steph.* in Bibl. *Bell.*

illi

illi contra, ab eodem ſe reſtitutos affirmaverunt, edictumque recitaverunt: qua cauſa neceſſarium credidi, rem integram ad te referre. Nam, ſicut mandatis tuis cautum eſt, ne reſtituam ab alio aut à me relegatos; ita de iis, quos [1] alius relegaverit & reſtituerit, nihil comprehenſum eſt. Ideo tu, domine, conſulendus fuiſti, [2] quid obſervare me velles, tam hercule de [3] iis quam de illis qui in perpetuum relegati, nec reſtituti, in provincia deprehenduntur. nam hæc quoque ſpecies incidit in cognitionem meam. Eſt enim adductus ad me in perpetuum relegatus à Julio Baſſo proconſule: ego, quia ſciebam acta Baſſi reſciſſa, datumque à ſenatu jus omnibus de quibus ille aliquid conſtituiſſet, ex integro agendi duntaxat per biennium, interrogavi hunc, quem relegaverat, an adiiſſet, docuiſſetque proconſulem: negavit. Per quod effectum eſt, ut te conſulerem, an reddendum eum pœnæ ſuæ, an gravius aliquid, & quid potiſſimum, conſtituendum putares & in hunc, & in eos, ſi qui forte in ſimili conditione invenirentur. Decretum Calvi & edictum, item decretum Baſſi, his literis ſubjeci.

LXV. *LVIII.* TR. PLINIO S.

QUid in perſonam eorum ſtatuendum ſit, qui à Publico Servilio Calvo proconſule in triennium relegati, & mox ejuſdem edicto reſtituti in provincia remanſerunt, proxime tibi reſcribam, quum cauſas hujus facti à Calvo requiſiero. Qui à Julio Baſſo in perpetuum relegatus eſt, cum per biennium agendi facultatem habuerit, ſi [4] exiſtimabat ſe [5] injuria relegatum, neque id fecerit, atque in provincia morari perſeveraverit, vinctus mitti ad præfectos prætorii mei debet. neque enim ſufficit, eum pœnæ ſuæ reſtitui, [6] quam contumacia eluſit.

LXVI. *LIX.* C. PLINIUS TRAJANO IMP. S.

QUum citarem judices, domine, conventum inchoaturus, Flavius Archippus vacationem petere cœpit, ut philoſophus. Fuerunt qui dicerent, non modo liberandum eum judicandi neceſſitate, ſed omnino tollendum de judicum numero, reddendumque pœnæ quam fractis vinculis evaſiſſet. Recitata eſt ſententia Velii Pauli proconſulis, qua [7] probatur Archippus

1 Alius & rel. *Ald. Vulg.* 2 Quod *Vulg.* 3 His q. *Ald. Vulg.* 4 Exiſtimat *Ald. Vulg.* 5 In inj. *Vulg.* 6 Quem *Ald. Steph.* 7 Probabatur *Ald. Vulg.*

chippus crimine falsi damnatus in metallum: ille nihil proferebat quo restitutum se doceret. Allegabat tamen pro restitutione & libellum à se Domitiano datum, & epistolas ejus ad honorem suum pertinentes, & decretum Prusensium. Addebat his & literas tuas scriptas sibi: addebat & patris tui edictum, & epistolam, quibus confirmasset beneficia à Domitiano data. Itaque, quamvis eidem talia crimina applicarentur, nihil decernendum putavi, donec te consulerem de eo quod mihi constitutione tua dignum videbatur. ea quæ sunt utrinque recitata, his literis subjeci.

EPISTOLA DOMITIANI AD TERENTIUM MAXIMUM.

1 *FLavius Archippus philosophus impetravit à me, ut agrum ei DC circa Prusiadam, patriam suam, emi juberem, cujus redditu suos alere posset. Quod ei præstari volo: summam expensam liberalitati meæ feres.*

EJUSDEM AD L. APPIUM MAXIMUM.

ARchippum philosophum, bonum virum, & 2 professioni suæ, etiam moribus respondentem, commendatum habeas velim, mi Maxime, & plenam ei humanitatem tuam præstes in iis quæ verecunde à te desideraverit.

EDICTUM DIVI NERVÆ.

QUÆDAM SINE DUBIO, QUIRITES, IPSA FELICITAS TEMPORUM EDICIT, NEC SPECTANDUS EST IN IIS BONUS PRINCEPS, 3 QUIBUS ILLUM INTELLIGI SATIS EST, CUM HOC SIBI QUISQUE CIVIUM MEORUM SPONDERE POSSIT, ME SECURITATEM OMNIUM, QUIETI MEÆ PRÆTULISSE, 4 UT ET LIBENTER NOVA BENEFICIA 5 CONFERREM, ET ANTE ME CONCESSA 6 SERVAREM. NE TAMEN ALIQUAM GAUDIIS PUBLICIS AFFERAT HÆSITATIONEM VEL EORUM QUI IMPETRAVERUNT

1 Quatuor sequentes epistolas *Catanæus* in sua editione etiam numeris notavit, non tamen *Hav. Steph.* Et rectius numeri omitti possunt, sicut & in *Cic.* epistolis ad *Atticum* fieri videmus, quæ non sunt à *Cic.* sed ab aliis scriptæ. Ea res turbat lectorem in inquirendis & citandis hisce epistolis ex *Catanæo* nisi deinceps quaternarium semper anticipet. 2 Ita *Rittershusius.* Vulgò: *professione sua etiam majoribus resp*; Qui pusillum intelligit. Satis est *Ald. Vulg.* 4 Vel lib. *Ald. Vulg.* 5 Conferre *Ald. Vulg.* 6 Servare; dum ne tam. *Ald. Vulg.*

DIFFIDEN-

DIFFIDENTIA, VEL EJUS MEMORIA QUI PRÆSTITIT, NECESSARIUM PARITER CREDIDI AC LÆTUM, OBVIAM DUBITANTIBUS INDULGENTIAM MEAM MITTERE. NOLO EXISTIMET QUISQUAM, 1 QUÆ ALIO PRINCIPE VEL PRIVATIM VEL PUBLICE CONSEQUUTUS, IDEO SALTEM A ME RESCINDI, UT POTIUS MIHI 2 DEBEAT SI ILLA RATA ET CERTA FECERO: NEC GRATULATIO ULLIUS INSTAURATIS EGET PRECIBUS. 3 ET QUI NON HABENT, ME, QUEM FORTUNA IMPERII VULTU MELIORE RESPEXIT, NOVIS BENEFICIIS VACARE PATIANTUR: 4 ET EA DEMUM SCIANT ROGANDA ESSE QUÆ NON HABENT.

EPISTOLA EJUSDEM AD TULLIUM JUSTUM.

CUm rerum omnium ordinatio, quæ prioribus temporibus inchoatæ conſummatæque ſunt, obſervanda ſit, tum epiſtolis etiam Domitiani ſtandum eſt.

LXVII. *LX.* C. PLINIUS TR. IMP. S.

FLavius Archippus per ſalutem tuam æternitatemque petit à me, ut libellum, quem mihi dedit, mitterem tibi. quod ego ſic roganti præſtandum putavi; ita tamen, ut miſſurum me, notum accuſatrici ejus facerem, à qua & ipſa acceptum libellum his epiſtolis junxi, quo facilius, velut audita utraque parte, diſpiceres quid ſtatuendum putares.

LXVIII. *LXI.* TR. PLINIO S.

POtuit quidem ignoraſſe Domitianus in quo ſtatu eſſet Archippus, quum tam multa ad honorem ejus pertinentia ſcriberet: ſed meæ naturæ accommodatius eſt credere, etiam ſtatui ejus ſubventum interventu principis: præſertim cum etiam ſtatuarum ei honor toties decretus ſit ab iis, qui ignorabant quid de illo Paulus proconſul pronunciaſſet. Quæ tamen, mi Secunde cariſſime, non eo pertinent, ut, ſi quid illi novi criminis 5 objiciatur, minus de eo audiendum putes. Libellos Furiæ 6 Primæ accuſatricis, item ipſius Archippi, quos alteri epiſtolæ tuæ junxeras, legi.

1 Quod *Ald. Vulg.* 2 Debeat. Si enim grata & certa, nec gratul. *Ald. Vulg.* 3 Nec qui *Ald. Vulg.* 4 Sed ea *Ald. Vulg.* 5 Objicitur *Ald. Vulg.* 6 Ita ſcribend. non *prima*, ut nonnulli.

LXIX. *LXII.* C. PLINIUS TR. IMP. S.

TU quidem, domine providentiſſime, vereris ne commiſſus flumini, atque ita mari, lacus effluat: ſed ego in re præſenti inveniſſe videor, quemadmodum huic periculo occurrerem. Poteſt enim lacus foſſa uſque ad flumen adduci, nec tamen in flumen emitti, ſed relicto quaſi margine contineri pariter & dirimi: ſic conſequemur ut nec [1] vicino videatur flumini miſtus, & ſit perinde ac ſi miſceatur. Erit enim facile per illam breviſſimam terram, quæ interjacebit, advecta foſſa, onera tranſponere in flumen. quod ita fiet, ſi neceſſitas coget, & (ſpero) non coget. Eſt enim & lacus ipſe ſatis altus, & nunc in contrariam partem flumen emittit; quod intercluſum inde, & quo volumus averſum, [2] ſine ullius detrimento, lacus tantum aquæ quantum nunc portat, effundet. Præterea per id ſpatium, per quod foſſa [3] facienda eſt, incidunt rivi: qui, ſi diligenter colligantur, augebunt illud quod lacus dederit. Enim vero ſi placeat foſſam longius ducere, & arctius preſſam mari æquare, nec in flumen, ſed in ipſum mare emittere, repercuſſus maris ſervabit & reprimet quicquid è lacu veniet. Quorum ſi nihil nobis loci natura præſtaret, expeditum tamen [4] erat, cataractis aquæ curſum temperare. Verum & hæc & alia multo ſagacius conquiret explorabitque librator, quem plane, domine, debes mittere, ut polliceris. Eſt enim res digna & magnitudine tua & cura. Ego interim Calphurnio Macro, clariſſimo viro, auctore te, ſcripſi ut libratorem quam maxime idoneum mitteret.

LXX. *LXIII.* TR. PLINIO S.

MAniſeſtum eſt, mi Secunde cariſſime, nec prudentiam nec diligentiam tibi defuiſſe circa iſtum lacum, cum tam multa proviſa [5] habeas, per quæ [6] nec periclitetur exhauriri, & magis in uſus nobis futurus ſit. [7] Elige igitur id quod præcipue res ipſa ſuaſerit. Calphurnium Macrum [8] credo facturum, ut te libratore inſtruat: neque [9] enim provinciæ iſtæ his artificibus carent.

1 Vacuo *Ald.* 2 *Gronov.* ſcribit: *ſine ullo detrimento, lacui tantum aquæ, quantum nunc portat, affundet.* 3 *Fienda* malint quidam; non ita bene. 4 *Erit* legend. conjicit *Latinius.* 5 Ita potius quam *habent*, ut in pleriſque edd. 6 Nunc *Vulg.* 7 Sic emendavit *Ritterſhuſius.* Vulgo, *elice.* 8 Poterat brevius: *Credo te inſtructurum libratore*; ſed maluit imitari veteres, qui hoc genus macrologiis delectari ſolebant. 9 Deeſt *Ald.*

LXXI.

LXXI. *LXVI.* C. PLINIUS TR. IMP. S.

MAgna, domine, & ad totam provinciam pertinens quæſtio eſt de conditione & alimentis eorum quos vocant [1] ψιατὰς. in qua ego, auditis conſtitutionibus principum, quia nihil inveniebam aut proprium, aut univerſale, quod ad [2] Bithynos ferretur, conſulendum te exiſtimavi, quid obſervari velles. neque enim putavi, poſſe me in eo, quod auctoritatem tuam poſceret, exemplis eſſe contentum. Recitabatur autem apud me edictum, quod dicebatur divi Auguſti, ad Anniam pertinens: recitatæ & epiſtolæ divi Veſpaſiani ad Lacedæmonios, & divi Titi ad eoſdem, dein ad Achæos: & Domitiani ad Avidium Nigrinum & Armenium Brocchum, proconſules, item ad Lacedæmonios: quæ ideo tibi non miſi, quia & parum [3] emendata, & quædam non certæ fidei videbantur, & quia vera & emendata in ſcriniis tuis eſſe credebam.

LXXII. *LXVII.* TR. PLINIO S.

QUæſtio iſta, quæ pertinet ad eos qui liberi nati, expoſiti, deinde ſublati à quibuſdam & in ſervitute educati ſunt, ſæpe tractata eſt: nec quicquam invenitur in commentariis eorum principum qui ante me fuerunt, quod ad omnes provincias ſit conſtitutum. Epiſtolæ ſane ſunt Domitiani ad Avidium Nigrinum & Armenium Brocchum, quæ fortaſſe [4] debeant obſervari: ſed inter eas provincias de quibus reſcripſit, non eſt Bithynia: & ideo nec aſſertionem denegandam iis, qui ex ejuſmodi cauſa in libertatem vindicabuntur, puto: neque ipſam libertatem redimendam pretio alimentorum.

LXXVIII. *LXIX.* C. PLINIUS TR. IMP. S.

PEtentibus quibuſdam, ut ſibi reliquias ſuorum, aut propter injuriam vetuſtatis, aut propter fluminis incurſum, aliaque his ſimilia quæcunque, ſecundum exemplum proconſulum, transferre permitterem, quia ſciebam in urbe noſtra ex ejuſmodi cauſis collegium pontificum adiri ſolere, te, domi-

1 Quidam legunt ἐκδότους. 2 Bithynos feretur *Ald.* Bithynios feretur *Vulg.* 3 Emendatæ *Ald. Vulg.* 4 Debebant *Ald. Vulg.*

ne, maximum pontificem, consulendum putavi quid observare me velis.

LXXIV. *LXX.* TRAJ. PLINIO S.

DUrum est injungere necessitatem provincialibus pontificum adeundorum, si reliquias suorum propter aliquas justas causas transferre ex loco in alium locum velint. Sequenda ergo potius tibi exempla sunt eorum, qui isti provinciæ præfuerunt, 1 &" ex causa cuique ita aut permittendum, aut negandum.

LXXV. *LXXI.* C. PLINIUS TRAJ. IMP. S.

QUærenti mihi, domine, Prusæ ubi posset balineum, quod indulsisti, fieri, placuit locus in quo fuit aliquando domus (ut audio) pulcra, nunc deformis ruinis. Per hoc enim consequemur, ut fœdissima facies civitatis ornetur, atque etiam, ut ipsa civitas amplietur, nec ulla ædificia tollantur: sed quæ sunt vetustate sublapsa, reparentur in melius. Est autem hujus domus conditio talis. Legaverat eam Claudius Polyænus Claudio Cæsari, 2 jusseratque in peristylio templum ei fieri, reliqua ex domo locari, ex quo redditum aliquamdiu civitas percepit: deinde paulatim, partim spoliata, partim neglecta, cum peristylio domus tota collapsa est: ac jam pene nihil ex ea nisi solum supereſt: quod tu, domine, sive donaveris civitati, sive venire jusseris propter opportunitatem loci, pro summo munere accipiet. Ego, si permiseris, cogito in area vacua balineum collocare: eum autem locum, in quo ædificia fuerunt, exhedra 3 &" 4 porticibus amplecti, atque tibi consecrare, cujus beneficio elegans opus dignumque nomine tuo fiet. Exemplar testamenti, quanquam mendosum, misi tibi, ex quo cognosces, multa Polyænum in ejusdem domus ornatum reliquisse, quæ, ut domus ipsa, perierunt: à me tamen, in quantum potuerit, requirentur.

LXXVI. *LXXII.* TR. PLINIO S.

POssumus apud Prusenses area ista cum 5 domo collapsa, quam vacare scribis, ad exstructionem balinei uti. Illud

1 Deest *Ald.* 2 Jussitque *Ald.* | *Ald. Vulg.* 5 Domu *Ald. Vulg.* *Vulg.* 3 Deest *Ald.* 4 Ex pört. |

tamen

tamen parum expreſſiſti, an ædes in periſtylio Claudio facta eſſet. Nam ſi facta ædes eſſet, licet collapſa ſit, religio ejus occupavit ſolum.

LXXVII. *LXXIII.* C. PLINIUS TR. IMP. S.

POſtulantibus quibuſdam, ut de agnoſcendis liberis reſtituendiſque natalibus, & ſecundum epiſtolam Domitiani ſcriptam Minutio Rufo, & ſecundum exempla proconſulum, ipſe cognoſcerem: reſpexi ad ſenatuſconſultum pertinens ad eadem genera cauſarum, quod de his tantum provinciis loquitur, quibus proconſules præſunt: ideoque rem integram diſtuli, dum [1] tu'', domine, præceperis quid obſervare me velis.

LXXVIII. *LXXIV.* TR. PLINIO S.

SI mihi ſenatuſconſultum miſeris, quod hæſitationem tibi fecit, æſtimabo, an debeas cognoſcere de agnoſcendis liberis, & natalibus ſuis reſtituendis.

LXXIX. *LXXVI.* C. PLINIUS TR. IMP. S.

JUlius, domine, Largus, ex Ponto, nondum mihi viſus, ac ne auditus quidem, [2] ſed judicio tuo credens, diſpenſationem quandam mihi erga te pietatis ſuæ miniſterium que mandavit. Rogavit enim teſtamento, ut hæreditatem ſuam adirem cerneremque: ac deinde, [3] perceptis quinquaginta millibus nummûm, reliquum omne [4] Heracleotarum & Theanorum civitatibus redderem: ita ut eſſet arbitrii mei, utrum opera facienda, quæ honori tuo conſecrarentur, putarem, an inſtituendos quinquennales agonas, qui Trajani appellentur.

1 Deeſt *Ald. Vulg.* 2 Scilicet judicio tuo credit *Ald. Vulg.* 3 Aliter *præceptis*, ut conſtat ex marg. ed. *Steph.* in Bibl. *Bodl.* 4 *Heraclea* ad Pontum *Euxinum* in *Bithynia* urbs nobilis, *Ptolomæo* lib. V. c. 1. Πόντου Ἡράκλεια, quam *Bithynia* adſcribit. *Tium Ptolemæo* itidem ad *Bithyniam* eſt, quam *Tium* is neutro genere appellat, quod argumento eſt in utriuſque confinio fuiſſe. *Scylax* Τίειον appellat; quod *Voſſius* Τήϊον emendandum putat, nec audit *Salmaſium*, qui [in *Exerc. Plin.* ſub finem c. XLIII.] apud *Strabonem* Τίειον reponit, pro Τήϊον, idque auctoritate *Stephani*, apud quem: ΣΤΡΑΒΩΝ ἐν δωδεκάτῃ ὑστέρως, ἢ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ, τὸ Τίειον φησί. At *Voſſius* credit potius ipſum *Stephanum* eſſe emendandum; ſcribendumque Τήϊον apud eum, non Τίειον. Sed *Tho. de Pinedo* [in notis ad Steph.] à *Stephano* veram lectionem petendam eſſe cenſet. Nummi apud Harduinum TIANΩN. & KEPACOYN. TIANEΩN.

Quod

Quod in notitiam tuam perferendum exiſtimavi, ob hoc maxime, ut diſpiceres quid eligere debeam.

LXXX. *LXXVII.* TR. PLINIO S.

JUlius Largus fidem tuam, quaſi te bene noſſet, elegit. Quid ergo potiſſimum ad perpetuitatem memoriæ ejus faciat, ſecundum cujuſque loci conditionem ipſe diſpice, & quod optimum exiſtimaveris, [1] ſequere.

LXXXI. *LXXVIII.* C. PLINIUS TR. IMP. S.

PRovidentiſſime, domine, feciſti, quod præcepiſti Calphurnio Macro, clariſſimo viro, ut legionarium centurionem Byzantium [2] mitteret. Diſpice an etiam Juliopolitanis ſimili ratione conſulendum putes: quorum civitas, cum ſit perexigua, onera maxima ſuſtinet, tantoque graviores injurias, quanto eſt infirmior, patitur. Quicquid autem Juliopolitanis præſtiteris, id etiam toti provinciæ proderit. Sunt enim in capite Bithyniæ, plurimiſque per eam commeantibus tranſitum præbent.

LXXXII. *LXXIX.* C. PLINIUS TR. IMP. S.

EA conditio eſt civitatis Byzantiorum, confluente undique in eam commeantium turba, ut, ſecundum conſuetudinem præcedentium temporum, honoribus ejus præſidio centurionis legionarii conſulendum habuerimus. [3] Si Juliopolitanis ſuccurrendum eodem modo putaverimus, onerabimus nos exemplo. plures enim tanto magis eadem requirent, quanto infirmiores erunt. Tibi eam fiduciam diligentiæ habeo, ut credam te omni ratione id acturum, ne ſint obnoxii injuriis. Si qui autem ſe contra diſciplinam meam geſſerint, ſtatim coerceantur: aut ſi plus admiſerint quam ut in re præſenti ſit ſatis, puniantur: ſi milites erunt, legatis eorum [4] quæ deprehenderis, notum facies: aut, ſi in urbem verſus venturi erunt, mihi [5] ſcribes.

1 Inſequere *Ald. Steph.* 2 Mitteret. ut diſpicias an *Ald. Vulg.* 3 Deeſt *Ald* 4 Aut *quod* vel *quos* legendum, aut *nota*, *Ritterſhuſio* videtur. 5 Nonnulli legunt, *ſcribunt*: perperam.

LXXXIII. *LXXX.* C. PLINIUS TR. IMP S.

CAutum eſt, domine, Pompeja lege, quæ Bithynis data eſt, ne quis capiat magiſtratum, neve ſit in ſenatu minor annorum xxx: eadem lege comprehenſum eſt, ut qui ceperint magiſtratum, ſint in ſenatu. ſequutum eſt dein edictum divi Auguſti, quo permiſit [1] minores, magiſtratus ab annis duobus & viginti capere. Quæritur ergo an qui minor xxx. annorum geſſit magiſtratus, poſſit à cenſoribus in ſenatum legi, &, ſi poteſt, an ex iis quoque qui non geſſerint, poſſit quis per eandem interpretationem ab ea ætate ſenator legi, à qua illis magiſtratum gerere permiſſum eſt. quod alioqui factitatum adhuc, & eſſe neceſſarium dicitur: quia ſit aliquanto melius, honeſtorum hominum liberos, quam è plebe in curiam admitti. Ego à deſtinatis cenſoribus quid ſentirem interrogatus, eos quidem qui minores xxx. annis geſſiſſent magiſtratum, putabam poſſe in ſenatum & ſecundum edictum Auguſti, & ſecundum legem Pompejam, legi: quoniam Auguſtus gerere magiſtratus minoribus annis xxx. permiſiſſet, lex [2] ſenatorem eſſe voluiſſet, qui geſſiſſet magiſtratum. De [3] his autem qui non geſſiſſent, quamvis eſſent ætatis ejuſdem, cujus illi, quibus gerere permiſſum eſt, hæſitabam. Per quod effectum eſt ut te, domine, conſulerem quid obſervari velles. Capita legis, tum edictum Auguſti, literis ſubjeci.

LXXXIV. *LXXXI.* TR. PLINIO S.

INterpretationi tuæ, mi Secunde cariſſime, idem exiſtimo; hactenus edicto divi Auguſti novatam eſſe legem Pompejam, ut magiſtratum quidem capere [4] poſſint ii, qui non minores duorum & viginti annorum eſſent; & qui accepiſſent, in ſenatum cujuſque civitatis pervenirent. Cæterum, non capto magiſtratu, eos qui minores xxx annorum ſint, quia magiſtratum capere poſſint, in curiam etiam loci cujuſque non exiſtimo legi poſſe.

1 Scilicet annis triginta: *minores* cum *magiſtratus* non debet conjungi. Lex enim indiſtincte loquitur de magiſtratibus. 2 Senatorum *Vulg.* 3 Iis *Ald.* 4 Poſſent *Ald.*

LXXXV. *LXXXII.* C. PLINIUS TR. IMP. S.

QUum [1] Pruſæ ad Olympum, domine, publicis negotiis intra hoſpitium, eodem die exiturus, vacarem, Aſclepiades magiſtratus indicavit appellatum me à Claudio Eumolpo, quum Coccejanus Dion in bule aſſignari civitati opus, cujus curam egerat, vellet: tum Eumolpus [2] aſſiſtens Flavio Archippo dixit, exigendam eſſe à Dione rationem operis, antequam reipub. traderetur, quod aliter feciſſet ac debuiſſet. Adjecit etiam, eſſe in eodem opere poſitam tuam ſtatuam, & corpora ſepultorum, uxoris Dionis, & [3] filiorum: poſtulavitque ut cognoſcerem pro tribunali. Quod quum ego me protinus facturum dilaturumque profectionem dixiſſem, ut longiorem diem ad inſtruendam cauſam darem, utque in [4] alia civitate cognoſcerem, petiit. Ego me [5] auditurum Niceæ, reſpondi: ubi quum ſediſſem cogniturus, idem Eumolpus, tanquam adhuc parum inſtructus, dilationem petere cœpit: contra Dion, ut audiretur, exigere. Dicta ſunt utrinque multa, etiam de cauſa: ego quum dandam dilationem & conſulendum exiſtimarem in re ad exemplum pertinenti, dixi utrique parti, ut poſtulationum ſuarum libellos darent. Volebam enim te ipſorum potiſſimum verbis ea quæ erant propoſita recognoſcere. Et Dion quidem ſe daturum dixit: & Eumolpus reſpondit, complexurum ſe libello quæ reipublicæ pete-

1 *Plinius* Avunculus l. V. §. 43. *Intus in Bithynia, Pruſa ab Annibale ſub Olympo condita* Tzetzes autem [Chiliad. 2. hiſt. 113. v. 963.] à *Pruſia* ipſo rege *Nicomedis* F. conditam ſcribit:

Οὗτος ὁ τῇ μονῳδονῷ τύτῳ πατὴρ
Πρυσίᾳ
Τῇ κλήτορϑ τῆς πόλεως Πρύσης τῆς
παρ' Ολύμπῳ
Ο' Νικομήδης, &c.

Idem *Plinius*, paucis interjectis: *& Pruſa item altera ſub Hypio monte.* In numo *Diadumeni* Imp. [vide *Harduini* num. antiq. illuſtrat.] ΠΡΟΥ-CIEΩN ΠΡΟC ΥΠΙΩ. *Ptolemæus* amnem vocat l. V. c. 1. Πρῦσα πρὸς τῷ Ὑπίῳ ποτ. niſi forte ex eo monte amnis cognominis fluat. Et ſane in Actis Latinis Conc. *Nicani*, p. 54. *Subſcribit Heſychius Pruſenſis, juxta Hypium fluvium.* Hæc *Straboni* l. XII. p. 563. Πρυσιὰς dicitur, quo nomine & prior (quæ ad *Olympum* eſt) appellatur ep. 66. iſtius libri, in priore reſcripto *Domitiani*. Sed *Steph. Byz.* utriuſque urbis diſtinctionem dedit, quam reliqui ſcriptores non norunt. Quæ enim ad *Olympum* montem ſita eſt, ab eo dicitur, *Pruſa* & ejus gentile *Pruſaus*, quæ autem ad *Hypium* montem (ſive amnem) *Pruſias*, & ejus gentile *Pruſieus*. Condecoravit *Pruſam*, præter *Aſclepiadem* magiſtratum, cujus meminit hæc ep., *Aſclepiades* ille celeberrimus medicus, teſtibus *Strabone* l. XII. *Plinio* l. VII. c. 37. vet. Inſcript. apud *Reineſium* p. 608. ASCLEPIADES PRVSA. AD. OLYMPVM. MEDICVS. &c. *Dionem* etiam *Chryſoſtomum Pruſaum* fuiſſe, præter *Plinium* noſtrum, *Photius* aliique ſcriptores teſtantur. 2 Aſſiſtente Fl. *Ald. Vulg.* 3 Filii *Ald. Vulg.* 4 Aliam civitatem *Ald. Vulg.* 5 Aditurum *Vulg.*

ret.

ret. Cæterum, quod ad ſepultos pertinet, non accuſatorem ſe, ſed advocatum Flavii Archippi, cujus mandata pertuliſſet. Archippus, cui Eumolpus, ſicut [1] Pruſæ, aſſiſtebat, dixit ſe libellum daturum: ita nec Eumolpus, nec Archippus, quam plurimis diebus exſpectati, adhuc mihi libellos dederunt: Dion dedit, quem huic epiſtolæ junxi. Ipſe in re præſenti fui, & vidi tuam quoque ſtatuam in bibliotheca poſitam. Id autem, in quo dicuntur ſepulti [2] filii ejus, & uxor Dionis, in area collocatum, quæ porticibus includitur. Te, domine, rogo, ut me in hoc præcipue genere cognitionis regere digneris, cum alioqui magna ſit exſpectatio, ut neceſſe ſit in ea re, [3] quæ in confeſſum venit, & exemplis defenditur, deliberare.

LXXXVI. *LXXXIII.* TR. PLINIO S.

POtuiſti non hærere, mi Secunde cariſſime, circa id, de quo me conſulendum exiſtimaſti, cum propoſitum meum optime noſſes, non ex metu nec terrore hominum, aut criminibus majeſtatis, reverentiam nomini meo acquiri. Omiſſa ergo ea quæſtione, quam non admitterem, etiamſi exemplis adjuvaretur, ratio totius operis effecti ſub cura tua [4] Coccejano Dione excutiatur, cum & utilitas civitatis exigat, nec aut recuſet Dion, aut debeat recuſare.

LXXXVII. *LXXXIV.* C. PLINIUS TR. IMP. S.

ROgatus, domine, à Nicenſibus publice per ea quæ mihi ſunt & debent eſſe ſanctiſſima, id eſt, per æternitatem tuam ſalutemque, [5] ut preces ſuas ad te perferrem, fas non putavi negare: acceptumque ab his libellum, huic epiſtolæ junxi.

LXXXVIII. *LXXXV.* TR. PLINIO S.

NIcenſibus, qui inteſtatorum [6] ſuorum conceſſam vindicationem bonorum à divo Auguſto affirmant, debebis vacare, contractis omnibus perſonis ad idem negotium perti-

1 Pruſiadæ *Ald. Vulg.* 2 *Thom.* emendavit *filius & uxor Dionis*, putatque *ejus* ingrate redundare: ut probabile ſit ex *filius*, errore factum *filii ejus*. 3 Quæ & in *Ald.* quo modo plures libri. *Ritterſh.* ſuſpicabatur aliquando, *quæ in conſeſſum*. 4 Coccejani Dionis *Ald. Vulg.* Quidam leg. *Coccejano Dioni*. 5 Deeſt *Ald. Vulg.* 6 Civium ſuor. *Ald.*

nentibus, adhibitis Virdio Gemellino, & 1 Epimacho, liberto meo, procuratoribus, ut, æſtimatis etiam iis quæ contradicuntur, quod optimum credideritis, ſtatuatis.

LXXXIX. C. PLINIUS TR. IMP. S.

OPto, domine, & hunc natalem, & plurimos alios, quam feliciſſimos agas: æternaque laude florentem virtutis tuæ gloriam 2 & incolumis & fortis aliis ſuper alia operibus 3 augeas.

XC. TRAJANUS PLINIO S.

AGnoſco vota tua, mi Secunde cariſſime, quibus precaris ut plurimos & feliciſſimos natales, florente ſtatu reipub. noſtræ, agam.

XCI. C. PLINIUS TR. IMP. S.

SInopenſes, domine, aqua deficiuntur; quæ videtur & bona & copioſa ab ſextodecimo milliario poſſe perduci. Eſt tamen ſtatim 4 ab capite paulo amplius mille paſſibus locus ſuſpectus & mollis, quem ego interim explorari modico impendio juſſi, an recipere & ſuſtinere opus poſſit. Pecunia, curantibus nobis, contracta, non deerit, ſi tu, domine, hoc genus operis & ſalubritati & amœnitati valde ſitientis coloniæ indulſeris.

XCII. TRAJANUS PLINIO S.

UT cœpiſti, Secunde cariſſime, explora diligenter, an locus ille, quem ſuſpectum habes, ſuſtinere opus aquæ-ductus poſſit. Neque enim dubitandum puto, quin aqua perducenda ſit in coloniam Sinopenſem, ſi modo & viribus ſuis ipſa id aſſequi poteſt, cum plurimum ea res & ſalubritati & voluptati ejus collatura ſit.

1 Epimocho *Ald.* 2 Quam incolumis *Ald. Vulg.* 3 Augebis *Ald.* 4 A capite *Ald. Ab* autem ante (*c*) ab antiquis etiam uſurpatur. *Liv.* l. XXIII. c. 1. *ab cedentibus.* l. XXVI. c. 13. fin. *ab cruciatu Ab ſextodecimo* item apud (*Ciceronem, Varronem, Cæſarem* & cumprimis *Livium.*

XCIII. C. PLINIUS TR. IMP. S.

AMiſenorum civitas & 1 libera & fœderata beneficio indulgentiæ tuæ legibus ſuis utitur: in hac datum mihi publice libellum, ad 2 eranos pertinentem, his literis ſubjeci, ut tu, domine, diſpiceres quid & quatenus aut permittendum aut prohibendum putares.

XCIV. TRAJ. PLINIO S.

AMiſenos, quorum libellum epiſtolæ tuæ junxeras, ſi legibus iſtorum, quibus de officio fœderis utuntur, conceſſum eſt 3 Eranos habere, poſſumus quo minus habeant non impedire, eo facilius, ſi tali collatione, non ad turbas & illicitos cœtus, ſed ad ſuſtinendam tenuiorum inopiam utuntur. In cæteris civitatibus, quæ noſtro jure obſtrictæ ſunt, res hujuſmodi prohibenda eſt.

XCV. C. PLINIUS TR. IMP. S.

SUetonium Tranquillum, probiſſimum, honeſtiſſimum, eruditiſſimum virum, & mores ejus ſequutus 4 & ſtudia, jampridem, domine, in contubernium aſſumpſi: tantoque magis diligere cœpi, quanto hunc propius inſpexi. Huic jus trium liberorum neceſſarium faciunt duæ cauſæ. Nam & judicia amicorum promeretur, & parum felix matrimonium expertus eſt: impetrandumque à bonitate tua per nos habet, quod illi fortunæ malignitas denegavit. Scio, domine, quantum beneficium petam, quod peto à te, cujus in omnibus deſideriis meis pleniſſimam indulgentiam experior. Potes autem colligere 5 quantopere cupiam, quod non rogarem abſens, ſi mediocriter cuperem.

XCVI. TRAJ. PLINIO S.

QUam parce hæc beneficia tribuam, utique, mi Secunde cariſſime, hæret tibi, cum etiam in ſenatu affirmare ſoleam, non exceſſiſſe me numerum, quem apud ampliſſimum ordinem ſuffecturum mihi profeſſus ſum: tuo tamen deſiderio ſubſcripſi: 6 &, ut ſcias dediſſe me jus trium liberorum

1 Liberata *Ald.* 2 *Erani* pecuniæ ſunt ab ſodalibus collatæ ad ſublevandos pauperes ſui ordinis. Vide ep. ſeq. & *Caſaub.* ad *Theophraſt.* charact. περὶ ἀνελευθερίας. 3 Eranum *Ald. Vulg.* 4 Deeſt *Vulg.* 5 Quanto opere *Ald. Vulg.* 6 Et tu ſcias ded. *Vulg.* Et dediſſe *Ald.*

Suetonio Tranquillo ea conditione qua aſſuevi, referri in commentarios meos juſſi.

XCVII. C. PLINIUS TR. IMP. S.

SOlenne eſt mihi, domine, omnia, de quibus dubito, ad te referre. Quis enim poteſt melius vel cunctationem meam regere, vel ignorantiam inſtruere? Cognitionibus de Chriſtianis interfui nunquam: ideo neſcio quid & quatenus aut [1] puniri ſoleat, aut quæri. Nec mediocriter hæſitavi, ſitne aliquod diſcrimen ætatum, an quamlibet teneri nihil à robuſtioribus differant: deturne pœnitentiæ venia, an ei qui omnino Chriſtianus fuit, deſiſſe non proſit: nomen ipſum, etiamſi flagitiis careat, an flagitia [2] cohærentia nomini puniantur. Interim [3] in" iis, qui ad me tanquam Chriſtiani deferebantur, hunc ſum ſequutus modum. Interrogavi ipſos, an eſſent Chriſtiani: confitentes, iterum ac tertio interrogavi, ſupplicium minatus: perſeverantes, duci juſſi. Neque enim dubitabam, qualecunque eſſet quod faterentur, [4] pervicaciam certe, & inflexibilem obſtinationem debere puniri. Fuerunt alii ſimilis amentiæ: quos, quia cives Romani erant, annotavi in urbem remittendos: mox ipſo [5] tractu, ut fieri ſolet, diffundente ſe crimine, plures ſpecies inciderunt. Propoſitus eſt libellus ſine auctore, multorum nomina continens, qui [6] negarent ſe eſſe Chriſtianos, aut fuiſſe, quum, [7] præeunte me, deos appellarent, & imagini tuæ, quam propter hoc juſſeram cum ſimulacris numinum afferri, thure ac vino ſupplicarent, præterea maledicerent Chriſto: quorum nihil cogi poſſe dicuntur, qui ſunt revera Chriſtiani. [8] Ergo" dimittendos putavi. Alii ab indice nominati, eſſe ſe Chriſtianos dixerunt, & mox negaverunt: fuiſſe quidem, ſed deſiſſe, quidam ante triennium, quidam ante plures annos, non nemo etiam ante [9] viginti quoque. Omnes & imaginem tuam, deorumque ſimulacra venerati ſunt, ii & Chriſto maledixerunt. Affirmabant autem, hanc fuiſſe ſummam vel culpæ ſuæ, vel erroris, quod eſſent ſoliti ſtato die ante lucem convenire: carmenque Chriſto, quaſi Deo, dicere ſecum invicem: ſeque ſacramento non in ſcelus aliquod obſtringere, ſed ne furta, ne latrocinia, ne adulteria committerent, ne fidem fallerent, ne depoſitum appellati abnegarent. quibus peractis morem ſibi

1 Punire *Vulg.* 2 Cohærenti nom. *Ald. Vulg.* 3 Deeſt *Ald.* 4 Pertinaciam *Vulg.* 5 Tractatu *Ald. Vulg.* 6 Negant *Ald Vulg.* 7 Præſente *Vulg.* 8 Deeſt *Ald. Vulg.* 9 *Ritterſh.* mavult *viginti quinque*, ne *etiam* & *quoque* concurrant. Idem mox *omnes qui imaginem*, legendum cenſet: ſed poteſt utrobique vulgata lectio ſervari.

diſcedendi

diſcedendi fuiſſe, rurſuſque coëundi ad capiendum cibum, promiſcuum tamen, & innoxium: quod ipſum facere deſiſſe poſt edictum meum, quo ſecundum mandata tua hetærias eſſe vetueram. Quo magis neceſſarium credidi, ex duabus ancillis, quæ miniſtræ dicebantur, quid eſſet veri & per tormenta quærere. Sed nihil aliud inveni, quam ſuperſtitionem pravam & immodicam, ideoque, dilata cognitione, ad conſulendum te [1] decurri. Viſa eſt enim mihi res digna conſultatione, maxime propter periclitantium numerum. Multi enim omnis ætatis, omnis ordinis, utriuſque ſexus etiam, vocantur in periculum, & vocabuntur. Neque enim civitates tantum, ſed vicos etiam atque agros ſuperſtitionis iſtius contagio pervagata eſt, quæ videtur ſiſti & corrigi poſſe. Certe ſatis conſtat, prope jam deſolata templa cœpiſſe celebrari, & ſacra ſolennia diu intermiſſa repeti: paſſimque venire victimas, quarum adhuc rariſſimus emptor inveniebatur. ex quo facile eſt opinari, quæ turba hominum emendari poſſit, ſi ſit pœnitentiæ locus.

XCVIII. TR. PLINIO S.

ACtum quem debuiſti, mi Secunde, in excutiendis cauſis eorum, qui Chriſtiani ad te delati fuerant, ſequutus es. Neque enim in univerſum aliquid, quod quaſi certam formam habeat, conſtitui poteſt. Conquirendi non ſunt: ſi deferantur & arguantur, puniendi ſunt: ita tamen ut qui negaverit ſe Chriſtianum eſſe, idque re ipſa manifeſtum fecerit, id eſt, ſupplicando diis noſtris, quamvis ſuſpectus in præteritum fuerit, veniam ex pœnitentia impetret. Sine auctore vero propoſiti libelli, [2] nullo crimine, locum habere debent. Nam & peſſimi exempli, nec noſtri ſæculi eſt.

XCIX. C. PLINIUS TR. IMP. S.

AMaſtrianorum civitas, domine, & elegans & ornata, habet inter præcipua opera pulcerrimam, eandemque longiſſimam, plateam: cujus à latere per ſpatium omne porrigitur nomine quidem flumen, re vero, cloaca fœdiſſima: quæ ſicut turpis & immundiſſima aſpectu, ita peſtilens eſt, odore teterrimo. Quibus ex cauſis, non minus ſalubritatis quam decoris intereſt, eam contegi: quod fiet, ſi permiſeris, cu-

1 Decucurri *Ald. Steph.* 2 *Latinius leg. in nul.*

rantibus

rantibus [1] nobis, ne deſit quoque pecunia operi tam magno quam neceſſario.

C. TRAJANUS PLINIO S.

RAtionis eſt, mi Secunde cariſſime, contegi aquam iſtam, quæ per civitatem Amaſtrianorum fluit, ſi [2] detecta ſalubritati obeſt. Pecunia ne huic operi deſit, curaturum te ſecundum diligentiam tuam certum habeo.

CI. C. PLINIUS TR. IMP. S.

VOta, domine, priorum annorum nuncupata alacres lætitique perſolvimus, novaque rurſus, curante commilitonum & provincialium pietate, ſuſcepimus: precati deos, ut te remque publicam florentem & incolumen ea benignitate ſervarent, quam ſuper magnas plurimaſque virtutes, præcipue ſanctitate conſequi deorum honore meruiſti.

CII. TRAJANUS PLINIO S.

SOlviſſe vota diis immortalibus, te præeunte, pro mea incolumitate, [3] &" commilitones cum provincialibus lætiſſimo conſenſu, [4] in futurumque nuncupaſſe, libenter, mi Secunde cariſſime, cognovi literis tuis.

CIII. C. PLINIUS TR. IMP. S.

DIem, [5] in quem tutela generis humani feliciſſima ſucceſſione tranſlata eſt, debita religione celebravimus, commendantes diis, imperii tui auctoribus, & vota publica & gaudia.

CIV. TR. PLINIO S.

DIem imperii mei debita lætitia & religione [6] à" commilitonibus & provincialibus, præeunte te, celebratum, libenter, mi Secunde cariſſime, cognovi literis tuis.

1 Poſt *nobis* putat *Scheffer.* colon eſſe ſcribendum; nam alias illud *quoque*, quod ſequitur, non bene cohæret cum præcedentibus. 2 Intecta *Ald.* 3 Deeſt *Ald. Vulg.* 4 Et in futurum nuncup. *Ald. Vulg.* 5 *Gronov.* ſcribit: *quo in te tutela gen. h.* 6 Deeſt *Ald. Vulg.*

CV.

CV. C. PLINIUS TR. IMP. S.

VAlerius, domine, Paulinus, excepto uno, jus Latinorum ſuorum mihi reliquit: ex quibus rogo tribus interim jus [1] Quiritum des. Vereor enim ne ſit immodicum, pro omnibus pariter invocare indulgentiam tuam, qua debeo tanto modeſtius uti, quanto pleniorem experio. Sunt autem pro quibus peto, C. Valerius Æſtiæus, C. Valerius Dionyſius, C. Valerius Aper.

CVI. TR. PLINIO S.

CUm honeſtiſſime iis, qui apud fidem tuam à Valerio Paulino depoſiti ſunt, conſultum velis [2] mature per me, iis interim, quibus nunc petiſti, ut ſcias dediſſe me jus Quiritium, referri in commentarios meos juſſi, idem facturus in cæteris, pro quibus petieris.

CVII. C. PLINIUS TR. IMP. S.

ROgatus, domine, à P. Accio Aquila, centurione cohortis ſextæ equeſtris, ut mitterem tibi libellum, per quem indulgentiam pro ſtatu filiæ ſuæ implorat, durum putavi negare, cum ſcirem [3] quantam ſoleres militum precibus patientiam humanitatemque præſtare.

CVIII. TR. PLINIO S.

LIbellum P. Accii Aquilæ, centurionis cohortis ſextæ equeſtris, quem mihi miſiſti, legi: cujus precibus motus dedi filiæ ejus civitatem Romanam. Libellum reſcripti, quem illi redderes, miſi tibi.

CIX. C. PLINIUS TR. IMP. S.

QUid habere juris velis & Bithynas & Ponticas civitates in exigendis pecuniis, quæ illis vel ex locationibus, vel ex venditionibus aliiſve cauſis debeantur, rogo, domine, reſcribas. Ego inveni, à pleriſque proconſulibus conceſſam eis protopraxiam, eamque pro lege valuiſſe: exiſtimo tamen tua providentia conſtituendum aliquid & ſanciendum, per quod

1 Quiritium *Ald. Vulg.* 2 Matura *Ald. Vulg.* 3 Quantum *Vulg.*

utilitati-

utilitatibus eorum in perpetuum conſulatur. Nam quæ ſunt ab aliis inſtituta, ſint licet ſapienter indulta, brevia tamen & infirma ſunt, niſi illis tua contingat auctoritas.

CX. TR. PLINIO S.

QUo jure uti debeant Bithynæ vel Ponticæ civitates in iis pecuniis quæ ex quaque cauſa reipub. debebuntur, ex lege cujuſque animadvertendum eſt. nam [1] ſi habent privilegium, quo cæteris creditoribus anteponantur, cuſtodiendum eſt: [2] ſi vero non habent, [3] in" injuriam privatorum id dari à me non oportebit.

CXI. C. PLINIUS TR. IMP. S.

[4] EDicus, domine, Amiſenorum civitatis petebat apud me à Julio Piſone denariorum circiter XL. milia, donata ei publice ante XX. annos, & bule & eccleſia conſentiente: [5] utebaturque mandatis tuis, quibus ejuſmodi donationes vetantur. Piſo contra, plurima ſe in remp. contuliſſe, ac prope totas facultates erogaſſe, dicebat. addebat etiam temporis ſpatium, poſtulabatque ne id quod pro multis & olim accepiſſes, cum everſione reliquæ dignitatis reddere cogeretur. Quibus ex cauſis integram cognitionem differendam exiſtimavi, ut te, domine, conſulerem quid ſequendum putares.

CXII. TR. PLINIO S.

SIcut largitiones ex publico fieri mandata prohibent, ita, ne multorum ſecuritas ſubruatur, factas ante aliquantum temporis retractari atque in irritum vindicari non oportet. Quicquid ergo ex hac cauſa actum ante viginti annos erit, omittamus. Non minus enim hominibus cujuſque loci, quam pecuniæ publicæ conſultum volo.

CXIII. C. PLINIUS TR. IMP. S.

LEx Pompeja, domine, qua Bithyni & Pontici utuntur, eos qui in bulen à cenſoribus leguntur, dare pecuniam non jubet: ſed [6] ii, quos indulgentia tua [7] quibuſdam civi-

1 Sive *Ald.* & aliæ nonnullæ edd. 2 Sive non *Ald.* 3 Deeſt *Ald. Vulg.* 4 Medicus *Vulg.* 5 Utebanturque *Ald. Vulg.* Sed *Catan.* leg. *nitebaturque*, quem *Veenhuſ.* ſequitur. 6 Iis *Ald. Steph.* & in pleriſque edd. non adeo recte. 7 A quibuſd. *Vulg.*

tatibus

tatibus ſuper legitimum numerum adjicere permiſit, & ſingula millia denariorum & bina intulerunt. Anicius deinde Maximus proconſul eos etiam, qui à cenſoribus legerentur, duntaxat in pauciſſimis civitatibus aliud aliis juſſit inferre. Supereſt ergo ut ipſe diſpicias, an in omnibus civitatibus certum aliquid omnes, qui deinde buleutæ leguntur, debeant pro introitu dare. nam quod in perpetuum manſurum eſt, à te conſtitui decet, cujus factis dictiſque debetur æternitas.

CXIV. TR. PLINIO S.

HOnorarium decurionatus omnes, qui in quaque civitate Bithyniæ decuriones fiunt, inferre debeant necne, in univerſum à me non poteſt ſtatui. Id ergo quod ſemper tutiſſimum eſt, [1] ſequendam cujuſque civitatis legem, puto, ſcilicet adverſus eos qui inviti fiunt decuriones, exiſtimo id acturos, ut [2] erogatio cæteris præferatur.

CXV. C. PLINIUS TR. IMP. S.

LEge, domine, Pompeja permiſſum Bithynicis [3] civitatibus adſcribere ſibi quos vellent cives, dum civitatis non ſint alienæ, ſed ſuarum [4] quiſque civitatum quæ ſunt in Bithynia: eadem lege ſancitur, quibus de cauſis è ſenatu à cenſoribus ejiciantur: inter quas nihil de cive alieno cavetur. Inde me quidam [5] ex cenſoribus conſulendum putaverunt, an ejicere deberent eum qui eſſet alterius civitatis. Ego, quia lex ſicut adſcribi civem alienum vetabat, ita ejici è ſenatu ob hanc cauſam non jubebat; præterea quia ab aliquibus affirmabatur mihi, in omni civitate plurimos eſſe buleutas ex aliis civitatibus, futurumque ut multi homines multæque civitates concuterentur ea parte legis, quæ jampridem conſenſu quodam exoleviſſet: neceſſarium exiſtimavi conſulere te quid ſervandum putares. Capita legis his literis ſubjeci.

CXVI. TRAJ. PLINIO S.

MErito hæſiſti, Secunde cariſſime, quid à te reſcribi [6] oporteret cenſoribus conſulentibus, an legerent in ſenatum aliarum civitatum, ejuſdem tamen provinciæ, cives. nam & legis auctoritas, & longa conſuetudo uſurpata contra le-

1 Sequendum *Vulg.* 2 *Latin.* legit *erogator.* 3 *Curialibus* in marg. ed. *Steph.* in Bibl. *Bodl.* 4 Quiſque matrum civit. *Ald. Vulg.* 5 A Cenſ. *Vulg.* 6 Oportet *Vulg.*

gem, in diverſum movere te potuit. Mihi hoc temperamentum ejus placuit, ut ex præterito nihil 1 novaremus, ſed manerent, quamvis contra legem, adſciti quarumcunque civitatum cives, in futurum autem lex Pompeja obſervaretur: cujus vim ſi retro quoque velimus cuſtodire, multa neceſſe eſt perturbari.

CXVII. C. PLINIUS TR. IMP. S.

QUi virilem togam ſumunt, vel nuptias faciunt, ineunt magiſtratum, vel opus publicum dedicant, ſolent totam bulen, atque etiam e plebe non exiguum numerum vocare, binoſque denarios vel ſingulos dare: quod an celebrandum, & quatenus, putes, rogo ſcribas. Ipſe enim, ſicut (arbitror non imprudenter, præſertim ex ſolennibus cauſis) 2 concedendum juſſi invitationi; ita vereor, ne ii, qui mille homines, interdum etiam plures, vocant, modum excedere, & in ſpeciem 3 dianomes incidere videantur.

CXVIII. TRAJ. PLINIO S.

MErito vereris, ne in ſpeciem dianomes incidat invitatio, quæ & in numero modum excedit, & quaſi per corpora, non viritim ſingulos ex notitia, ad ſolennes ſportulas contrahit: ſed ego ideo prudentiam tuam elegi, ut formandis iſtius provinciæ moribus ipſe moderareris & ea conſtituas, quæ ad perpetuam ejus provinciæ quietem eſſent profutura.

CXIX. C. PLINIUS TR. IMP. S.

ATHletæ, domine, ea, quæ pro Iſelaſticis certaminibus conſtituiſti, deberi ſibi putant ſtatim ex eo die quo ſunt coronati. Nihil enim referre, quando ſint patriam invecti, ſed quando certamine vicerint, ex quo invehi poſſint. 4 Ego contra ſcribo Iſelaſticorum nomine. itaque eorum vehementer

1 'Moveremus *Vulg.* 2 Aliæ editiones habent, *concedendum juſſi invitationes*, neutrum recte, ut *Scheffer.* cenſet; qui veram ſcripturam putat, *concedendum jus invitationis.* 3 *Caſaubonus* reſtituit. *Ald. diamones*, quæ permanſio eſt. *Catanæus diamœries*, quod diviſionem & factionem ſonat. Διανομὴ autem *diſtributio* eſt & *largitio*, ut veteri Gloſſario Latinè vertitur, ubi etiam διανομὴ χρυσίου, *ſportula* explicatur, qua voce *Trajanus*, reſpondens *Plinio*, uſus eſt. Omnes hæ lectiones ad factionem tendunt, quæ etiam ſportulis ambiri videbatur. 4 Hoc pravum. Nam ſi nomine ipſorum, quod ita ſcribit *contra? Scheff.* putat lectionem veram eſſe, *ego cuncta ſcribo.* In libris priſcis fuit *cuncta*, ex quo fecere *contra.* Cæterum

ter addubitem, an ſit potius id tempus quo ἐισίλασιν intuendum. Iidem obſonia petunt pro eo agone qui à te Iſelaſticus factus eſt, quamvis vicerint ante quam fieret. 1 Ajunt enim congruens eſſe, ſicut non datur ſibi pro his certaminibus, quæ eſſe Iſelaſtica, poſtquam vicerint, deſierunt; ita pro iis dari, quæ eſſe cœperunt. Hic quoque non mediocriter hæreo, ne cujuſquam retro habeatur ratio: dandumque quod tunc, quum vincerent, non debebatur. Rogo ergo, ut dubitationem meam regere, id eſt, beneficia tua interpretari ipſe digneris.

CXX. TRAJ. PLINIO S.

ISelaſticum tunc primum mihi videtur incipere deberi, quum quis in civitatem ſuam ipſe ἐισίλασιν. Obſonia eorum certaminum, quæ Iſelaſtica eſſe placuit mihi, ſi ante 2 Iſelaſtica non fuerunt, retro non debentur. nec proficere pro deſiderio athletarum poteſt, 3 tam eorum quæ poſtea Iſelaſtica 4 lege conſtitui, quam 5 quum vincerent eſſe deſierunt. Mutata enim conditione certaminum, nihilominus, quæ ante perceperant, non revocantur.

CXXI. C. PLINIUS TR. IMP. S.

USque in hoc tempus, domine, neque cuiquam diplomata commodavi, neque in rem ullam, niſi tuam, miſi: quam perpetuam ſervationem meam quædam neceſſitas rupit. Uxori enim meæ, audita morte avi, volenti ad amitam ſuam excurrere, uſum eorum negare durum putavi, cum talis officii gratia in celeritate conſiſteret; ſciremque, te rationem itineris probaturum, cujus cauſa erat pietas. Hæc ſcripſi, quia mihi parum gratus tibi fore videbar, ſi diſſimulaſſem inter alia beneficia hoc unum, quod me debere ſciebam indul-

terum ſi vera iſta emendatio, ſtatim poſt legendum. ſicut ſeſe reperiſſe in quibuſdam *Catanæus* ait. *ita tamen, ut vehementer*, & erunt integerrima. At in *Ald.* aliiſque veteribus pro *Iſelaſticorum* habetur *Iſelaſtici*. Rectius, ut vult *Cellarius*. *Iſelaſticum* enim hoc loco non certamen, ſed præmium eſt. *Gruterus* tollit itaque *eorum*, & ſic emendat: *Ego contra iſelaſticorum nomine vehementer addubitem*. Quod ſi retineantur, ita forte eum *Thomaſio* interpretari potes: *Ego contra ſcribo*, id eſt, ſecus atque illi athletæ poſtulant, cenſeo, idque *iſelaſtici nomine*, ſcilicet permotus, quia præmium ſignificat iſelaſticis certaminibus debitum. Mox autem pro ἐισίλασιν Grammatici forte dicent ἐισίλασιν ſcribendum eſſe, & in ſequenti epiſtola ἐισίλασιν pro ἐισίλασιν. *Iſelaſiam* autem quod margini vulgg. edd. adſcriptum eſt pro ἐισίλασιν nullum habere hîc locum poteſt, ut *Stephanus* oſtendit. Legitur item *Iſelaſan*. 1 Illud *ajunt enim* (ut notat *Grut.*) non videtur à *Plinio* ſed à librariis natum. 2 Iſelaſticos *Vulg.* 3 Quod eorum quæ *Ald. Vulg.* 4 Non lege *Ald. Vulg.* 5 Qui ierant accipere deſierunt *Ald.. Vulg.*

gentiæ tuæ, quod fiducia ejus, quasi consulto te, non dubitavi facere: quem si consuluissem, sero feciſſem.

CXXII. TR. PLINIO S.

MErito habuisti, Secunde cariſſime, fiduciam animi mei. Nec dubitandum fuiſſet, si exspectasses donec me consuleres, an iter uxoris tuæ diplomatibus, quæ officio tuo dedi, [1] adjuvandum esset, usum eorum intentioni non profuisse, cum apud amitam suam uxor tua deberet etiam celeritate gratiam adventus sui augere.

[1] Legitur item: *adjuvandum putarem, serum futurum.*

C. PLINII CÆCILII SECUNDI CONSULIS PANEGYRICUS, NERVÆ TRAJANO AUGUSTO DICTUS.

I. BENE ac ſapienter, Patres C. majores inſtituerunt, ut rerum agendarum, ita dicendi initium à precationibus [2] capere: quod nihil rite, nihilque providenter homines ſine deorum immortalium ope, conſilio, honore auſpicarentur. Qui mos cui potius quam conſuli? aut quando magis uſurpandus colenduſque eſt, quam quum imperio ſenatus, auctoritate reipublicæ ad agendas optimo principi gratias excitamur? Quod enim præſtabilius eſt aut pulcrius munus deorum, quam caſtus & ſanctus, & diis ſimillimus princeps? Ac, ſi adhuc dubium fuiſſet, forte caſuque rectores terris, an aliquo numine darentur, principem tamen noſtrum liqueret divinitus conſtitutum. Non enim occulta poteſtate fatorum, ſed ab Jove ipſo coram ac palam repertus, electus eſt. quippe inter aras & altaria, eodemque loci, quem deus ille tam manifeſtus ac præſens, quam cœlum ac ſidera, inſedit. Quo magis aptum piumque eſt, te, Jupiter optime [3] maxime, antea conditorem, nunc conſervatorem imperii noſtri, precari, ut mihi digna conſule, digna ſenatu, digna principe contingat oratio: utque omnibus, quæ dicentur à me, libertas, fides, veritas conſtet: tantumque à ſpecie adulationis abſit gratiarum actio mea, quantum abeſt à neceſſitate.

II. Equidem non conſuli modo, ſed omnibus civibus enitendum reor, nequid de principe noſtro ita dicant, ut idem illud de alio dici potuiſſe videatur. Quare

1 Hanc gratiarum actionem non recte *Panegyricam* dici, & *Theod. Marcilius* ad *Suet.* Veſp. c. II. & *Ger. Voſſ.* Inſtitut. Orat. l. I. c. 5. oſtendunt. Hoc tamen nomen *Berneccerus* ex materia, loco, dicendi genere tuetur, quanquam non negat, aliquid ſatyricum admixtum eſſe, dum ita laudat optimum principem, ut acriter perſtringat, qui anteceſſerunt, malos. 2 Caperetur *Ald. Vulg.* 3 Deeſt *Ald.*

1 abeant

1 abeant ac recedant voces illæ, quas metus exprimebat: nihil quale antea dicamus; nihil enim quale 2 antea patimur: nec eadem de principe 3 palam", quæ prius, prædicemus: neque enim eadem ſecreto loquimur, quæ prius. Diſcernatur orationibus noſtris diverſitas temporum, & ex ipſo genere gratiarum agendarum intelligatur, 4 cui, quando ſint actæ. Nuſquam ut deo nunc, nuſquam ut numini blandiamur. Non enim de tyranno, ſed de cive: non de 5 domino, ſed de parente loquimur. Unum ille ſe ex nobis, & hoc magis excellit atque eminet, quod unum 6 ex nobis" putat, nec minus hominem ſe quam hominibus præeſſe meminit. Intelligamus ergo bona noſtra, dignoſque nos 7 illius uſu 8 probemus, atque identidem 9 cogitemus, ſi majus principibus præſtemus obſequium, qui ſervitute civium, quam qui libertate lætantur. Et populus quidem Romanus 10 dilectum principum ſervat: quantoque paulo ante concentu formoſum alium, hunc fortiſſimum perſonat: quibuſque aliquando clamoribus geſtum alterius & vocem, hujus pietatem, abſtinentiam, manſuetudinem laudat. Quid nos ipſi? divinitatem principis noſtri, an humanitatem, temperantiam, facilitatem, ut amor & gaudium tulit, celebrare univerſi ſolemus? Jam, quid tam civile, tam ſenatorium, quam illud additum à nobis OPTIMI cognomen? quod peculiare hujus & proprium arrogantia priorum principum fecit. Enimvero quam commune, quam ex æquo, quod FELICES NOS FELICEM ILLUM prædicamus? alterniſque votis HÆC FACIAT, HÆC AUDIAT, quaſi non dicturi niſi fecerit, comprecamur? Ad quas ille voces lacrymis etiam ac multo pudore ſuffunditur. Agnoſcit enim, ſentitque ſibi, non principi dici.

III. Igitur quod temperamentum omnes in illo ſubito pietatis calore 11 ſervavimus, hoc ſinguli quoque 12 meditati teneamus: ſciamuſque nullum eſſe 13 neque ſincerius 13 neque acceptius genus gratiarum, quam quod illas acclamationes æmulemur, quæ fingendi non habent tempus. Quantum ad me 14 pertinet, laborabo ut orationem meam ad modeſtiam principis moderationemque ſubmittam: nec minus conſide-

1 Habeant ac valeant voces *Scal.* 2 Ante *Vulg.* 3 Deeſt *Ald.* 4 *Lipſii* correctio, à *Grutero* probata. Vulgo enim: *cui, quando ſint hactenus ut deo, nunc nuſquam ut num. bland.* Nihil mutat *Scaliger*, ſed aliter diſtinguit: *cui, quando. Sint hactenus ut deo. Nunc nuſq. ut n. bl.* 5 Cur ergo ipſe *Dominum* appellas in literis? 6 Deſunt *Scal.* 7 *Lipſ.* malit *illis.* 8 Præbeamus *Scal.* 9 *Regitemus* ex conjectura *Grut.* Cogitemus quam ſit indignum, ſi *Scal.* 10 Sic legunt plerique, & exponunt per [diſcrimen;] rectius forſan *deleſtum* dixeris. Vulgo, *dilectum principem.* Quibuſdam haud diſplicet: *dilectum in principe.* 11 Servamus *Ald. Vulg.* 12 Meditatique *Ald. Vulg.* 13 Nec *Steph.* 14 Attinet *Ald. Vulg.*

rabo

nbo, quid aures ejus pati poſſint, quam quid virtutibus debeatur. Magna & inuſitata principis gloria, cui gratias acturus, non tam vereor, ne me in laudibus ſuis parcum, quam ne nimium putet. Hæc me cura, hæc difficultas ſola circumſtat. nam merenti gratias agere facile eſt, patres conſcripti. non enim periculum eſt, ne, quum loquar de humanitate, exprobrari ſibi ſuperbiam credat: quum de frugalitate, luxuriam: quum de clementia, crudelitatem: quum de liberalitate, avaritiam: quum de benignitate, livorem: quum de continentia, libidinem: quum de labore, inertiam: quum de fortitudine, timorem. Ac ne illud quidem vereor, ne gratus ingratuſve videar, prout ſatis aut parum dixero. Animadverto enim etiam deos ipſos, non tam accuratis adorantium precibus, quam innocentia & ſanctitate lætari: gratioremque exiſtimari qui delubris eorum puram caſtamque mentem, quam qui meditatum carmen intulerit.

IV. Sed parendum eſt ſenatuſconſulto, [1] quod ex utilitate publica, placuit ut conſulis voce, ſub titulo gratiarum agendarum, boni principes quæ facerent recognoſcerent: mali, quæ facere deberent. Id nunc eo magis ſolenne ac neceſſarium eſt, quod parens noſter privatas gratiarum actiones cohibet & comprimit: interceſſurus etiam publicis, ſi permitteret ſibi vetare, quod ſenatus juberet. Utrumque, Cæſar Auguſte, moderate, & quod alibi tibi gratias agi non ſinis, & quod hîc ſinis. non enim à teipſo tibi honor iſte, ſed ab agentibus habetur. Cedis affectibus noſtris, nec nobis munera tua prædicare, ſed audire tibi neceſſe eſt. Sæpe ego mecum, P. C. tacitus agitavi qualem quantumque eſſe oporteret, cujus ditione nutuque maria, terræ, pax, bella [2] regerentur: quum interea fingenti formantique mihi principem, quem æquata diis immortalibus poteſtas deceret, nunquam voto ſaltem concipere ſuccurrit ſimilem huic, quem videmus. [3] Enituit aliquis in bello, ſed obſolevit in pace: alium toga, ſed non & arma honeſtarunt: reverentiam ille terrore, alius amorem [4] humanitate captavit: ille quæſitam domi gloriam, in publico; hic in publico partam, domi perdidit: poſtremo adhuc nemo exſtitit cujus virtutes nullo vitiorum confinio læderentur. At principi noſtro quanta concordia, quantuſque concentus omnium laudum, omniſque gloriæ contigit, ut nihil ſeveritati ejus hilaritate, nihil gravitati ſimplicitate, nihil majeſtati humanitate detrahatur. Jam firmitas, jam proceritas corporis, jam honor capitis, & dignitas oris, ad hoc, ætatis

1 Quo *Vulg.* 2 Gerantur *Ald. Steph.* 3 Emicuit *Vulg.* 4 Humilitate *Vulg.* Et ſic *Baudius* legendum cenſet: hoc eſt *nimia civilitate*, ut *Othoni* ſtudium in captandis militum animis notetur. *Tacit.* Hiſt l. 2.

1 indeflexa

1 indeflexa maturitas, nec ſine quodam munere deûm 2 feſtinatis ſenectutis inſignibus ad augendam majeſtatem ornata cæſaries, nonne longe lateque principem oſtentant?

V. Talem eſſe oportuit, quem non bella civilia, nec armis oppreſſa reſpublica, ſed pax & 3 adoptio, & tandem 4 exorata terris numina dediſſent. An fas erat nihil differre inter imperatorem quem homines & quem dii feciſſent? quorum quidem in te, 5 Cæſar, judicium & favor, tunc ſtatim, quum ad exercitum proficiſcereris, & quidem inuſitato 6 indicio 7 enituit. Nam cæteros principes aut largus cruor hoſtiarum, aut ſiniſter volatus avium conſulentibus nunciavit: tibi aſcendenti de more Capitolium, quanquam non id agentium, civium clamor, ut jam principi, occurrit. Siquidem omnis turba quæ limen inſederat, ad ingreſſum tuum, foribus recluſis, 8 jam quidem, ut tunc arbitrabatur 9 deum, cæterum, ut docuit eventus, te conſalutavit imperatorem: nec aliter à cunctis omen acceptum eſt. Nam ipſe intelligere nolebas: recuſabas enim imperare, recuſabas quod bene erat 10 imperaturi: igitur cogendus fuiſti. Cogi porro non poteras, niſi periculo patriæ & 11 nutatione reipub. Obſtinatum enim tibi non ſuſcipere imperium, niſi ſervandum fuiſſet. Quare ergo illum ipſum furorem motumque caſtrenſem reor exſtitiſſe, quia magna vi magnoque terrore modeſtia tua vincenda erat. 12 At ſicut maris cœlique temperiem turbines tempeſtateſque commendant, ita ad augendam pacis tuæ gratiam, illum tumultum præceſſiſſe crediderim. Habet has vices conditio mortalium, ut adverſa ex ſecundis, ex adverſis ſecunda 13 naſcantur. Occultat 14 utrorumque ſemina deus, & plerumque bonorum malorumque cauſæ ſub diverſa ſpecie latent.

VI. Magnum quidem illud ſæculo dedecus, magnum reipub. vulnus impreſſum eſt. Imperator & parens generis humani obſeſſus, captus, incluſus: ablata mitiſſimo ſeni ſervandorum hominum poteſtas: ereptumque principi illud in principatu beatiſſimum, quod nihil cogitur. Si tamen hæc ſola erat ratio quæ te publicæ ſalutis gubernaculis admoveret, prope eſt ut exclamem, tanti fuiſſe. Corrupta eſt diſciplina caſtrorum, ut tu corrector emendatorque contingeres: in-

1 Inflexa *Scal.* 2 Feſtinantis *Scal.* 3 Sic proculdubio legend. non *adoptatio*, ut vulgo editum: nam de ejus latinitate dubitavit *Voſſius.* 4 Exorsa *Scal.* 5 Cæſar Auguſte *Vulg.* 6 Judicio *Scal.* 7 Enotuit *Vulg.* 8 Illa *Vulg.* 9 Deum certum: ut *Steph.* 10 Imperaturo *in vulg. edd.* Imperatori *Scal.* 11 Sic emendavit *Lipſius.* Prius erat *mutatione.* Nutaſſet ſane reſp. niſi *Nerva* ætate confecto, & propterea à militibus contempto ſucceſſiſſet *Trajanus.* 12 Ac *Vulg.* 13 Alii *noſcantur*, ſed non ita bene, quia de viciſſitudine ſermo eſt. Vide *Pet. Fab.* ſemeſtr. l. II. p. 261. Nec agnoſcit *Scal.* 14 Utrarumque *Scal.*

ductum

ductum peſſimum exemplum, ut optimum opponeretur: poſtremo coactus princeps quos nollet occidere, ut daret principem qui cogi non poſſet. Olim tu quidem adoptari merebare: ſed neſciſſemus quantum tibi deberet imperium, ſi ante adoptatus eſſes. Exſpectatum eſt tempus [1] in" quo liqueret, non tam accepiſſe te beneficium quam dediſſe. Confugit in ſinum tuum concuſſa reſpub. ruenſque imperium ſuper imperatorem, imperatoris tibi voce delatum eſt. Imploratus adoptione, & accitus es. Ut olim duces magni à peregrinis externiſque bellis ad opem patriæ ferendam revocari ſolebant, ita filius ac parens uno eodemque momento rem maximam invicem præſtitit iſtis. Ille tibi imperium dedit, tu illi reddidiſti. Solus ergo [2] ad hoc ævi pro munere tanto paria accipiendo feciſti, immo [3] ultro dantem obligaſti. Communicato enim imperio ſolicitior tu, ille ſecurior factus eſt.

VII. O novum atque inauditum ad principatum iter! non te propria cupiditas, proprius metus, ſed aliena [4] utilitas, alienus timor principem fecit. Videaris licet, quod eſt ampliſſimum, conſequutus inter homines; felicius tamen erat illud, quod reliquiſti, ſub bono principe privatus eſſe deſiiſti. Aſſumptus es in laborum curarumque conſortium, nec te lætæ & proſpera ſtationis iſtius, ſed aſpera & dura ad capeſſendam eam compulerunt: ſuſcepiſti imperium poſtquam alium ſuſcepti pœnitebat. Nulla adoptati cum eo, qui adoptabat, cognatio, nulla neceſſitudo, niſi quod uterque optimus erat, dignuſque alter eligi, alter eligere. Itaque adoptatus es, [5] non ut prius alius atque alius in gratiam uxoris: aſcivit enim te filium non vitricus, ſed princeps: eodemque animo divus Nerva pater tuus factus eſt, quo erat omnium. Nec decet aliter filium aſſumi, ſi aſſumatur à principe. An [6] ſenatus populique Romani exercitus provincias, ſocios tranſmiſſurus uni, ſucceſſorem [7] è ſinu [8] uxoris accipias? ſummæque poteſtatis hæredem tantum intra domum tuam quæras? non per totam civitatem circumferas oculos, & hunc tibi proximum, hunc conjunctiſſimum exiſtimes, quem optimum, quem diis ſimillimum inveneris? Imperaturus omnibus eligi debet ex omnibus. non enim ſervulis tuis dominum, ut poſſis eſſe contentus quaſi neceſſario hærede, ſed principem civibus daturus

1 Deeſt *Vulg.* 2 Nonnulli leg. *adhuc qui pro mun.* 3 Alii *ultra*, non male. 4 Perſpicue rectum eſt, nec mutandum. *Divus* malebat *vilitas*, id eſt, *Nerva* imperatoris à ſenio contemptus. 5 Non ut prius alius alius, neque alius in grat. *Vulg.* N. ut p. alius, atque alii &c. *Scal.* 6 Senatum populumque Romanum *Scal.* quod placebat *Livinejo.* 7 Ex *Steph.* 8 Uxorio *Scal.*

imperator. Superbum iſtud & regium, niſi adoptes eum quem conſtet imperaturum fuiſſe, etiamſi non adoptaſſes. Fecit hoc Nerva, nihil intereſſe arbitratus, genueris an elegeris: ſi perinde ſine judicio adoptentur liberi ac naſcuntur, niſi tamen quod æquiore animo ferunt homines, quem princeps parum feliciter genuit, quam quem male elegit.

VIII. Sedulo ergo vitavit hunc caſum, nec 1 judicium hominum, ſed deorum etiam in conſilium aſſumpſit. Itaque non tua in cubiculo, ſed in templo, nec ante genialem torum, ſed ante pulvinar Jovis optimi maximi, adoptio perfecta eſt: qua tandem non ſervitus noſtra, ſed libertas & ſalus & ſecuritas fundabatur. Sibi enim dii gloriam illam vendicaverunt: horum opus, horum illud imperium, 2 Nerva tantum miniſter fuit: 3 uterque qui adoptaret tam 4 paruit, quam tu qui adoptabaris. Allata erat ex Pannonia laurea, id agentibus diis, ut invicti imperatoris exortum victoriæ inſigne decoraret: hanc imperator Nerva in gremio Jovis collocarat, quum repente ſolito major & auguſtior, advocata hominum concione deorumque, te filium ſibi, hoc eſt, unicum auxilium, feſſis rebus aſſumpſit. Inde quaſi depoſito imperio qua ſecuritate, qua gloria lætus? (nam quantulum refert deponas an partiaris imperium, niſi quod difficilius hoc eſt) non ſecus ac præſenti tibi innixus, tuis humeris ſe patriamque ſuſtentans, tua juventa, tuo robore invaluit: ſtatim conſedit omnis tumultus. Non adoptionis opus iſtud fuit, ſed adoptati: atque adeo temere fecerat Nerva ſi adoptaſſet alium. Oblitine ſumus, ut nuper poſt adoptionem non deſierit ſeditio ſed cœperit? irritamentum iſtud 5 irarum, & fax tumultus fuſſet, niſi incidiſſet in te. An dubium eſt, ut 6 dare non poſſet imperium imperator, qui reverentiam amiſerat? auctoritate ejus effectum eſt cui dabatur. Simul filius, ſimul Cæſar, mox imperator, & conſors tribunitiæ poteſtatis, & omnia pariter, & ſtatim factus es, quæ proxime parens verus tantum in alterum filium contulit.

IX. Magnum hoc tuæ moderationis indicium, quod non ſolum ſucceſſor imperii, ſed particeps etiam ſociuſque placuiſti. Nam ſucceſſor, etiamſi nolis, habendus 7 eſt: non 7 eſt habendus ſocius, niſi velis. Credentne poſteri, patritio & conſulari,

1 Judicio *Ald. Vulg.* In judicium *Scal.* 2 Uterque tamen *Scal.* in vulg edd. *Nerva tamen.* Sed *tamen* videtur ex breviata ſcripturâ ortum. 3 Deſunt *Scal.* 4 Paruit Nerva, qui adoptaret, quam tu *Scal.* 5 Rarum *Vulg.* 6 Abeſt negatio in nonnullis editt. ac tunc legendum continuatione: *An dubium eſt, ut dare poſſet imperium imperator, qui reverentiam amiſerat, auctoritate ejus effectum eſſe, cui dabatur?* Sed magis placet: *An dubium eſt? ut dare poſſet imperium i. q. r. a. auctoritate ejus effectum eſt, cui dabatur.* 7 Es *Steph. Vulg.*

ſulari & triumphali patre genitum, quum fortiſſimum, ampliſſimum, amantiſſimum ſui exercitum regeret, imperatorem non ab exercitu factum? eidem, quum Germaniæ præſideret, Germanici nomen hinc miſſum? nihil ipſum, ut imperator fieret, agitaſſe? nihil feciſſe, niſi quod meruit & paruit? Paruiſti enim Cæſar, & ad principatum obſequio perveniſti: nihilque magis à te ſubjecti [1] animo factum eſt, quam quod imperare cœpiſti. Jam Cæſar, jam imperator, jam Germanicus, abſens & ignarus, & poſt tanta nomina, quantum ad te pertinet, privatus. Magnum videretur, ſi dicerem, Neſciſti te imperatorem futurum: eras imperator, & eſſe te neſciebas. Ut vero ad te fortunæ tuæ nuncius venit, malebas quidem hoc eſſe quod fueras, ſed non erat liberum. Annon obſequereris principi civis? legatus imperatori? filius patri? ubi deinde diſciplina? ubi mos à majoribus traditus, quodcunque imperator munus injungeret, æquo animo paratoque ſubeundi? Quid enim ſi provincias ex provinciis, ex bellis bella mandaret? eodem [2] illum uti jure [3] poſſe putes", quum ad imperium [4] revocet, quo ſit uſus quum ad exercitum miſerit? nihilque intereſſe, ire legatum, an redire principem jubeat, niſi quod major ſit obſequii gloria in eo, quod quis minus velit?

X. Augebat auctoritatem jubentis, in ſummum diſcrimen auctoritas ejus adducta: utque magis parendum imperanti putares, efficiebatur eo, quod ab aliis minus parebatur. ad hoc audiebas ſenatus populique conſenſum. Non unius Nervæ judicium illud, illa electio fuit. nam qui ubique ſunt homines hoc idem votis expetebant: ille tantum jure principis occupavit, primuſque fecit quod omnes facturi erant: nec hercule [5] tantopere cunctis factum placeret, niſi placuiſſet antequam fieret. At quo temperamento, dii boni, poteſtatem tuam fortunamque moderatus es? [6] Imperator titulis & imaginibus, & ſignis: cæterum modeſtia, labore, vigilantia, dux, & legatus, & miles: quum jam tua vexilla, tuas aquilas magno gradu anteires, neque aliud tibi ex illa adoptione, quam filii pietatem, filii obſequium aſſereres, longamque huic nomini ætatem, [7] longam gloriam precarere: jam te providentia deorum primum in locum provexerat, tu adhuc in ſecundo reſiſtere, atque etiam ſeneſcere optabas: privatus tibi videbaris quandiu imperator & alius eſſet. Audita ſunt vota tua, ſed in quantum optimo illi & ſanctiſſimo ſeni utile fuit, quem dii cœlo vindicaverunt, ne quid, poſt illud divinum &

1 Animi *Ald.* 2 Illo *Lipſ.* 3 Deſunt *Ald.* 4 *Te vocet* ex conjecturâ *Bandii.* 5 Tanto opere *Ald.* 6 Imp. tu *Vulg.* 7 Longamque gl. pr. te prov. *Ald. Vulg.*

immortale factum, mortale faceret. Deberi quippe maximo operi [1] hanc venerationem, ut noviſſimum eſſet, auctoremque ejus ſtatim conſecrandum, ut quandoque inter poſteros quæreretur, an illud jam deus feciſſet. Ita ille nullo magis nomine publicus parens quam quia tuus. Ingens gloria, ingenſque fama, quum abunde expertus eſſet, quam bene humeris tuis ſederet imperium, tibi terras, te terris reliquit: eo ipſo carus omnibus ac deſiderandus, quod proſpexerat ne deſideraretur.

XI. Quem tu lacrymis primum, ita ut filium decuit, mox templis honeſtaſti: non imitatus illos, qui hoc idem, ſed alia mente, fecerunt. Dicavit cœlo Tiberius Auguſtum, ſed ut majeſtatis [2] numen induceret: Claudium Nero, ſed ut irrideret: Veſpaſianum Titus, Domitianus Titum: ſed ille, ut dei filius, hic, ut frater videretur: tu ſideribus patrem intuliſti, non ad metum civium, non in contumeliam numinum, non in honorem tuum, ſed quia deum credis. Minus eſt hoc, quum fit ab [3] his, qui & ſeſe deos putant: ſed licet illum aris, pulvinaribus, flamine colas, non alio magis tamen deum & facis & probas, quam quod ipſe talis es. In principe enim, qui, electo ſucceſſore, fato conceſſit, una itemque certiſſima divinitatis fides eſt, bonus ſucceſſor. Num ergo tibi ex immortalitate patris aliquid arrogantiæ acceſſit? num hos proximos divinitate parentum deſides ac ſuperbos, potius quam illos veteres & antiquos æmuleris, qui hoc ipſum imperium peperere, quod modo hoſtes invaſerant contempſerantque? [4] cujus pulſi fugatique, non aliud

1 Hanc quoque *Scal.* 2 Alii leg. *nomen*, alii *crimen*. 3 Iis *Ald. Vulg.* 4 Aliquid hîc excidiſſe ex veteri codice, qui lacunam aliquot verborum habebat, olim monuit *Livinejus*. Quin & hiatum eſſe vidit *Lipſius*. *Livinejus* autem mederi ſe putabat, reſcribendo: *quod modo hoſtis invaſerat contempſeratque. cujus pulſi &c.* Sed non placet, quia mox pluraliter ſubjicitur, *ergo ſuſtulerant*. Nec ſane vir doctiſſ. mentem auctoris ſatis aſſecutus fuiſſe videtur. Ad *Domitiani* tempora hæc referri debent, cui triumphus ſemper fuit victoriæ loco etiamſi ut plurimum re male geſta redierit. Hæc ſententia, & pro eâ reformari poſſit: *cujus non pulſi*. Ita aliquando *Lipſius*, ſed poſtea non placuit, & de medela deſperavit. *Gronovius* itaque, ut tandem reſtitueretur, quatuor codices MSS. conſuluit: in quibus non nota modo ſed prorſus lacuna erat: carebant enim his verbis: *peperere, quod modo hoſtis invaſerant contempſerantque*. Contra quos tamen ſtavet aliis, unde hæc primum ſunt edita: nam ſi quis audaculus ea ſubdidiſſet, ſequentium utique illis quocunque modo aptandorum & curam habuiſſet. Contextum autem orationis carere illis non poſſe ex dictis codd conſtat. Membranaceus Archiepiſcopi *Salisburgenſis*: *qui hoc ipſum imperium quoniam imperatoris, cujus pulſi fugatique non aliud majus habebatur indicium, quam ſi triumpharet*. Eodemque modo *Bavaricus Monacienſis*, niſi quod deerat vox *imperatoris*. At *Veneti*, alter D. *Marci*: *quam imperatorem cujus pulſi &c.* alter D. *Antonii*; *qm. imp. cujus pulſi*: dein uterque, *triumphanti*. Hinc ergo parva mutatione reſtituendum: *Num hos proximos divinitate parentum deſides ac ſuperbos potius quam illos veteres*

aliud [1] magis habebatur indicium, [2] quam quod triumpharetur. Ergo ſuſtulerant animos, & jugum excuſſerant: nec jam nobiſcum de ſua libertate, ſed de noſtra ſervitute, certabant: ac ne inducias quidem, [3] niſi æquis conditionibus inibant: legeſque ut acciperent, dabant.

XII. At nunc rediit [4] omnibus terror & metus, & votum imperata faciendi. Vident enim Romanum ducem unum ex illis veteribus & priſcis, quibus imperatorium nomen addebant contecti cædibus campi, & infecta victoriis maria. Accipimus obſides ergo, non emimus: nec ingentibus damnis immenſiſque muneribus [5] paciſcimur, ut vicerimus. rogant, ſupplicant, largimur, negamus. utrumque ex imperii majeſtate. Agunt gratias qui impetraverunt. non audent queri quibus negatum eſt. An audeant, qui ſciant te aſſediſſe ferociſſimis populis eo ipſo tempore, quod amiciſſimum illis, difficilimum nobis, quum Danubius ripas gelu jungit, duratuſque glacie ingentia tergo bella tranſportat: quum feræ gentes non telis magis quam ſuo cœlo, ſuo ſidere armantur? Sed ubi in proximo tu, non ſecus ac ſi mutatæ temporum vices eſſent, illi quidem latibulis ſuis clauſi tenebantur, noſtra agmina percurſare ripas, & aliena occaſione ſi permitteres uti, ultroque hyemem ſuam barbaris inferre gaudebant.

XIII. Hæc tibi apud hoſtes veneratio. Quid apud milites, quam admirationem quemadmodum comparaſti, quum tecum inediam, tecum ferrent ſitim? quum in illa meditatione campeſtri, militaribus turmis imperatorium pulverem ſudoremque miſceres? nihil à cæteris, niſi robore ac præſtantia, differens, quum libero Marte, nunc cominus tela [6] vibrares, nunc [7] vibrata ſuſciperes, alacer virtute militum, & lætus, quoties aut caſſidi tuæ aut clypeo gravior ictus incideret? Laudabas quippe [8] ipſe ferientes, hortabariſque ut auderent:

tores & antiquos amularis, qui hoc ipſum imperium peperere? quod modo hoſtes invaſerant contempſerantque, quoniam imperabatis, cujus pulſi fugatique non aliud majus habebatur indicium, quam ſi triumpharet. Hoc eſt *Domitianus.* Vides ſententiam plenam & argutam & optime cum illis, quæ præmittuntur, tum illis, quæ ſubjiciuntur, reſpondentem. Quod ſi, quæ dixit *Gronovius* ſibi non apparuiſſe, ubique deſiderarentur, poterat brevius ita fieri: *Num hos proximos divinitate patentum deſides ac ſuperbos potius quam illos veteres & antiquos amularis? num hunc ipſum imperatorem, cujus pulſi fugatique.* Vide *Gronovii* Obſervat. 1 Majus *Vulg.* 2 Quam ſi tr. *Ald. Vulg.* Nonnulli item libri habent, *quam ſi ab illo tr.* falſo, magiſque tunc, *de illo.* 3 Alterutram hanc vocem expungit *Lipſius* legitque; *ac ne inducias quidem aquis conditionibus*; vel, *inducias quidem, niſi conditionibus.* 4 *Lipſius* legeret: *omnibus terris & metus &*, niſi quod infra: *Neque enim adhuc ignavia ceſſavimus: terror & metus monebant à rep. animos averteremus.* 5 Aliter ſic diſtinguitur: *paciſcimur: ut vicerimus, rogant, ſupplicant.* 6 Librares *Ald.* 7 *Librata* præfert *Lipſius.* 8 Deeſt *Ald.*

& audebant jam, quum ſpectator moderatorque ineuntium certamina virorum, arma componeres, tela tentares: ac [1] ſi quid durius accipienti videretur, ipſe vibrares. Quid quum ſolatium feſſis, ægris opem ferres? Non tibi moris tua inire tentoria, niſi commilitonum ante luſtraſſes: nec requiem corpori, niſi poſt omnes, dare. Hac mihi admiratione dignus imperator non videretur, ſi inter Fabricios & Scipiones & Camillos talis eſſet. Tunc enim illum imitationis ardor, ſemperque melior aliquis accenderet: poſtquam vero ſtudium armorum à manibus ad oculos, ad voluptatem à labore tranſlatum eſt, poſtquam exercitationibus noſtris non [2] veteranorum aliquis, cui decus muralis aut civica, ſed Græculus magiſter aſſiſtit, quam magnum eſt [3] unum" ex omnibus patrio more patria virtute lætari, & ſine æmulo, ac ſine exemplo ſecum certare, ſecum contendere: ac ſicut imperat ſolus, ſolum ita eſſe qui debeat imperare?

XIV. Nonne incunabula hæc tibi Cæſar, & rudimenta, quum puer admodum Parthica lauro gloriam patris [4] augeres, nomenque Germanici jam tum mererere? quum ferociam ſuperbiamque Parthorum ex proximo auditus magno terrore cohiberes? Rhenumque & Euphratem admirationis tuæ [5] fama conjungeres? quum orbem terrarum non pedibus magis quam laudibus peragrares? apud eos ſemper major & clarior quibus poſtea contigiſſes? Et necdum imperator, necdum dei filius eras. [6] Germaniamque cum plurimæ gentes, ac prope infinita vaſtitas interjacentis ſoli, tum Pyrenæus, Alpes, immenſique alii montes, niſi his compararentur, muniunt dirimuntque, per hoc omne ſpatium quum legiones duceres, ſeu potius (tanta velocitas erat) raperes: non vehiculum unquam, non equum reſpexiſti. Levis hic, [7] non ſubſidium itineris, ſed decus, & cum cæteris ſubſequebatur, ut cujus nullus tibi uſus, niſi quum die ſtativorum proximum campum alacritate, [8] diſcurſu, pulvere attolleres. Initium laboris mirer, an finem? [9] multum eſt quod perſeveraſti, plus tamen quod non timuiſti ne perſeverare non poſſes. Nec dubito quin ille, qui te inter [10] illa Germaniæ bella ab Hiſpania uſque, ut validiſſimum præſidium exciverat, iners ipſe, alieniſque virtuttbus tunc quoque invidus imperator, quum ope earum

1 Ita legit *Ritterſhuſius* pro *ſi quid*. 2 Conveteranorum *Scal.* 3 Deeſt *Ald.* 4 Ita *Lipſius*: vulgò *augens*. 5 Societate *Vulg.* 6 Deeſſe aliquid, quod præceſſerit, plures conſent. *Jac. de la Baune Hiſpaniam* id ſupplere judicat, unde avitus *Trajanus* à *Domitiano*, Pyrenæum & Alpes celerrimo curſu pertranſierit. *Lipſius* aliter: dicit quippe *Germaniam* late ſumptam, *Gallias* etiam antiquitus comprehendiſſe. Confutatur tamen à *Cluverio* [in Germ. antiq. p. 94. l. 73.] quem adeas. 7 Sed non *Scal.* 8 Diſcurſo *Scal.* 9 Multumque *Vulg.* 10 Ipſa *Vulg.*

indige-

indigeret, tantam admirationem tui, non ſine quodam timore conceperit, quantam ille genitus Jove poſt [1] lævos" labores, duraque imperia regi ſuo indomitus ſemper indefeſſuſque referebat: quum aliis ſuper alias expeditionibus [2] munere alio dignus invenireris.

XV. Tribunus vero disjunctiſſimas terras, teneris adhuc annis, viri firmitate luſtraſti: jam tunc [3] præmonente fortuna, ut diu [4] penitus perdiſceres, quæ mox præcipere deberes. Neque enim proſpexiſſe caſtra, brevemque militiam quaſi tranſiſſe contentus, ita egiſti tribunum, ut eſſe ſtatim dux poſſes, nihilque diſcendum haberes tempore docendi. Cognoviſti per ſtipendia decem, mores gentium, regionum ſitus, opportunitates locorum, & diverſam aquarum cœlique temperiem, ut patrios fontes, patriumque ſidus ferre conſueſti: quoties equos, quoties emerita arma mutaſti? Veniet ergo tempus, quo poſteri viſere, viſendum tradere minoribus ſuis geſtient, quis ſudores tuos hauſerit campus, quæ refectiones tuas arbores, quæ ſomnum ſaxa prætexerint, quod denique tectum magnus hoſpes impleveris, ut tunc ipſi tibi ingentium ducum ſacra veſtigia iiſdem in locis [5] monſtrabantur. Verum hæc olim, in præſentia quidem quiſquis paulo vetuſtior miles, hic te commilitone cenſetur. Quotus enim quiſque cujus tu non ante commilito quam imperator? Inde eſt quod prope omnes nomine appellas, quod ſingulorum fortia facta commemoras: [6] nec habent adnumeranda tibi pro republica vulnera, quibus ſtatim laudator & teſtis contigiſti.

XVI. Sed [7] magis prædicanda moderatio tua, quod innutritus bellicis laudibus, pacem amas: nec quia vel pater tibi triumphalis, vel adoptionis tuæ die dicata Capitolino Jovi laurus, idcirco ex occaſione omni quæris triumphos, non times bella, nec provocas. Magnum eſt, imperator Auguſte, magnum eſt ſtare in Danubii ripa, ſi tranſeas, certum triumphi; nec decertare cupere cum recuſantibus: quorum alterum fortitudine, alterum moderatione efficitur. Nam ut ipſe nolis pugnare, moderatio: fortitudo tua præſtat, ut neque hoſtes tui velint. Accipiet ergo aliquando Capitolium non [8] inanes currus, nec falſæ ſimulacra victoriæ, ſed [9] imperatorem veram ac ſolidam gloriam reportantem, [10] pacem", tranquillitatem, & tam confeſſa hoſtium obſequia, ut vincendus nemo fuerit. pulcrius hoc omnibus triumphis, neque enim unquam niſi

1 Deeſt *Ald.* 2 Itinere illo *Ald. Vulg.* 3 Præmuniente *vel* præmonente *Lipſ.* ſed nihil mutandum 4 Penituſque *Vulg.* 5 Monſtrabuntur *Ald.* 6 Hæc hab. *Ald. Vulg.* 7 Tanto mag. pr. eſt mod. *Vulg.* 8 Annotat *Livinejus* in veteri codice legi *inimicos*, unde *mimicos* eruit ingenioſe. 9 Sic ſcribend. indicavit *Lipſ.* non, ut vulgo, *imperatore* & *reportante.* 10 Deeſt *Ald. Steph.*

ex

ex contemptu imperii noſtri factum eſt, ut [1] vinceremus. Quod ſi quis barbarus rex eo inſolentiæ furoriſque proceſſerit, ut iram tuam indignationemque mereatur, næ ille, ſive interfuſo mari, ſeu fluminibus immenſis, ſeu præcipiti monte defenditur, omnia hæc tam prona tamque cedentia virtutibus tuis ſentiet, ut ſubſediſſe montes, flumina exaruiſſe, interceptum mare, [2] illataſque ſibi non eſſe claſſes noſtras, ſed terras ipſas arbitretur.

XVII. Videor jam cernere non ſpoliis provinciarum, & extorto ſociis auro, ſed [3] hoſtilibus armis, captorumque regum catenis triumphum gravem. Videor ingentia ducum nomina, nec indecora nominibus corpora [4] noſcitare. Videor [5] intueri immanibus auſis barbarorum onuſta fercula, & ſua quemque [6] facta vinctis manibus ſequentem, mox ipſum te ſublimem inſtantemque curru domitarum gentium tergo, ante currum autem clypeos quos ipſe perfoderis. Nec tibi optima defuerint, ſi quis regum venire in manus audeat: nec modo telorum tuorum, ſed etiam oculorum minarumque conjectum, toto campo totoque exercitu oppoſito, perhorreſcat. Meruiſti proxima moderatione, ut, quandocunque te vel inferre vel propulſare bellum coëgerit imperii dignitas, non ideo viciſſe videaris ut triumphares, ſed triumphare quia viceris.

XVIII. Aliud ex alio mihi occurrit. Quam ſpecioſum [7] eſt, quod diſciplinam caſtrorum lapſam exſtinctamque refoviſti, depulſo prioris ſæculi malo, inertia, & contumacia, & dedignatione parendi! Tutum eſt reverentiam, tutum caritatem mereri. Nec ducum quiſquam, aut non amari à militibus, aut amari timet: & inde offenſæ gratiæque pariter ſecuri inſtant operibus, adſunt exercitationibus, arma, [8] mœnia, viros aptant. Quippe non is princeps qui ſibi imminere, ſibi intendi putet quod in hoſtes paretur: quæ perſuaſio fuit illorum, qui, hoſtilia quum facerent, timebant. Eodem ergo tempore militaria ſtudia, nec animos modo, ſed & corpora ipſa langueſcere, gladios etiam incuria hebetari retundique gaudebant. Duces porro noſtri non tam regum [9] exterorum, quam

1 *Vinceremur* ſcribit *Ritterſhuſius*. Contemptus enim (inquit) non eſt cauſa victoriæ, ſed potius τῆς ἥττης. Sed diſplicet *Grutero*. Hactenus enim *Romani* terrore nominis ſui continebant hoſtem: itaque ſimulatque illorum majeſtas ſpreta, ſub principibus ſcil. inertibus; bello opus fuit, & victoria. 2 Illataſque non claſſes noſtras *Ald.* 3 Hoſtibus, armis, capt. *Vulg.* 4 Vocitare *Vulg.* 5 Intueri in manibus ſequentem, mox ipſum te &c. *Ald. Steph. Vulg.* 6 *Fata* mallet *Baudius.* 7 Eſt enim *Ald. Scal.* 8 *Livinejus*, duabus vocibus in unam contractis, pro *arma*, *mœnia* repoſuit *armamenta*. At *Lipſius* non probat. *munia* proinde potius legit. 9 Cæterorum *Vulg.*

ſuorum

ſuorum principum inſidias, nec tam hoſtium quam commilitonum manus ferrumque metuebant.

XIX. Eſt hæc natura ſyderibus, ut parva & exilia validiorum exortus obſcuret: ſimiliter imperatoris adventu legatorum dignitas inumbratur. Tu tamen major omnibus quidem eras, ſed ſine ullius diminutione major: eandem auctoritatem præſente te quiſque, quam abſente, retinebat. Quin etiam pleriſque ex eo reverentia acceſſerat, quod tu quoque illos reverebare. Itaque perinde ſummis atque infimis carus, ſic imperatorem commilitonemque miſcueras, ut ſtudium omnium laboremque & tanquam exactor intenderes, & tanquam particeps ſociuſque relevares. Felices illos, quorum fides & induſtria non per internuncios & interpretes, ſed ab ipſo te nec auribus tuis, ſed oculis, 1 probantur. Conſecuti ſunt, ut abſens quoque de abſentibus nemini magis, quam tibi, crederes.

XX. Jam te civium deſideria revocabant, amoremque caſtrorum ſuperabat caritas patriæ, iter inde placidum, ac 2 modeſtum, ut plane à pace redeuntis. Nec vero 3 ego in laudibus tuis ponam, quod adventum tuum non pater quiſquam, non maritus expavit. Affectata aliis caſtitas, tibi ingenita & innata, interque ea quæ imputare non poſſis. Nullus in exigendis vehiculis tumultus, nullum circa hoſpitia faſtidium: annona, quæ cæteris. Ad hoc, comitatus accinctus & 4 parens. diceres magnum aliquem ducem, 5 & te potiſſimum ad exercitus ire. Adeo nihil, aut certe parum intererat inter imperatorem factum, & brevi futurum. Quam diſſimilis nuper alterius principis tranſitus, ſi tamen tranſitus ille, non populatio fuit, quum abactus hoſpitum exerceret, omniaque dextra lævaque peruſta & attrita, ut ſi vis aliqua, vel ipſi illi barbari, quos fugiebat, inciderent. Perſuadendum provinciis erat illud iter, Domitiani fuiſſe, non principis. Itaque non tam pro tua gloria quam pro utilitate communi, edicto ſubjeciſti, quid in utrunque veſtrum eſſet impenſum. Aſſueſcat imperator, cum imperio calculum ponere: ſic exeat, ſic redeat, tanquam rationem redditurus. 6 edicat, quid abſumpſerit. Ita fiet, ut non abſumat quod pudeat 7 dicere: præterea futuri ptincipes, velint nolint, ſciant: 8 tanti tuum conſtat: propoſitiſque duobus exemplis meminerint, perinde conjecturam de moribus ſuis

1 Probabantur *Scal.* 2 Domeſticum & pl. *Vulg.* 3 Ergo *Ald.* 4 Parcus *Scal.* 5 Ac *Ald. Vulg.* 6 *Scriverius* corrigendum cenſuit, *Et dicat.* 7 Ita *Livinejus.* Alii *edicere.* 8 Tantum conſtat *Vulg. Livinejus* reſcribit, *tanti itum conſtat*; *Ritterſhuſ.* autem: *tanti iter tuum conſtat.* Quis finis Criticæ pruriginis? Rectum & clarum eſt ut edidimus. Sciant, inquit, poſteri, tanti tuum iter conſtitiſſe; tanti alterius.

homines esse facturos, prout hoc vel illud elegerint.

XXI. Nonne his tot tantisque meritis novos aliquos honores, novos titulos merebare? at tu etiam nomen patris patriæ recusabas. Quam longa nobis cum modestia tua pugna? quam tarde vicimus? Nomen illud, quod alii primo statim principatus die, ut imperatoris & Cæsaris receperunt, tu usque eo distulisti, donec tu quoque, beneficiorum tuorum parcissimus æstimator, jam te mereri fatereris? Itaque soli omnium contigit tibi, ut pater patriæ esses antequam fieres. Eras enim in animis, in judiciis nostris: nec publicæ pietatis intererat quid vocarere, nisi quod ingrata sibi videbatur, si te imperatorem potius vocaret & Cæsarem, quum patrem experiretur. Quod quidem nomen qua benignitate, qua indulgentia exerces! ut cum civibus tuis, quasi cum liberis parens, vivis! ut reversus imperator, qui privatus exieras, agnoscis, agnoscaris! eosdem nos, eundem te putas: par omnibus, & hoc tantum cæteris major, quo melior.

XXII. Ac primum qui dies ille, quo exspectatus desideratusque urbem tuam ingressus es? Jam hoc ipsum, quod ingressus es, quam mirum lætumque? Nam priores invehi & importari solebant: non dico quadrijugo curru, & albentibus equis, sed humeris hominum, [1] quod arrogantius erat": tu sola corporis proceritate elatior aliis & excelsior, non de patientia nostra quendam triumphum, sed de superbia principum egisti. Ergo non ætas quenquam, [2] non valetudo, non sexus retardavit, quominus oculos insolito spectaculo impleret. Te parvuli noscere, ostentare juvenes, mirari senes, ægri quoque, neglecto medentium imperio, ad conspectum tui, quasi ad [3] salutem sanitatemque, prorepere. Inde alii se satis vixisse te viso, te recepto: alii nunc magis esse vivendum prædicabant. Fœminas etiam tunc fœcunditatis suæ maxima voluptas subiit, quum cernerent cui principi cives, cui imperatori milites peperissent. Videres referta tecta ac laborantia, ac ne eum quidem vacantem locum, qui nonnisi suspensum & instabile vestigium caperet. Oppletas undique vias, angustumque tramitem relictum tibi: alacrem hinc atque inde populum. ubique par gaudium paremque clamorem. tam [4] æqualiter ab omnibus ex adventu tuo lætitia percepta est, quam omnibus venisti: quæ tamen ipsa cum ingressu tuo crevit, ac prope in singulos gradus adaucta est.

XXIII. Gratum erat cunctis, quod senatum osculo exciperes, ut dimissus osculo fueras: gratum, quod equestris ordinis decora honore nominum sine monitore signares: gratum, quod

1 Voces istæ ab interprete aliquo manâsse videntur. 2 Nova *Vulg.* | 3 Salutem sui san. *Seal.* 4 Æqualis ab *Vulg.*

8 tantum

1 tantum non ultro clientibus ſalutatis, quaſdam familiaritatis notas adderes: gratius tamen, quod ſenſim & placide, & quantum reſpectantium turba pateretur, incederes, quod occurſantium populus te quoque, te 2 immo maxime, aſtaret: quod primo ſtatim die latus tuum crederes omnibus, neque enim ſtipatus ſatellitum manu, ſed circumfuſus undique, nunc ſenatus, nunc equeſtris ordinis flore, prout alterutrum frequentiæ genus invaluiſſet, ſilentes quietoſque lictores tuos ſubſequebare. Nam milites nihil à plebe habitu, tranquillitate, modeſtia differebant. Ubi vero cœpiſti Capitolium aſcendere, quam læta omnibus adoptionis tuæ recordatio! quam peculiare gaudium eorum, qui te primi 3 eodem loco ſalutaverant imperatorem! quin etiam, deum ipſum 4 tuum præcipuam voluptatem operis ſui percepiſſe crediderim. Ut quidem iiſdem veſtigiis inſtitiſti, quibus parens tuus ingens illud deorum 5 prolaturus arcanum, quæ circumſtantium gaudia! quam 6 recens clamor! quam 7 ſimilis illi dies, qui hunc genuit diem! ut plena altaribus, auguſta victimis cuncta! ut in unius 8 ſalutem collata omnium vota! quum ſibi ſe, ac liberis ſuis, intelligerent precari quæ pro te precarentur. Inde tu in palatium quidem, ſed eo vultu, ſed ea moderatione, ut ſi privatam domum peteres; cæteri ad penates ſuos, quiſque iteraturus gaudii fidem, ubi nulla neceſſitas gaudendi eſt.

XXIV. Oneraſſet alium ejuſmodi introitus: tu quotidie admirabilior & melior: talis denique, quales alii principes futuros ſe tantum pollicentur. Solum ergo te commendat augetque temporis ſpatium. Junxiſti enim ac miſcuiſti 9 res diverſiſſimas, ſecuritatem olim imperantis, & incipientis pudorem. Non tu civium amplexus ad pedes tuos deprimis, nec oſculum manu reddis. Manet imperatori quæ 10 prior oris humanitas, dextræ verecundia. Incedebas pedibus, incedis: lætabaris labore, lætaris: 11 eademque omnia illa circa te, nihil in ipſo te fortuna mutavit. Liberum eſt, ingredien-

1 Tantum ultro *Ald. Vulg.* 2 Probe *immo*, nec moverim. Sed amicus quidam doctus *Livineji*, *in imo* probabat, id eſt, in plano, ut infra *Plinius*: *devexus in planum.* 3 Eodemque loco ſalutarint imp. *Vulg.* 4 Tunc *Vulg.* 5 Ploraturus *Vulg.* 6 *Repens* ex conjecturâ *Lipſii*. Sed nil mutat. 7 Clarius (*Livineji* judicio) dixiſſet, *ſimilis illi diei, qui hunc gen. dies.* 8 Salute *Ald. Vulg.* 9 Res olim diverſiſ., ſec. imp. &c. *Vulg.* Male. 10 Ita *Lipſius* ex *Cuſpiniani* cod. ſupplevit, ut ad ſuperiora referatur. Nam ore oſculum reddere, humanitas eſt; dextram non offerre, verecundia. Vulg. legitur: *q. prior hum., d. v.* 11 Vide (inquit *Lipſ.*) ne argutius veriuſque: *eademque omnia. Ita circa te, nihil in ipſo te fortuna mutavit. Grut.* conjicit emendand. *eademque qua omnia circa te, nihil ipſum te fort. mut.*

te per publicum principe, ſubſiſtere, occurrere, comitari, præterire: ambulas inter nos, non quaſi [1] contingas: & copiam tui, non ut imputes, facis. Hæret lateri tuo quiſquis acceſſit: finemque ſermoni ſuus cuique pudor, non tua ſuperbia, facit. Regimur quidem à te, & ſubjecti tibi, ſed quemadmodum legibus, ſumus. Nam & illæ cupiditates noſtras libidineſque moderantur, nobiſcum tamen & inter nos verſantur. Emines, excellis, ut honor, ut poteſtas, quæ ſuper homines quidem, hominum ſunt tamen. Ante te principes, faſtidio noſtri, & quodam æqualitatis metu, uſum pedum amiſerant. Illos ergo humeri cerviceſque ſervorum ſuper ora noſtra: te fama, te gloria, te civium pietas, te libertas ſuper ipſos principes vehunt; te ad ſidera [2] tollit humus, ita communis & confuſa principis veſtigia.

XXV. Nec vereor P. C. ne longior videar, quum ſit maxime optandum, ut ea, pro quibus aguntur principi gratiæ, multa ſint: quæ quidem reverentius fuerit integra illibataque cogitationibus veſtris reſervari, quam carptim breviterque perſtringi: quia fere ſequitur, ut illa quidem de quibus taceas, tanta quanta ſunt eſſe videantur. Niſi vero leviter attingi placet, locupletatas tribus, datumque congiarium populo, & datum totum, quum donativi partem milites accepiſſent. An mediocris animi eſt, his potius repræſentare, quibus magis negari poteſt? quamquam in hac quoque diverſitate æqualitatis ratio ſervata eſt. Æquati ſunt enim populo milites, eo quod partem, ſed [3] priores. populus militibus, quod poſterior, ſed totum ſtatim accepit. Enim vero qua benignitate diviſum eſt? [4] quantæ curæ tibi fuit, ne quis expers liberalitatis tuæ fieret? Datum eſt [5] his, qui poſt edictum tuum in locum eraſorum ſubditi fuerant: æquatique ſunt cæteris illi etiam, quibus non erat promiſſum. Negotiis aliquis, valetudine alius, hic mari, ille fluminibus diſtinebatur: [6] exſpectatum eſt proviſumque, ne quis æger, ne quis occupatus, ne quis denique longe fuiſſet: veniret quiſque quum vellet: veniret quiſque quum poſſet. Magnificum, Cæſar, & tuum, disjunctiſſimas terras munificentiæ ingenio velut admovere, immenſaque ſpatia liberalitate contrahere: intercedere caſi-

1 Contingat *Vulg.* Male hîc *Lipſius* legendum cenſuit: *Inter nos, nos quaſi contingas.* Non hic mos *Plinio*, ut vocum ſimilium puerili captatione laudem affectet. Plures emendant, ut nos edidimus. Quibus tamen *Gruterus* non acquieſcit, ut videre eſt in ſuſpicionum ejus libellis. 2 Tollunt humo. Ita communia &c. *Scal.* Ego *Lipſii* emendationem ſecutus ſum. *Livinejus* etiam in uno codice *communis* invenit: cæteris eſt: *tollit humus, ita communia &c. Livin.* item *iſtâ*, quàm *ita* mavult legi. 3 Prior eſt *Scal.* Priorem *Vulg.* 4 Quantæque curæ *Vulg.* 5 Iis *Alii. Vulg.* 6 Exſpectatus eſt pr. *Vulg.*

bus,

bus, occurſare fortunæ, atque omni ope adniti, ne quis è plebe Romana, dante congiarium te, hominem magis ſentiret ſe fuiſſe, quam civem.

XXVI. Adventante congiarii die, obſervare principis egreſſum in publicum: inſidere [1] vias' examina infantium, [2] futuruſque populus ſolebat. Labor parentibus erat oſtentare parvulos: impoſitoſque cervicibus adulantia verba blandaſque voces edocere. Reddebant illi quæ monebantur, ac plerique [3] irritis precibus ſurdas principis aures adſtrepebant: ignarique quid rogaſſent, quid non impetraſſent, donec plane ſcirent, differebantur: [4] tu ne rogari quidem ſuſtinuiſti. Et quanquam lætiſſimum oculis tuis eſſet, conſpectu Romanæ ſobolis impleri, omnes tamen antequam te viderent [5] adirentve, recipi, [6] incidi juſſiſti, ut jam inde ab infantia parentem publicum munere educationis experirentur: creſcerent de tuo qui creſcerent tibi, alimentiſque tuis ad ſtipendia tua pervenirent, tantumque omnes uni tibi quantum parentibus ſuis quiſque deberet. Recte, Cæſar, quod ſpem Romani nominis ſumptibus tuis ſuſcipis. Nullum eſt enim magno principe, immortalitatemque merituro impendii genus dignius, quam quod erogatur in poſteros. Locupletes ad tollendos liberos ingentia præmia, & pares pœnæ cohortantur: pauperibus [7] educandi una ratio eſt bonus princeps. Hic fiducia ſui procreatos niſi larga manu fovet, auget, amplectitur, occaſum imperii, occaſum reipub. accelerat. Fruſtra [8] proceros" princeps, plebe neglecta, ut defectum corpore caput, nutaturumque inſtabili pondere tuetur. Facile eſt conjectare quod perceperis gaudium, quum te parentum, liberorum, ſenum, infantium, puerorum clamor exciperet. Hæc prima parvulorum civium vox aures tuas imbuit, quibus tu daturus alimenta hoc maximum præſtitiſti, ne rogarent. Super omnia eſt tamen, quod talis es, ut ſub te liberos tollere libeat [9] &" expediat.

XXVII. Nemo jam parens filio niſi fragilitatis humanæ vices horret; nec inter inſanabiles morbos principis ira numeratur. Magnum [10] quidem eſt educandi incitamentum, tollere liberos in ſpem alimentorum, in ſpem congiariorum: majus tamen, in ſpem libertatis, in ſpem ſecuritatis. Atque adeo nihil largiatur princeps, dum nihil auferat: non alat,

1 Deeſt in edd. vulg. 2 Futurus pop. *Ald.* Temere hic à quibuſd. repoſitum, *fruituruſque pop.* 3 Invitis *Vulg.* 4 Tum rogari *Seal.* 5 Audirentve. *Vulg.* 6 *Indici* placet nonnullis. 7 Supple, *libros. Viennenſis* ita editio, quam *Gruterus* laudat: aliæ *educandu.* 8 Deeſt in ed. *Elzevirianâ.* Fruſtraque princ. *Vulg.* Fruſtraque priores *Seal.* 9 Deeſt *Ald.* 10 Quidam *Vulg.*

dum

dum non occidat: nec deerunt qui filios concupiſcant. Contra, largiatur & auferat, alat & occidat, næ ille [1] in tam brevi tempore effecerit, ut omnes non poſterorum modo, ſed ſui parentumque pœniteat. Quocirca nihil magis in tua tota liberalitate laudaverim, quam quod congiarium das de tuo, alimenta de tuo: neque à te liberi civium, ut ferarum catuli, ſanguine & cædibus nutriuntur: quodque gratiſſimum eſt accipientibus, ſciunt dari ſibi quod nemini eſt ereptum, locupletatiſque tam multis pauperiorem eſſe factum principem tantum: quanquam nec hunc quidem. nam cujus eſt quicquid eſt omnium, tantum ipſe quantum omnes habet.

XXVIII. Alio me vocat numeroſa gloria tua: alio autem? quaſi vero jam ſatis veneratus miratuſque ſim, quod tantam pecuniam profudiſti, non ut flagitii tibi conſcius ab inſectatione ejus averteres famam: nec ut triſtes hominum mœſtoſque ſermones lætiore materia detineres. nullam congiario culpam, nullam alimentis crudelitatem redemiſti; nec tibi benefaciendi fuit cauſa, ut quæ male feceras, impune feciſſes; amor impendio iſto, non venia quæſita eſt: populuſque Romanus obligatus à tribunali tuo, non exoratus receſſit. Obtuliſti enim congiarium gaudentibus gaudens, ſecuruſque ſecuris: quodque antea principes ad odium ſui leniendum tumentibus plebis animis objectabant, id tu tam innocens populo dediſti quam populus accepit. paulo minus, P. C. quinque millia ingenuorum fuerunt, quæ liberalitas principis noſtri conquiſivit, invenit, adſcivit: hi ſubſidium bellorum, ornamentum pacis, publicis ſumptibus aluntur, patriamque non ut patriam tantum, verum ut altricem amare condiſcunt. Ex his caſtra, ex his tribus replebuntur; ex his quandoque naſcentur, quibus alimentis opus non ſit. Dent tibi, Cæſar, ætatem Dii quam mereris, ſerventque animum quem dederunt: & quando majorem infantium turbam iterum atque iterum [2] videbis incidi (augetur enim quotidie & creſcit, non quia cariores parentibus liberi, ſed quia principi cives) dabis congiaria ſi voles, præſtabis alimenta ſi voles; illi tamen propter te naſcuntur.

XXIX. [3] Inſtar ego perpetui congiarii [4] reor affluentiam annonæ. Hujus aliquando cura Pompejo non minus addidit gloriæ, quam pulſus ambitus campo, exactus hoſtis mari,

1 Sic plures & optimi libri. Livin. *inquam brevi*: Boxh. *tam brevi*, dempta præpoſitione, quam aufert etiam *Buchnerus*, *quam brevi* legens in Lex. ad *Quam*. *Ritterſhuſ.* legit *in brevi temp.* 2 Jubebis *Scal.* 3 Inſtat *Vulg.* *Lipſius* ſuſpicatur de hiatu aliquo, nec ſatis hærent; etſi fatetur tamen appoſite congiariis annonam ſubtexi, ut quæ pariter liberalitatem tangit: ſed verba aliqua abſunt quibus decore eo tranſierit. 4 Reos *Vulg.*

oriens

oriens triumphis occidenſque luſtratus. Nec vero ille civilius 1 quam parens noſter, auctoritate, conſilio, fide recluſit vias, portus patefecit, itinera terris, littoribus mare, littora mari reddidit, diverſaſque gentes ita commercio miſcuit, ut quod genitum eſſet uſquam, id apud omnes natum eſſe videretur. Nonne cernere datur, ut ſine ullius iujuria omnis uſibus noſtris 2 annus exuberet? quippe non, ut ex hoſtico raptæ perituræque in horreis meſſes, nequicquam quiritantibus ſociis, auferuntur. Devehunt ipſi quod terra genuit, quod ſydus aluit, quod annus tulit, nec novis indictionibus preſſi ad vetera tributa deficiunt. Emit fiſcus quicquid 3 videtur emere: inde copiæ, inde annona, de qua inter licentem vendentemque conveniat: inde hîc ſatietas, nec fames uſquam.

XXX. Ægyptus alendis augendiſque ſeminibus ita gloriata eſt, ut nihil imbribus cœloque deberet: ſiquidem proprio ſemper amne perfuſa, nec alio genere aquarum ſolita pingueſcere, quam quas ipſe devexerat, tantis ſegetibus induebatur, ut cum feraciſſimis terris, quaſi nunquam ceſſura, certaret: hæc inopina ſiccitate 4 uſque ad injuriam ſterilitatis exaruit, quia piger Nilus cunctanter alveo ſeſe ac languide extulerat, ingentibus quoque tunc quidem 5 ille fluminibus, fluminibus tamen conferendus. Hinc pars magna terrarum 6 mergi palanti amne conſueta alto pulvere incanduit. fruſtra tunc Ægyptus nubila optavit, cœlumque reſpexit, quum ipſe fœcunditatis parens contractior & exilior iiſdem ubertatem ejus anni anguſtiis quibus abundantiam ſuam cohibuiſſet. Neque enim ſolum vagus ille 7 expanditor amnis intra uſurpata ſemper collium ſubſtiterat atque hæſerat, ſed ſupino etiam ac 8 detinenti ſolo, 9non placido ſe mollique lapſu refugum abſtulerat: & necdum ſatis humentes terras 10 addiderat arentibus. Igitur inundatione, id eſt, ubertate, regio fraudata, ſic opem Cæſaris invocavit, ut ſolet amnem ſuum: nec longius illi adverſorum fuit ſpatium quam dum nunciat. Tam velox, Cæſar, potentia tua eſt, tamque in omnia pariter intenta bo-

1 Quem *Vulg.* 2 Annuis *Vulg.* 3 Aberrant mente *Plinii*, qui *jubetur* hîc emendant. 4 Alii malunt *uſque in.* 5 Ita *Livinejus* ex duobus codd. optimis. Vulgo: *ille fluminibus conferendus.* 6 Ita editi fere omnes. *Mergi ſpargenti amne* Scal. In vet. cod. *Levineji: mergere parique amne*, unde ille conjicit, *mergi reparique amne.* 7 *Lipſius* cum *Virdungo* ſuſpicatur *exſpatiator* legendum. *Ritterſh. & ſpatiator.* In cod v. *Livineji expandatur* ſcriptum eſt. Unde ille reponebat *& palator.* nam veriſimile eſt in lib. principe fuiſſe, *& palantor*, ſupra picta, quæ vocalem longam indicaret, nota, ſed ab imperito librario ſic accepta, ut ſi *in* valeret. Quod ipſum in *totiens, quotiens, vicenſimus*, & ſimilibus eveniſſe docti obſervarunt. 8 *Detumenti* malit *Lipſ.* 9 Iſtud *non* à multis libris abeſt, quod tamen *Sich.* legit, & ex ſubſequente *necdum* tuetur *Livinejus.* 10 Male qui *abdiderat* legunt.

nitas

nitas & accincta, ut triſtius aliquid ſæculo tuo paſſis ad remedium ſalutemque ſufficiat, ut ſcias.

XXXI. Omnibus equidem gentibus fertiles annos gratasque terras precor: crediderim tamen per hunc Ægypti ſtatum tuas fortunam vires experiri, tuamque vigilantiam [1] exſpectare voluiſſe. Nam quum omnia ubique ſecunda merearis, nonne manifeſtum eſt, ſi quid adverſi cadat, tuis laudibus, tuiſque virtutibus materiem campumque proſterni: quum ſecunda felices, adverſa magnos [2] probent? Percrebuerat antiquitus, urbem noſtram niſi opibus Ægypti ali ſuſtentarique non poſſe: ſuperbiebat ventoſa & inſolens natio, quod victorem quidem populum paſceret tamen, quodque in ſuo flumine, in ſuis [3] manibus vel abundantia noſtra vel fames eſſet. Refudimus Nilo ſuas copias: recepit frumenta quæ miſerat, deportataſque meſſes revexit. Diſcat igitur Ægyptus, credatque experimento, non alimenta ſe nobis, ſed tributa præſtare: ſciat ſe non eſſe P. R. neceſſariam, & [4] tamen ſerviat. Poſt hæc, ſi volet Nilus, amet alveum ſuum, & fluminis modum ſervet: nihil hoc ad urbem, ac ne ad Ægyptum quidem, niſi ut inde navigia inania & vacua & ſimilia redeuntibus, hinc plena & onuſta & qualia ſolent venire, mittantur, converſoque munere maris, hinc potius venti ferentes & brevis curſus optentur. Mirum, Cæſar, videretur, ſi deſidem Ægyptum, ceſſantemque Nilum non ſenſiſſet urbis annona, quæ tuis opibus, tua cura uſque illuc redundavit, ut ſimul probaretur, & nos Ægypto poſſe, & nobis Ægyptum carere non poſſe. Actum erat de fœcundiſſima gente, ſi libera fuiſſet: pudebat ſterilitatis inſolitæ, nec minus erubeſcebat fame [5] qua torquebatur, quum pariter à te neceſſitatibus ejus pudorique ſubventum eſt. Stupebant agricolæ plena horrea quæ non ipſi referſiſſent, quibus de campis illa ſubvecta meſſis, quave in Ægypti parte alius [6] amnis. Ita beneficio tuo, nec maligna tellus, & obſequens Nilus Ægypto quidem ſæpe, ſed gloriæ noſtræ nunquam largior fluxit.

XXXII. Quam nunc juvat, provincias omnes in fidem, noſtram ditionemque veniſſe, poſtquam contigit princeps [7] terrarum, qui fœcunditatem nunc huc nunc illuc, ut tempus & neceſſitas poſceret, transferret referretque: qui diremptam mari gentem, ut partem aliquam populi plebiſque Romanæ,

1 Idem quod *ſpectare*, quod genuinum *Lipſio* videtur: ſed alterum in omnibus membranis, quas *Gruter.* volvere contigit. 2 Præbent *Vulg.* 3 *Navibus* ex ingenio *Livineji*, ſed libris deſtituitur. nec incommoda lectio vulgata. 4 *Tantum ſerviat*, ingenio *Livineji*, quod *Lipſius* probat. 5 Quam *Ald. Vulg.* 6 *Lipſius* legit *annus* male. 7 Qui terrarum fœcunditatem *Vulg.*

aleret

aleret ac tueretur? Et cœlo quidem nunquam benignitas tanta, ut omnes ſimul terras uberet foveatque. Hic omnibus pariter, ſi non ſterilitatem, at mala ſterilitatis exturbat: hic ſi non fœcunditatem, at bona fœcunditatis importat: hic [1] æternis commeatibus orientem occidentemque connectit, ut quæ ubique [2] ſeruntur, quæque expetuntur, omnes gentes invicem capiant, & diſcant quanto libertate diſcordi [3] ſervientibus ſit utilius unum eſſe cui ſerviant. Quippe diſcretis quidem bonis omnium ſua cujuſque ad ſingulos mala, ſociatis autem atque permixtis ſingulorum mala ad neminem, ad omnes [4] omnium bona pertinent. Sed ſive terris divinitas quædam, ſive aliquis [5] amnibus genius, & ſolum illud & flumen ipſum precor, ut hac principis benignitate contentum, molli gremio ſemina recondat, multiplicata reſtituat. Non equidem repoſcimus fœnus, [6] putet tamen eſſe ſolvendum, fallacemque unius anni fidem omnibus annis, omnibuſque poſtea ſæculis, tanto magis quia non exigimus, excuſet.

XXXIII. Satisfactum qua civium, qua ſociorum utilitatibus. Viſum eſt ſpectaculum inde non enerve, nec fluxum, nec quod animos virorum molliret & frangeret, ſed quod ad pulcra vulnera contemptumque mortis accenderet: quum in ſervorum etiam noxiorumque corporibus amor laudis & cupido victoriæ cerneretur. Quam deinde in edendo liberalitatem, quam juſtitiam exhibuit, omni affectione aut intactus, aut major? Impetratum eſt, quod poſtulabatur: oblatum, quod non poſtulabatur. inſtitit ultro, & ut concupiſceremus admonuit: ac ſic quoque plura inopinata, plura ſubita. Jam quam libera ſpectantium ſtudia, quam ſecurus favor? Nemini impietas, ut ſolebat, objecta, quod odiſſet gladiatorem: nemo [7] ſpectator ſpectaculum factus, miſeras voluptates unco & ignibus expiavit. Demens ille, verique honoris ignarus, qui crimina majeſtatis in arena colligebat, ac ſe deſpici & contemni, niſi etiam gladiatores ejus veneraremur, ſibi male dici, in illis ſuam divinitatem, ſuum numen violari interpretabatur: quum ſe idem quod deos, idem gladiatores quod ſe putabat.

XXXIV. At tu Cæſar, quam pulcrum ſpectaculum pro illo nobis exſecrabili reddidiſti? Vidimus [8] delatorum agmen inductum, quaſi graſſatorum, quaſi latronum: non ſolitudi-

1 Alternis *Lipſ.* 2 Ita cum *Lipſio* ſcribo. Vulg. *feruntur.* Aliter autem legitur: *ferunt, quoque expetunt opes gentes.* 3 Sævientibus *Lipſius.* 4 Omnia *Vulg.* 5 Omnibus *Vulg.* 6 Putes *Vulg.* 7 In vet. cod. *Livineji*: *nemo a ſpectatore ſpectac. factus.* 8 Ita legendum eſſe inter alios monuerunt *Lipſius* [in not. ad Tacit. Ann] & *Tet. Faber.* [Semeſtr. l. II, p. 266.] vulgo enim: *del. judicium. q. gr. q. latronum: non ſolitudinem illi noviter, ſed templum &c.*

nem illi, non iter, ſed templum, ſed forum inſederant. nulla jam [1] teſtamenta ſecura, nullus ſtatus certus: non orbitas, non liberi proderant. Auxerat hoc malum principum avaritia. Advertiſti oculos, atque ut ante caſtris, ita poſtea pacem ſoro reddidiſti: excidiſti inteſtinum malum: & provida ſeveritate caviſti, ne fundata legibus civitas everſa legibus videretur. Licet ergo cum fortuna tum liberalitas tua viſenda nobis præbuerit, ut præbuit, nunc ingentia robora virorum, & pares animos, [2] nunc immanitatem ferarum, nunc manſuetudinem incognitam, nunc ſecretas illas & arcanas, ac ſub te primum communes, opes: nihil tamen gratius, nihil ſæculo dignius, quam quod contigit deſuper intueri delatorum ſupina ora, retortaſque cervices. Agnoſcebamus & fruebamur, quum velut piaculares publicæ ſolicitudinis victimæ ſupra ſanguinem [3] noxiorum ad lenta ſupplicia gravioreſque pœnas ducerentur. Congeſti ſunt in navigia raptim conquiſita, ac tempeſtatibus dediti. abirent, fugerentque vaſtatas delationibus terras: ac, ſi quem fluctus ac procellæ ſcopulis reſervaſſent, hic nuda ſaxa & inhoſpitale littus incoleret, ageret duram & anxiam vitam, relictaque poſt tergum totius generis humani ſecuritate mœreret.

XXXV. Memoranda facies, delatorum claſſis permiſſa omnibus ventis, coactaque vela tempeſtatibus pandere, iratoſque fluctus ſequi, quoſcunque in ſcopulos detuliſſent. Juvabat proſpectare ſtatim à portu ſparſa navigia, & apud illud ipſum mare agere principi gratias, qui, clementia ſua ſalva, ultionem hominum terrarumque diis maris commendaſſet. Quantum diverſitas temporum poſſet, tum maxime cognitum eſt, quum iiſdem quibus antea cautibus innocentiſſimus quiſque, tunc nocentiſſimus [4] adfigeretur, quumque inſulas omnes, quas modo ſenatorum, jam delatorum turba compleret, quos quidem non in præſens tantum, ſed in æternum repreſſiſti, mille pœnarum indagine incluſos. Ereptum alienas pecunias eunt? [5] perdant quas habent: expellere penatibus geſtiunt? ſuis exturbentur; neque, ut antea, exſanguem illam & ferream frontem nequicquam convulnerandam præbeant punctis, & notas ſuas rideant, ſed ſpectent paria præmio damna, nec majores ſpes quam metus habeant, timeantque quantum timebantur. Ingenti quidem animo [6] Titus ſecuritati noſtræ ultionique proſpexerat, ideoque numinibus æquatus eſt: ſed quanto tu quandoque dignior cœlo, qui

1 Alii legunt *teſtimonia*. 2 Tunc *Vulg.* 3 Innoxiorum *Vulg.* Alias legitur *gladiatorum*, ut conſtat ex marg. ed. *Ald.* in Bibl. *Bodl.* 4 *Grutero* in mentem aliquando venit *adfligeretur*. 5 Perdent *Ald.* 6 Divus Titus *Ald. Steph.*

tot

tot res [1] illi adjeciſti, propter quas illum deum fecimus? Id hoc magis arduum fuit, quod imperator Nerva, te filio, te ſucceſſore digniſſimus, perquam magna quædam edicto Titi adſtruxerat, nihilque reliquiſſe tibi videbatur, qui tam multa excogitaſti, ut ſi ante te nihil eſſet inventum. Quæ ſingula quantum tibi gratiæ diſpenſata adjeciſſent? [2] tu ſimul omnia [3] profudiſti, ut ſol & dies non parte aliqua, ſed ſtatim totus, nec uni aut alteri, ſed omnibus in commune, profertur.

XXXVI. Quam juvat cernere ærarium ſilens & quietum, & quale ante delatores erat! nunc templum illud, nunc vere [4] Deus, non ſpoliarium civium, cruentarumque prædarum ſævum receptaculum, ac [5] toto in orbe terrarum adhuc locus unus, in quo, optimo principe, boni malis impares eſſent. Manet tamen honor legum, nihilque ex publica utilitate convulſum, nec pœna cuiquam remiſſa, ſed addita eſt ultio, ſolumque mutatum quod jam non delatores ſed leges timentur. At fortaſſe non eadem ſeveritate fiſcum, qua ærarium, cohibes: immo tanto majore, quanto plus tibi licere de tuo quam de publico credis. Dicitur actori atque etiam procuratori tuo; *In jus veni*; *ſequere ad tribunal.* nam tribunal quoque excogitatum [6] cruciatu eſt par cæteris, niſi illud litigatoris amplitudine metiaris. ſors & urna fiſco judicem aſſignat: licet rejicere, licet exclamare; *Hunc nolo,* [7] *timidus eſt, & bona ſæculi parum intelligit. Illum* [8] *volo,* [9] *quia Cæſarem fortiter amat.* Eodem foro utuntur principatus & libertas. [10] Quæ præcipua tua gloria eſt, ſæpius vincitur fiſcus; cujus mala cauſa nunquam eſt, niſi ſub bono principe. Ingens hoc meritum; majus illud, quod eos procuratores habes, ut plerumque cives tui non alios judices malint. Liberum eſt autem [11] diſceptanti dicere, *Nolo eum eligere*: neque enim ullam neceſſitatem muneribus tuis addis, ut qui ſcias, hanc eſſe beneficiorum principalium [12] ſummam, ſi illis & non uti licet.

XXXVII. Onera imperii, pleraque vectigalia inſtitui ut pro utilitate communi, ita ſingulorum injuriis coëgerunt. His

1 Legend. *illis*, ut monuit *Lipſ.* 2 At tu *Ald. Vulg.* 3 Nonnulli leg. *perf.* 4 *Gronovius* [obſervat. l. IV.] legit *ades.* 5 Ulcus aliquod latet, nec ſanavit *Lipſii* interpretatio, qui ſolus attigit, & quem ſequitur *Baudius.* 6 Et hæc vox crucem figit criticis. Simpliciſſime *de la Baune*: *excogitatum eſt tribunal par ſeveritate cæteris. Lipſio & Livinejo* videtur *principatui*, id eſt, pro principe, ut ibi de principis rebus ageretur, quanquam *Lipſio* prius in mentem venerit, *cura tua*, & *Livinejo*, *cur ni autem.* Nam in optimis libris legerant *cruciatui. Catanæus* autem *cruciatu* probat. 7 Fruſtra qui *tumidus* malebat, 8 Alii *nolo.* 9 Qui *Vulg.* 10 Malit *Lipſ. Quaque pr.* 11 Diſcriminis, nolo *Scal.* 12 Quidam addunt *gratiam*, quod ingratum eſt, & contra meliores libros.

vigeſima reperta eſt, tributum tolerabile, & facile hæredibus duntaxat extraneis, domeſticis grave. Itaque illis irrogatum eſt, his remiſſum: videlicet, quod manifeſtum erat quanto cum dolore laturi, ſeu potius non laturi homines eſſent, deſtringi aliquid & abradi bonis, quæ ſanguine, gentilitate, ſacrorum denique ſocietate meruiſſent, quæque nunquam ut aliena & ſperanda, ſed ut ſua ſemperque poſſeſſa, ac deinceps proximo cuique tranſmittenda [1] cepiſſent. Hæc manſuetudo legis veteribus civibus ſervabatur. novi ſeu per Latium in civitatem, ſeu beneficio principis veniſſent, niſi ſimul cognationis jura impetraſſent, alieniſſimi habebantur, quibus conjunctiſſimi fuerant. Ita maximum beneficium vertebatur in graviſſimam injuriam, civitaſque Romana inſtar erat odii, & diſcordiæ, & orbitatis, quum cariſſima pignora ſalva ipſorum pietate diſtraheret. Inveniebantur tamen quibus tantus amor nominis noſtri ineſſet, ut Romanam civitatem non vigeſimæ modo, verum etiam affinitatum damno bene compenſari putarent. ſed [2] his maxime debebat gratuita contingere, à quibus tam magno æſtimabatur. Igitur pater tuus ſanxit, ut quod ex matris ad liberos, ex liberorum bonis perveniſſet ad matrem, etiamſi [3] cognationum jura non recepiſſent quum civitatem adipiſcerentur, ejus vigeſimam ne darent. Eandem immunitatem in paternis bonis filio tribuit, ſi modo [4] reductus eſſet in patris poteſtatem: ratus, improbe & inſolenter, ac pene impie his nominibus inſeri publicanum: nec ſine piaculo quodam ſanctiſſimas neceſſitudines velut intercedente vigeſima ſcindi, nullum eſſe tanti vectigal, quod liberos ac parentes faceret extraneos.

XXXVIII. Hactenus ille: parcius fortaſſe quam decuit optimum principem, ſed non parcius quam optimum patrem, qui optimum adoptaturus, hoc quoque parentis indulgentiſſimi fecit, quod delibaſſe quædam ſeu potius demonſtraſſe contentus, largam, ac prope intactam benefaciendi materiam filio reſervavit. Statim ergo muneri ejus liberalitas tua adſtruxit ut quemadmodum in patris filius, ſic in hæreditate filii pater eſſet immunis, nec eodem momento quo pater eſſe deſiſſet, hoc quoque [5] amitteret quod fuiſſet. Egregie, Cæſar, quod lacrymas parentum vectigales eſſe non pateris. Bona filii pater ſine diminutione poſſideat, nec ſocium hæreditatis accipiat; [6] quem non habet luctus: nemo recentem & attonitam orbitatem ad computationem vocet, cogatque patrem quid reliquerit filius ſcire. Augeo, P. C. principis mu-

1 Cœpiſſent *Vulg.* 2 Iis *A'd. Vulg.* 3 Cognatiorum *Vulg.* 4 *Bongarſius* monuit *Cujacium* legere *redactus.* 5 Amitterent *Vulg.* 6 Intellige, ſocium. *Bongarſ* & *Grut.* illud *quem* laudarunt, præ vulgato *qui.*

nus,

nus, quum oſtendo liberalitati ejus ineſſe rationem. ambitio enim, & jactantia, & effuſio, & quidvis potius quam liberalitas exiſtimanda eſt, cui ratio non conſtat. Dignum ergo, imperator, manſuetudine tua, minuere orbitatis injurias, nec pati quemquam filio amiſſo inſuper affici alio dolore : ſic quoque abunde miſera res eſt, pater filio ſolus hæres : quid ſi cohæredem non à filio accipiat? Adde quod quum divus Nerva ſanxiſſet, ut in paternis bonis liberi neceſſitate vigeſimæ ſolverentur, congruens erat eandem immunitatem parentes in liberorum bonis obtinere. Cur enim poſteris amplior honor quam majoribus haberetur? curve non retro quoque recurreret æquitas eadem? Tu quidem Cæſar illam exceptionem removiſti, *ſi modo filius in poteſtate patris fuiſſet*: intuitus (opinor) vim legemque naturæ, quæ ſemper in ditione parentum eſſe liberos juſſit, nec uti inter pecudes, ſic inter homines poteſtatem & imperium valentioribus dedit.

XXXIX. Nec vero contentus primum cognationis gradum abſtuliſſe vigeſimæ, ſecundum quoque exemit, cavitque ut in ſororis bonis frater, & contra, in fratris ſoror, utque avus, avia, in neptis nepotiſque, & invicem illi ſervarentur immunes. His quoque, quibus per Latium civitas Romana patuiſſet, idem indulſit, omnibuſque inter ſe cognationum jura commiſit ſimul & pariter, & more naturæ, quæ priores principes à ſingulis rogari geſtiebant, non tam præſtandi animo quam negandi. Ex quo intelligi poteſt quantæ benignitatis, quanti ſpiritus fuerit, ſparſas, atque (ut ita dicam) laceras gentilitates colligere atque connectere, & quaſi renaſci jubere : deferre quod negabatur, atque id præſtare cunctis, quod ſæpe ſinguli non impetraſſent : poſtremo, ipſum ſibi eripere tot beneficiorum occaſiones, tam numeroſam obligandi imputandique materiam : indignum credo ei viſum, ab homine peti quod dii dediſſent. Sorores eſtis, & frater, avus, & nepotes : quid eſt ergo [1] cur egetis, ut ſitis? vobis eſtis. [2] Qui pro cætera ſua moderatione non minus invidioſum putat dare hæreditatem quam auferre. Læti ergo adite honores ; capeſſite civitatem, neminem hoc neceſſitudinis abruptum velut truncum amputatumque deſtituet : iiſdem omnes quibus ante pignoribus, ſed honeſtiores perfruentur : ac ne remotus quidem, jamque deficientis affinitatis gradus à qua-

1 Cur egetis? ut ſitis, vobis eſtis, qui pro *Scal.* Cur egetis? ut ſitis, vobis eſtis, &c. *Vulg.* In cod. vet. *Livineji, cur regitis, &c.* emendat ergo: *cur rogetis, ut ſitis? Vobis eſtis.* Et paulo ante ubi eſt, *Sorores eſtis*, emendand. putat. *Soror eſtis.*

2 Nonnulli leg. *Quin.*

libet

libet quantitate [1] vigeſimam inferre cogetur. ſtatuit enim communis omnium parens ſummam quæ publicanum pati poſſit

XL. Carebit onere vigeſimæ parva & exilis hæreditas: &, ſi ita gratus hæres volet, tota ſepulcro, tota funeri [2] ſerviet: nemo obſervator, nemo caſtigator aſſiſtet. [3] Cujuſcunque modi ea pecunia ex hæreditate alicujus obvenerit, ſecurus habeat quietuſque poſſideat. Ea lex vigeſimæ dicta eſt, ut ad periculum ejus perveniri, niſi opibus, non poſſit. Converſa eſt iniquitas in gratulationem: injuria in votum: optat hæres ut vigeſimam debeat. additum eſt ut qui ejuſmodi ex cauſis in [4] diem edicti vigeſimam deberent, nondum tamen intuliſſent, non inferrent. At in præteritum ſubvenire ne dii quidem poſſunt: tu tamen ſubveniſti, caviſtique ut deſineret quiſque debere, quod [5] non eſſet poſtea debiturus. [6] Idem feciſti ne malos principes habuiſſemus: quo ingenio, ſi natura pateretur, quam libenter tot ſpoliatis, tot trucidatis ſanguinem & bona refudiſſes? Vetuiſti exigi, quod deberi non tuo ſæculo cœperat. Alius, ut contumacibus iraſceretur, tarditatemque ſolvendi dupli, vel [7] & quadrupli irrogatione mulctaret: tu nihil referre iniquitatis exiſtimas, exigas quod deberi non oportuerit, an conſtituas ut debeatur.

XLI. [8] Feres Cæſar curam & ſolicitudinem conſularem. nam mihi cogitanti, eundem te collationes remiſiſſe, donativum reddidiſſe, congiarium obtuliſſe, delatores abegiſſe, vectigalia temperaſſe: interrogandus videris, ſatiſne computaveris imperii redditus, an tantas vires habeat frugalitas prin-

1 Vigeſimam ut prius inf. *Vulg.* 2 Servetur *Vulg.* 3 *Lipſius* & *Livinejus*: *Cujuſcunque modica pecunia alicui, &c.* Quod placet *Ritterſhuſio*, niſi quod pro *cujuſcunque modi*, malit reponere, *cujuſque modi*. 4 Idem *Vulg.* 5 Deeſt *Vulg.* 6 Obſcurum ſenſum *Gruterus* illuſtrari putat, ſi *id eſt*, pro *idem* legatur. At nulla diverſitas in exemplaribus *Livinejo* notata, niſi quod in edit. *Cuſpiniana* legeretur, *idem effeciſti*: quod veſtigium putat eſſe ſatis manifeſtum veræ lectionis. Literas proinde, quæ coaluerunt, dejungit, & obſervat, in exaratitiis libris ō nunc *em* nunc *eſt* valere; ideoque eum *Grutero idem* in *id eſt* commutat, totumque locum ſic conſtituit: *poſt debiturus, id eſt, feciſti (ſeu effeciſti) ne mal. princ. habuiſſemus (quo ingenio) ſi natura pateretur.* Singula deinde per partes illuſtrat. *Ne mal. princ. habuiſſemus* duriuſcule dixit, pro ut videri poſſemus mal. princ. non habuiſſe. Gemina phraſis & ſupra, *nequis occupatus, nequis denique longe fuiſſet*. Rurſum, *ut quæ male feceras impune tuliſſes*. *Quo ingenio* incluſit parentheſi, & notam addidit interrogationis: opinatur enim *Plinium* de induſtriâ gaviſum fuiſſe brevibus hujuſmodi inciſiunculis. Ante, *cur ni autem?* & infra iterum, *Quid ni?* Denique *ſi natura pateretur* germanum eſt cum eo, quod jam dixerat, *ne Deos quidem poſſe*. Hæc *Livinejus*. Nec ſane hæc lectio *id eſt Gruteri* & *Livineji Lipſio* diſplicuit, qui tamen exiſtimavit *Livinejum* ſequentia haud bene ordinaſſe. 7 Etiam *Vulg.* 8 Ferres *Ald.*

cipis,

cipis, ut tot impendiis, tot erogationibus ſola ſufficiat. Nam quid eſt cauſæ, cur aliis quidem, quum omnia raperent, & rapta retinerent, ut ſi nihil rapuiſſent, [1] nihil detinuiſſent, defuerint omnia: tibi, quum tam multa largiaris [2] & nihil auferas, omnia ſuperſint? Nunquam principibus defuerunt, qui, fronte gravi, & triſti ſupercilio utilitatibus fiſci contumaciter adeſſent, & erant principes ipſi ſua ſponte avidi & rapaces, & qui magiſteris non egerent: plura tamen ſemper à nobis contra nos didicerunt. ſed ad tuas aures cum cæteris omnibus, tum vel maxime avaris adulationibus obſtructus eſt aditus. Silent ergo & quieſcunt, & poſtquam non eſt cui ſuadeatur; qui ſuadeant non ſunt. Quo evenit, ut tibi cum plurimum pro [3] tuis, tum pro noſtris moribus debeamus.

XLII. Locupletabant & fiſcum & ærarium non tam Voconiæ & Juliæ leges, quam majeſtatis ſingulare & unicum crimen eorum qui crimine vacarent: hujus tu metum penitus ſuſtuliſti, contentus magnitudine, qua nulli magis caruerunt, quam qui ſibi majeſtatem vindicabant. Reddita eſt amicis fides, liberis pietas, obſequium ſervis; verentur, & parent, & dominos habent. Non enim jam ſervi principis [4] noſtri amici, ſed nos ſumus: nec pater patriæ alienis ſe mancipiis cariorem quam civibus ſuis credit. Omnes accuſatore domeſtico liberaſti, unoque ſalutis publicæ ſigno illud (ut ſic dixerim) ſervile bellum ſuſtuliſti, in quo non minus ſervis, quam dominis præſtitiſti: [5] hos enim ſecuros, illos bonos feciſti. Non vis interea laudari, neç fortaſſe laudanda ſint: grata ſunt tamen recordantibus principem illum in capita dominorum ſervos ſubornantem, monſtrantemque crimina, quæ tanquam delata puniret: magnum & inevitabile, ac toties cuique experiendum malum, quoties quiſque ſimiles principi ſervos haberet.

XLIII. In eodem genere ponendum eſt, quod teſtamenta noſtra ſecura ſunt: nec unus [6] omnium, nunc quia ſcriptus, hæres. Non tu falſis, non tu iniquis tabulis advocaris. nullius ad te iracundia, nullius impietas, nullius furor confugit: nec quia offendit alius nuncuparis, ſed quia ipſe meruiſti.

1 Legitur etiam: *nihil retinuiſſent.* In *Ald.* autem & *Steph.* & aliis quibuſd. edd. hæc verba deſiderantur. 2 Et nihil auferas, ut ſi nihil largiaris & auferas *Scal.* 3 Tuis, plus tamen pro n. *Vulg.* 4 Aliter: *noſtri nos, ſed amici ſumus.* 5 Nos *Vulg.* 6 Omnium hæres quia non ſcriptus hæres. Nunc quia non ſcriptus hæres, non tu f. *Scal. Lipſius* & *Gruterus* divinarunt: *omnium, nunquam ſcriptus hæres es. Non tu f.* & adeo probavit *Cellarius* ut in textum admiſerit. Et ſane non inficiandum argute & verè hæc *Lipſium.* Inquit enim auctor: non tu omnium hæres nunc es, ut ille *Domitianus*; qui falſo talem ſe gerebat nec cogitatum, nec ſcriptum.

Scri-

Scriberis ab amicis, ab ignotis præteriris: nihilque inter privatum & principem intereſt, niſi quod nunc à pluribus amaris: nam & plures amas. [1] Tene, Cæſar, hunc [2] curſum, & probabitur experimento, ſitne feracius & uberius, non ad laudem modo, ſed ad pecuniam principi, ſi hærede illo mori homines velint, quam ſi cogantur. Donavit pater tuus multa, & ipſe donaſti: [3] ceſſerit parum gratus, manent tamen ii, qui bonis [4] ejus fruantur, nihilque ex illis ad te niſi gloria redit. nam liberalitatem jucundiorem debitor gratus, clariorem ingratus facit. Sed quis ante te laudem iſtam pecuniæ prætulit? quotuſquiſque principum ne id quidem in patrimoniis noſtris ſuum duxit quod eſſet de ſuo? Nonne ut regum, ita Cæſarum munera, illitos cibis hamos, opertos præda laqueos æmulabantur, [5] quum privatis facultatibus velut [6] hauſta & multiplicata, retro ſecum quicquid attigerant referrent?

XLIV. Quam utile eſt ad uſum ſecundorum per adverſa veniſſe? Vixiſti nobiſcum, periclitatus es, timuiſti, quæ tunc erat innocentium vita: ſcis & expertus es [7] quantopere deteſtentur malos principes, etiam qui malos faciunt. Meminiſti quæ optare nobiſcum, quæ ſis queri ſolitus. Nam [8] privato judicio principem geris, meliorem immo te præſtas quam tibi alium precabare. Itaque ſic imbuti ſumus, ut quibus erat ſumma votorum, melior peſſimo princeps, jam non poſſimus niſi optimum ferre. Nemo eſt ergo tam tui, tam ignarus ſui, ut locum iſtum poſt te concupiſcat. Facilius eſt, ut eſſe aliquis ſucceſſor tuus poſſit quam ut velit. Quis enim curæ tuæ molem ſponte [9] ſubeat? quis comparari tibi non reformidet? Expertus & ipſe es quam ſit oneroſum ſuccedere bono principi, & afferebas excuſationem [10] adoptati. An prona [11] parvaque ſunt ad æmulandum, quod nemo incolumitatem turpitudine rependit? Salva eſt omnibus vita & dignitas vitæ, nec jam conſideratus ac ſapiens, qui ætatem in tenebris agit. eadem quippe ſub principe virtutibus præmia, quæ in libertate: nec benefactis tantum [12] ex" [13] conſcientia merces, ſed etiam præmia ſunt. Amas conſtantiam civium, rectoſque ac vividos animos non, ut alii, contundis

1 Tenes *Ald.* & aliæ nonnul. edd 2 Caſum & probabitur experim. *Vulg.* Nonnulli leg. *probatur.* 3 *Lipſius* leg. *ceperit*, niſi pro *deceſſerit* accipere malis. *Livinejus* in plurali *ceſſerint.* 4 Alii *eis.* 5 Tum pr. *Vulg.* 6 *Lipſ.* leg. *hauſta & implicata* ſive *implicita*, *Livinejus* autem *vel aucta vel multipl.* Sed *Grut.* Auctorem ſcripſiſſe autumat: *veluti aucta & amplificata retro.* 7 Quanto op. *Ald.* 8 *Lipſ.* leg. *privati.* 9 Subdat *Scal.* 10 Unus MS. & unus antique cuſus *Grutero* hanc lectionem perſuaſerunt: cæteri *adoptari*, quod durum ſonat. 11 Quid. leg. *pravaque. Livinej.* invertit: *parva, pronaque.* 12 Et *Ald. Vulg.* 13 Conſcientiam merces. Amas conſt. *Vulg.*

ac

ac deprimis, ſed foves & attollis. Prodeſt bonos eſſe, quum ſit ſatis abundeque, ſi non nocet: his honores, his ſacerdotia, his provincias offers: hi amicitia tua, hi judicio florent: acuuntur [1] iſti integritatis & induſtriæ pretio. Similes [2] & diſſimiles alliciuntur: nam præmia bonorum malorumque bonos ac malos faciunt. Pauci adeo ingenio valent, ut non turpe honeſtumque, prout bene ac ſecus ceſſit, expetant fugiantve: cæteri, ubi laboris inertiæ, vigilantiæ ſomno, frugalitatis luxuriæ merces datur, eadem iſta, quibus alios artibus aſſequutos vident, conſectantur: qualeſque ſunt illi, tales eſſe & videri volunt, & dum [3] volunt fiunt.

XLV. Et priores quidem principes, excepto patre tuo, præterea uno aut altero, & nimis dixi, [4] vitiis potius civium, quam virtutibus lætabantur. primum, quod in alio ſua quemque natura delectat: [5] deinde, [6] quod patientiores ſervitutis arbitrabantur, quos non deceret eſſe niſi ſervos. [7] Horum in ſinum omnia congerebant: bonos autem otio aut ſitu abſtruſos, & quaſi ſepultos, non niſi delationibus & periculis in lucem ac diem proferebant. Tu amicos ex optimis legis, & hercule æquum eſt eſſe eos cariſſimos bono principi, qui inviſi malo fuerint. Scis, [8] ut ſunt diverſa natura dominatio & principatus, ita non aliis eſſe principem gratiorem, quam qui maxime dominum graventur. Hos ergo provehis, & oſtentas quaſi ſpecimen & exemplar, quæ tibi ſecta vitæ, quod hominum genus placeat. [9] Ideo non cenſuram adhuc, non præfecturam morum recepiſti, quia tibi beneficiis potius, quam remediis, ingenia noſtra experiri placet. Et alioqui neſcio an plus moribus conferat princeps, qui bonos eſſe patitur, quam qui cogit. Flexibiles quamcunque in partem ducimur à principe: atque (ut ita dicam) ſequaces ſumus. huic enim cari, huic probati eſſe cupimus; quod fruſtra [10] ſperaverint diſſimiles: eoque obſequii continuatione pervenimus, ut prope omnes homines unius moribus vivamus. Porro, non tam ſiniſtre conſtitutum eſt, ut, qui malum principem poſſumus, bonum non poſſimus imitari. Perge modo, Cæſar, & vim effectumque cenſuræ, tuum propoſitum, tui actus obtinebunt. Nam vita principis cenſura eſt, eaque perpetua: ad hanc dirigimur, ad hanc convertimur: nec tam imperio nobis opus eſt, quam exemplo. quippe infidelis recti magiſter eſt me-

1 *Lipſius* leg. *iſto*. 2 Deeſt *Ald.* 3 Nolunt *Steph.* 4 Parum abeſt *Livinejus*, quin adſeveret recte & *Plinianè* legi, *pœnis post. civ.* perperam, cenſente *Grut.* 5 Denique *Vulg.* 6 Quos *Steph.* & quæd. aliæ edd. 7 Et hor. *Scal.* 8 Scripſi, quod *Livinejus*, *Bongarſius*, *Gruterus* & *Ritterſhuſius* probant Vulgatum, *ut ſicut*. 9 Et ideo *Ald. Vulg.* 10 *Speraverunt*, vulgo. Sequuti nos *Bongarſium* & *Gruterum*.

tus. Melius homines exemplis docentur, quæ in primis hoc in ſe boni habent, quod approbant, quæ præcipiunt fieri poſſe.

XLVI. Et quis terror valuiſſet efficere, quod reverentia tui effecit? Obtinuit aliquis, ut ſpectaculum pantomimorum [1] populus Romanus tolli pateretur [2]; ſed non obtinuit, ut vellet. rogatus es tu, quod cogebat alius: cœpitque eſſe beneficium quod neceſſitas fuerat. Neque enim à te minore [2] concentu, ut tolleres pantomimos, quam à patre tuo, ut reſtitueret, exactum eſt. Utrunque recte: nam & reſtitui oportebat, quos ſuſtulerat malus princeps, & tolli reſtitutos. In his enim quæ à malis bene fiunt, hic tenendus eſt modus, ut appareat, auctorem diſplicuiſſe, non factum. Idem ergo populus ille, aliquando ſcenici imperatoris ſpectator & applauſor, nunc in pantomimis quoque adverſatur, & [3] damnat effœminatas artes, & indecora ſæculo ſtudia. Ex quo manifeſtum eſt, principum diſciplinam capere etiam vulgus: quum rem, ſi ab uno fiat, ſeveriſſimam fecerint omnes. Macte hac gravitatis gloria, Cæſar, qua conſequutus es, ut quod antea vis & imperium, nunc mores vocarentur. Caſtigaverunt vitia ſua ipſi, qui caſtigari merebantur, iidemque emendatores, qui emendandi fuerunt. itaque nemo de ſeveritate tua queritur, & liberum eſt queri. Sed quum ita comparatum ſit, ut de nullo minus principe querantur homines, quam de quo maxime licet, [4] tum in ſæculo nihil eſt, quo non omne hominum genus lætetur & gaudeat: boni provehuntur, mali, qui eſt tranquilliſſimus ſtatus civitatis, nec timent, nec [5] timentur. Mederis erroribus, ſed implorantibus, omnibuſque, quos bonos facis, hanc adſtruis laudem, ne coëgiſſe videaris.

XLVII. Quid vitam? quid mores juventutis, quam principaliter formas? quem honorem dicendi magiſtris? quam [6] dignationem ſapientiæ doctoribus habes? ut ſub te ſpiritum, & ſanguinem, & patriam receperunt ſtudia, quæ priorum temporum immanitas exſiliis puniebat, quum ſibi vitiorum omnium conſcius princeps, inimicas vitiis artes, non odio magis quam reverentia, relegaret? at tu eaſdem artes in complexu, oculis, auribus habes. Præſtas enim quæcunque præcipiunt: tantumque eas diligis, quantum ab illis probaris. An quiſquam ſtudia humanitatis profeſſus, non cum omnia

1 Populi Romani & populo Romano *Vulg.* 2 *Lipſ.* & *Latinius* legunt *conſenſu.* 3 Clamat *Vulg.* 4 Vulgatum *tamen in ſæculo. Livineius* in veteri libro *tum* invenit, quod eruditi probant, quamvis *ipſe tuo* malit. Si *tum* illud ratum eſt; referri ad *quum* debet, quod præceſſit. 5 Timentur? Vitiorum pœnitentiam exſpectans med. *rrr.* emendationem exſpectans. Mederis erroribus, ſed implor. *Scal.* 6 Alii *dignitatem.*

tua,

tua, tum vel in primis laudibus ferat admiſſionum tuarum facilitatem? Magno quidem animo parens tuus, hanc ante [1] vos principes arcem, *publicarum ædium* nomine inſcripſerat: fruſtra tamen, niſi adoptaſſet, qui habitare ut in publicis poſſet. Quam bene cum titulo iſto moribus tuis convenit? quanquam omnia ſic facis, tanquam non alius inſcripſerit. Quod enim forum? quæ templa tam reſerata? non Capitolium, ipſaque illa adoptionis tuæ ſedes, magis publica, magis omnium: nullæ obices: nulli contumeliarum gradus: ſuperatiſque jam mille liminibus, ultra ſemper aliqua dura & obſtantia. Magna ante te, magna poſt te, [2] juxta tamen maxima quies, tantum ubique ſilentium, tam altus pudor; ut ad parvos penates & larem anguſtum, ex domo principis modeſtiæ [3] & tranquillitatis exempla referantur.

XLVIII. Ipſe autem, ut excipis omnes? ut exſpectas? ut magnam partem dierum, inter tot imperii curas, quaſi per otium tranſigis? itaque non ut [4] alias attoniti, nec ut periculum capitis adituri [5] tarditate, ſed ſecuri & hilares, quum commodum eſt, convenimus: & admittente principe, interdum eſt aliquid, quod nos domi, quaſi magis neceſſarium, teneat. Excuſati ſemper tibi, [6] nec unquam excuſandi ſumus. Scis enim ſibi quemque præſtare, quod te videat, quod te frequentet, ac tanto liberalius ac diutius voluptatis hujus copiam præbes. Nec ſalutationes tuas fuga & vaſtitas ſequitur: remoramur, reſiſtimus ut in communi domo, quam [7] nuper immaniſſima bellua plurimo terrore munierat, quum velut quodam ſpecu incluſa, nunc propinquorum ſanguinem lamberet, nunc ſe ad clariſſimorum civium ſtrages cædeſque proferret. [8] Obverſabantur foribus horror & minæ, & par metus admiſſis & excluſis. Ad hæc ipſe occurſu quoque viſuque terribilis, ſuperbia in fronte, ira in oculis, fœmineus pallor in corpore, in ore impudentia multo [9] rubore ſuffuſa: non adire quiſquam, non alloqui audebat, tenebras ſemper ſecretumque captantem, nec unquam ex ſolitudine ſua prodeuntem, niſi ut [10] ſolitudinem faceret.

XLIX. Ille tamen, quibus ſibi parietibus & muris ſalutem ſuam tueri videbatur, dolum ſecum & inſidias, & ultorem ſcelerum deum incluſit: dimovit, perfregitque cuſtodias pœna, anguſtoſque per aditus & obſtructos, non ſecus ac per

1 Male quidam *hos* legunt. 2 Juxta te tamen *Vulg.* 3 Deeſt *Ald.* 4 Alii & attoniti *Vulg.* Alii ut att. *Scal.* 5 *Lipſius* leg. *tarde ad te*, improbante *Baudio.* 6 Nunquam exc. &c. *Scal.* in vet. edd. *Livineji*: *nec unquam magis excuſ. ſcil. quam cum à te abſumus, atque excuſamur tibi.* 7 Nuper illa im. *Vulg.* 8 Obſervabantur *Vulg.* 9 *Ritterſh.* leg. *robore.* Sed nihil mutandum. 10 *Lipſ.* leg. *ſollicitudinem.*

apertas fores, & invitantia limina irrupit: longeque tunc illi divinitas ſua, longe [1] arcana cubilia ſævique ſeceſſus, in quos, timore & ſuperbia, & odio hominum, agebatur. Quanto nunc tutior, quanto ſecurior eadem domus, [2] poſtquam ejus non crudelitatis, ſed amoris excubiis, non ſolitudine & [3] clauſtris defenditur? Et quid ergo? diſcimus experimento, [4] fideliſſimam eſſe cuſtodiam, principis ipſius innocentiam. Hæc arx inacceſſa, hoc inexpugnabile munimentum, munimento non egere. Fruſtra ſe terrore ſuccinxerit, qui ſeptus caritate non fuerit. armis enim arma irritantur. Num autem ſerias tantum partes dierum in oculis noſtris cœtuque conſumis? num remiſſionibus tuis eadem frequentia, eademque illa ſocialitas intereſt? [5] num tibi ſemper in medio cibus, ſemperque menſa communis? num ex convictu noſtro mutua voluptas? num provocas reddiſque ſermones? num ipſum tempus epularum tuarum, quum frugalitas contrahat, extendit humanitas? [6] Non enim ante inedium diem diſtentus ſolitaria cœna, ſpectator adnotatorque convivis tuis imminens: nec jejunis & inanibus plenus ipſe [7] eructans non tam apponis quam objicis cibos, quos dedigneris attingere: ægreque perpeſſus ſuperbam illam convictus ſimulationem, rurſus te ad clandeſtinam ganeam occultumque luxum refers. Ergo non aurum, nec argentum, nec exquiſita ingenia cœnarum, ſed ſuavitatem tuam, jucunditatemque miramur: quibus nulla ſatietas adeſt, quando ſincera omnia, & vera, & [8] ornata gravitate. Neque enim aut peregrinæ ſuperſtitionis myſteria, aut obſcœna petulantia menſis principis oberrat, ſed benigna invitatio, & liberales joci, & ſtudiorum honor. Inde tibi parcus & brevis ſomnus, nullumque amore noſtri anguſtius tempus, quam [9] quod ſine nobis agis.

L. Sed quum rebus tuis ut participes perfruamur, quæ habemus ipſi quam propria, quam noſtra ſunt? Non enim, exturbatis prioribus dominis, omne ſtagnum, omnem lacum, omnem etiam ſaltum, immenſa poſſeſſione circumvenis, nec unius oculis flumina, [10] fontes, maria deſerviunt. [11] Eſt quod Cæſar non ſuum videat; tandemque imperium principis, quam patrimonium majus eſt. Multa enim ex patrimonio

1 Arcana illa cub. *Ald. Steph.* 2 *Lipſius* ſuſpicatur mendum ſubeſſe, legitque *poſtquam ea* [ſcil. domus.] Niſi forſan deſit vocula, *dominus*, vel *aditus*, ut *Livio*. mavult; licet quidem *Lipſius* legend. etiam *herus* conjiciat. 3 Clauſtris. ſed civium celebritate def. *Vulg.* 4 Fidiſſimam *Ald.* 5 Alias *non* legitur, ut conſtat ex marg. ed. *Ald.* in Bib. *Bodl.* Et ſic item in ſeqq. periodis iſtius cap. 6 Num *Ald.* 7 *Irructans* placet *Lipſio.* 8 *Lipſ.* leg. *ornata comi gravitate.* 9 Poſſit legi *quo.* 10 *Montes* legitur in ed. *Cuſpiniană.* 11 Sic potius legend. non *Et quid*, cum interrogatione, ut in vulg. edd.

refert

refert in imperium, quæ priores principes occupabant, non ut ipſi fruerentur, ſed ne quis alius. Ergo in veſtigia ſedeſque nobilium immigrant pares domini, nec jam clariſſimorum virorum receptacula habitatore ſervo teruntur, aut fœda vaſtitate procumbunt. Datur intueri pulcerrimas ædes, deterio ſitu, 1 auctas ac vigentes. Magnum hoc tuum non erga homines modo, ſed erga tecta ipſa meritum, ſiſtere ruinas, ſolitudinem pellere, ingentia opera eodem, quo exſtructa ſunt, animo, ab interitu vindicare: muta quidem illa & anima carentia, ſentire tamen & lætari videntur, quod niteant, quod frequententur, quod aliquando cœperint eſſe 2 domini, non ſervientis. Circumfertur ſub nomine Cæſaris tabula ingens rerum venalium, 3 quod ſit deteſtanda avaritia illius, qui tam multa concupiſcebat, quum haberet ſupervacua tam multa: 4 tunc exitialis erat apud principem huic laxior domus, illi amœnior villa. Nunc princeps in hæc eadem dominos quærit, ipſe inducit: ipſos illos magni aliquando imperatoris hortos, illud nunquam, niſi Cæſaris ſuburbanum, licemur, emimus, implemus. Tanta benignitas principis, tanta ſecuritas temporum eſt, ut ille nos principalibus rebus exiſtimet dignos: nos non timeamus, quod digni eſſe videmur. 5 Nec vero emendi tantum civibus tuis copiam præbes, ſed amœniſſima quæque largiris & domas: 6 ita (inquam) donas, in quæ electus, in quæ adoptatus es: transfers quod judicio accepiſti, ac nihil magis tuum credis quam quod per amicos habes.

LI. Idem tam parcus in ædificando, quam diligens in tuendo. Itaque non, ut ante, immanium tranſvectione ſaxorum, urbis tecta quatiuntur. Stant ſecuræ domus, nec jam templa nutantia. Satis eſt tibi, nimiumque, quum ſucceſſeris frugaliſſimo principi, 7 magis rejicere aliquid & amputare ex 8 his, quæ princeps tanquam neceſſaria reliquit. Præterea pater tuus uſibus ſuis detrahebat, quæ fortuna imperii dederat: 9 tu tuis quod pater. At quam magnificus in publicum es! hinc 10 porticus, inde delubra occulta celeritate properantur, ut non conſummata, ſed tantum commutata videantur: hinc immenſum latus circi templorum pulcritudinem provocat:

1 Poteſt etiam legi *lautas*. 2 In vet. cod. *Livineji*, *donum ſcientis*, & ſic in ed. *Ald.* Sed in ed. *B. Rhenani Frobenianâ*, *domini ſcientis*, quam *Gronovius* tuetur IV. Obſervat. c. 16. *Lipſius* autem, negatione rejecta, *domini fruentis* ſcribit. 3 Alii *quo*. *Lipſius* odoratur hiatum aliquem, ſed levem. 4 Tamen exit. *Ald.* 5 Nunc vero *Ald. Vulg.* 6 *Lipſ.* mavult *iſta*. 7 Magnum *Vulg. Bongarſius* legit *mavis*, & probat *Gron.* qui pro *rejicere* reponendum putat *recidere*, quod ſolenne verbum in hac re. 8 Iis *Vulg.* 9 Sic emendarunt *Lipſius* & *Liv.* pro vulgato, *tutius q.* In *Cuſpinianâ* fuit, *potius quam.* 10 *Catanæus* legend. ſuſpicatur *portus*.

digna

digna populo victore gentium ſedes, nec minus ipſa viſenda, quam quæ ex illa ſpectabuntur : viſenda autem cum cætera ſpecie, tum quod æquatus plebis ac principis locus : ſi quidem per omne ſpatium una facies, omnia continua & paria, nec magis proprius ſpectandi Cæſaris ſuggeſtus, quam propria quæ ſpectet. Licebit ergo 1 civibus tuis invicem contueri : dabitur non cubiculum principis, ſed ipſum principem cernere in publico, in populo ſedentem ; populo, cui locorum 2 quinque millia adjeciſti. Auxeras enim numerum ejus congiarii facilitate, majoremque in poſterum ſuſcipi liberalitatis tuæ fide juſſeras.

LII. Horum unum ſi præſtitiſſet alius, illi jamdudum radiatum caput, & media inter deos ſedes auro ſtaret aut ebore, 3 auguſtioribuſque aris & grandioribus victimis invocaretur. Tu delubra nonniſi adoraturus intras, tibi maximus honor excubare pro templis, poſtibuſque prætexi. Sic fit, ut dei ſummum inter homines faſtigium 4 ſervent, quum deorum ipſe non 5 adeptus. Itaque tuam ſtatuam in veſtibulo Jovis optimi maximi unam alteramve, & hanc æream, cernimus. At paulo ante, aditus omnes, omnes gradus, totaque area hinc auro, hinc argento relucebat, ſeu potius polluebatur, quum inceſti principis ſtatuis permixta deorum ſimulacra ſorderent. Ergo iſtæ quidem æreæ & paucæ manent, manebuntque quamdiu templum ipſum : illæ autem aureæ & innumerabiles ſtrage & ruina publico gaudio litaverunt. Juvabat illidere ſolo ſuperbiſſimos vultus, inſtare ferro, ſævire ſecuribus, ut, ſi ſingulos ictus ſanguis dolorque ſequeretur, nemo tam temperans gaudii 6 ſeræque lætitiæ, quin inſtar ultionis videretur, cernere laceros artus, truncata membra : poſtremo, truces horrendaſque imagines 7 abjectas excoctaſque flammis, ut ex illo terrore & minis in uſum hominum ac voluptates ignibus mutarentur. Simili reverentia, Cæſar, non apud genium tuum bonitati tuæ gratias agi, ſed apud numen Jovis optimi maximi pateris. Illi debere nos 8 quicquid debeamus,

1 Te civ. *Scal.* 2 Hic numerus *Lipſio* ſuſpectus, & minutus eſt. Publica enim teſtimonia inclinant eximium aliquid *Trajanum* patraſſe. Baſis *Romæ* exſtat huic inſcripta : TRIBVS XXXV QVOD LIBERALITATE OPTIMI PRINCIPIS COMMODA EARVM ETIAM LOCORUM ADJECTIONE AMPLIATA SINT In *Dionis* etiam compendio : Οὕτω γάρ τις καὶ μεγαλόφρων καὶ μεγαλογνώμων ἦν, ὥστε καὶ τῷ ἱπποδρόμῳ ἐπιγράψαι, ὅτι ἐξαρκοῦντα αὐτὸν τῷ τῶν Ῥωμαίων δήμῳ ἐποίησεν, ἐπειδὴ διαφθαρέντα τινὰ καὶ μείζω καὶ πρεσκαλλίονα ἐξεργάσατο Sed nihil mutandum ; quia ipſe auctor ad congiarii & liberalitatis numerum reſtringit. Sed cap. XXVIII. dixit iſtum fuiſſe *quinque millia*. 3 Quidam leg. *anguſtioribuſque*. 4 Alii *ſervet*. 5 *Lipſius* leg. *adoptes*, *Livinejus* autem *adeptas*. 6 *Lipſius* (not. ad *Tacit* Annal. p. 527.) *ſeruſque* legit. 7 *Lipſ* leg objectas. 8 Quidquid tibi deb *Vulg*.

illius,

illius, quod bene facias, muneris esse, qui te dedit. Ante quidem ingentes hostiarum greges, per [1] Capitolinum iter magna sui parte velut intercepti, divertere via cogebantur, quum sæviſſimi domini atrociſſima effigies, tanto victimarum cruore coleretur, quantum ipse humani sanguinis profundebat.

LIII. Omnia, P. C. quæ de aliis principibus à me aut dicuntur, aut dicta sunt, eo pertinent, ut ostendam, quam longa consuetudine corruptos depravatosque mores principatus parens noster reformet & [2] corrigat: alioqui nihil non parum grate sine comparatione laudatur. Præterea hoc primum erga optimum imperatorem [3] piorum civium officium est, [4] insequi dissimiles. neque enim satis [5] amarint bonos principes, qui malos satis non oderint. Adjice, quod imperatoris nostri non aliud amplius ac diffusius meritum est, quam quod insectari malos principes tutum est. An excidit [6] dolori nostro modo vindicatus Nero? permitteret (credo) famam vitamque ejus carpi, qui mortem ulciscebatur: nec ut in se dicta interpretaretur, quæ de simillimo dicerentur. Quare ego [7] te, Cæsar, muneribus omnibus tuis, omnibus comparo, multis antepono, quod licet nobis & in præteritum de malis imperatoribus quotidie vindicari, & futuros sub exemplo præmonere, nullum locum, nullum esse tempus, quo funestorum principum manus à posterorum exsecrationibus conquiescant. Quo constantius, P. C. & dolores nostros & gaudia [8] proferamus: ingemiscamus illis quæ patiebamur. Simul utrumque faciendum est sub bono principe. Hoc secreta nostra, hoc sermones, hoc ipsæ gratiarum actiones [9] agant, meminerintque, sic maxime laudari incolumem imperatorem, si priores [10] secus meriti reprehendantur. Nam quum de malo principe posteri tacent, manifestum est eadem facere præsentem.

LIV. Et quis jam locus miseræ adulationis manebat, quum laudes [11] imperatorum ludis etiam & [12] comessationibus celebrarentur, saltarenturque, atque in omne ludibrium effœminatis vocibus, modis, gestibus frangerentur? sed illud in-

1 Capitolium *Ald.* 2 *Livinejus* scribit: *corrigat & alioqui.* 3 Priorum *Scal.* 4 Nota *insequi* positum, pro *insectari.* 5 Amarit *Ald. Vulg.* & mox *oderit.* 6 *Lipsius* leg. *dolore*, cui non assentitur *Baudius.* 7 Illud, *te*, *Lipsio* superfluit, putatque è notis natum *Tr.* quod interpretere, *Trajane.* 8 Legitur etiam *perferamus.* In marg. vulg. edd. habetur: *proferamus: latenur iis quibus fruimur: ing.* 9 Agunt *Ald.* 10 *Ritterſhuſ.* existimat scribend. potius, *sequius.* 11 *Lipſ.* mallet *imperatorum.* 12 *Lipſ.* monuit *commiſſionibus* legi posse; quo modo legendum ostendit etiam *Casaubonus* comment. in *Suet.* Aug. 89. Et hanc lectionem allegat Clariſ. *Berneggerus* in notis suis ad *Justin.* lib. XII. c. 15. 6.

dignum

dignum, quod eodem tempore, in ſenatu & in ſcena, ab hiſtrione & à conſule laudabantur: tu procul à tui cultu ludicras artes removiſti. Seria ergo te carmina, honorque æternus annalium, non hæc brevis & pudenda prædicatio colit: quin etiam tanto majore conſenſu in venerationem tui theatra ipſa conſurgent, quanto magis de te ſcenæ ſilebunt. Sed quid ego iſtud admiror? quum eos quoque honores, qui tibi à nobis offeruntur, aut delibare parciſſime, aut omnino ſoleas recuſare? Nihil ante tam vulgare, tam parvum in ſenatu agebatur, ut non laudibus principum 1 immorarentur, quibuſcunque cenſendi neceſſitas accidiſſet. De ampliando numero gladiatorum, aut de inſtituendo 2 collegio fabrorum conſulebamur, & quaſi prolatis imperii finibus, nunc ingentes arcus, exceſſuroſque templorum faſtigium titulos, nunc menſes etiam, nec hos ſingulos nomini Cæſarum dicabamus: patiebantur illi, &, quaſi meruiſſent, lætabantur. At nunc quis noſtrûm, tanquam oblitus ejus de quo refertur, cenſendi officium principis honore 3 conſumit? Tuæ moderationis hæc laus, 4 conſtantia noſtra: & tibi obſequimur, quod in curiam, non ad certamen adulationum, ſed ad uſum munuſque juſtitiæ convenimus: hanc ſimplicitati tuæ veritatique gratiam relaturi, ut te quæ vis, velle, quæ non vis, nolle credamus. Incipimus inde, deſinimus ibi à quo incipi, in quo deſini ſub alio principe non poſſet. Nam pleroſque ex decretis honoribus, & alii non receperunt: nemo ante tantus fuit, ut crederetur noluiſſe decerni. Quod 5 ego titulis omnibus ſpecioſius reor, quando non trabibus aut ſaxis nomen tuum, ſed monimentis æternæ laudis inciditur.

LV. Ibit in ſæcula, fuiſſe principem, cui florenti & incolumi nunquam niſi modici honores, ſæpius 6 nulli decernerentur. Et ſane, ſi velimus cum priorum temporum neceſſitate certare, vincemur. Ingenioſior eſt enim ad excogitandum ſimulatio veritate, ſervitus libertate, metus amore. Simul quum jampridem novitas omnis adulatione conſumpta ſit, non alius erga te novus honor ſupereſt, quam ſi aliquando de te tacere audeamus. Age, ſi quando pietas noſtra ſilentium rupit, & verecundiam tuam vicit, quæ 7 qualiaque decernimus nos, tu non recuſas; ut appareat, non ſuperbia & faſtidio te ampliſſimos honores repudiare, qui minores non dedi-

1 Immoraretur *Ald. Steph.* 2 *Collegio fautorum* ex conjecturâ *Gruteri.* 3 Conſumunt *Ald. Steph.* 4 Conſtantiæ noſtræ *Vulg.* unde *Lipſius*, negatione additâ, *non conſtantia noſtra* legit. 5 Cum exſtet (inquit *Grut.*) in editione *Cuſpiniani*, *ergo*; poſſet totus locus ſic interpungi: *Quid ergo titulis omnibus ſpecioſius reor: quando non trabibus, aut ſaxis nomen tuum ſed monumentis æternæ laudis inciditur; ibit in ſæcula, &c.* 6 Nudi *Scal.* 7 Qualiaque aut decern nos, aut tu non *Vulg.*

gneris.

gneris. Pulcrius hoc, Cæſar, quam ſi recuſares omnes. nam recuſare omnes, ambitionis; moderationis eſt, eligere parciſſimos. Quo temperamento & nobis & ærario prodes, quod ſumptibus ejus adhibes modum, ut qui exhauſtum non ſis innocentium bonis repleturus. Stant igitur effigies tuæ, quales olim ob egregia in rempub. merita privatis dicabantur. Viſuntur eadem è materia Cæſaris ſtatuæ, qua Brutorum, qua Camillorum. nec diſcrepat cauſa. Illi enim reges hoſtemque victorem mœnibus depulerunt: hic regnum ipſum, quæque alia captivitas gignit, arcet ac ſubmovet, ſedemque obtinet principis, ne ſit domino locus. Ac mihi intuenti [1] ſapientiam tuam, minus mirum videtur, quod mortales iſtos caducoſque titulos, aut depreceris aut temperes. Scis enim ubi vera principis, ubi ſempiterna ſit gloria, [2] ubi ſint honores in quos nihil flammis, nihil ſenectuti, nihil ſucceſſoribus liceat. Arcus enim & ſtatuas, aras etiam templaque [3] demolitur & obſcurat oblivio, negligit carpitque poſteritas: contra, contemptor ambitionis, & infinitæ poteſtatis domitor ac frænator animus, ipſa vetuſtate floreſcit, nec ab ullis magis laudatur, quam quibus minime neceſſe eſt. [4] Præterea, ut quiſquis factus eſt princeps, extemplo fama ejus, incertum bona an mala, cæterum æterna eſt. Non ergo [5] perpetua principi fama, quæ invitum manet, ſed bona concupiſcenda eſt. Ea porro non imaginibus & ſtatuis, ſed virtute ac meritis prorogatur. Quinetiam leviora hæc, formam principis figuramque, non aurum melius vel argentum, quam favor hominum exprimat teneatque. quod quidem prolixe tibi cumulateque contingit, cujus lætiſſima facies & amabilis vultus in omnium civium ore, oculis, animo ſedet.

LVI. Annotaſſe vos credo, patres conſcripti, jamdudum me non eligere quæ referam. propoſitum eſt enim mihi, principem laudare, non principis facta. Nam laudabilia multa etiam mali faciunt; ipſe laudari, niſi optimus, non poteſt. Quare non alia major, imperator auguſte, gloria tua, quam quod agentibus tibi gratias nihil velandum eſt, nihil omittendum eſt. Quid eſt enim in principatu tuo, quod [6] cujuſque prædicatio vel tranſilire vel prætervehi debeat? quod momentum, quod immo temporis punctum, aut beneficio

1 In ſap. *Steph.* & aliæ quæd. edd. 2 Ibi *Vulg.* 3 Improprie nec recte *oblivio* dicitur *demoliri.* Tabeſcere patitur, & ignorantia ſepeliri. Itaque *Lipſ* legit, & membrum explet: *demolitur ætas, obſcurat oblivio.* 4 Omiſſa hæc in pleriſque edd. uſque ad *Non ergo &c.* ſupplet *Boxhornius*, qua fide non habeo dicere. Monendus eſt lector, *Baudium* hunc locum citare ex *Senec.* 1. de clem. c. 8. qui tamen conſultus non apparet. 5 Ex cod. *Lugdunenſi, præterea.* 6 Cujuſquam *Vulg.*

ſterile, aut vacuum laude? num omnia ejuſmodi, ut is optime te laudaſſe videatur, qui narraverit fideliſſime? Quo fit, ut prope in immenſum diffundatur oratio mea, & necdum de biennio loquor. Quam multa dixi de moderatione, & quanto plura adhuc reſtant? ut illud, quod ſecundum conſulatum recepiſti, quia princeps & pater deferebat. At poſtquam ad te imperii ſummam, & cum omnium rerum, tum etiam tui poteſtatem dii tranſtulerint, tertium conſulatum [1] recuſaſti, quum agere tam bonum conſulem poſſes. Magnum eſt, differre honorem; gloriam, majus. Geſtum conſulatum mirer, an non receptum? geſtus non in hoc urbis otio, & intimo ſinu pacis, ſed juxta barbaras gentes: ut illi ſolebant, quibus erat moris paludamento mutare prætextam, ignotaſque terras victoria ſequi. Pulcrum imperio, glorioſum tibi, quum te ſocii atque amici ſua in patria, ſuis in ſedibus adierunt. Decora facies conſulis: multa poſt ſecula [2] tribunal viridi ceſpite exſtructum, nec faſcium tantum, ſed pilorum ſignorumque [3] honore circumdatum. Augebant majeſtatem præſidentis diverſi poſtulantium habitus, ac diſſonæ voces, raraque ſine interprete oratio. Magnificum eſt, civibus jura, quid hoſtibus, reddere? ſpecioſum certam fori [4] pacem, quid immanes campos ſella curuli, victoriſque veſtigio premere? imminere minacibus ripis tutum quietumque, quid ſpernere barbaros fremitus, hoſtilemque terrorem non armorum magis, quam togarum oſtentatione compeſcere? Itaque non te apud imagines, ſed ipſum præſentem audientemque conſalutabant imperatorem, nomenque quod alii domitis hoſtibus, tu contemptis merebare.

LVII. Hæc laus acti conſulatus; illa dilati, quod adhuc initio principatus, ut jam excuſatus honoribus & expletus, conſulatum recuſaſti, quem novi imperatores deſtinatum aliis in ſe transferebant. Fuit etiam qui in principatus ſui fine conſulatum quem dederat, ipſe magna ex parte jam geſtum extorqueret & raperet. Hoc ergo honore, quem & incipientes principes, & deſinentes adeo concupiſcunt, ut auferant; tu, otioſo ac vacante, privatis ceſſiſti. Invidioſuſne erat, aut tibi tertius conſulatus, aut principi primus? Nam ſecundum, imperator quidem, ſub imperatore tamen iniſti: nihilque imputari in eo vel honori poteſt, vel exemplo, niſi obſequium. Ita vero quæ civitas quinquies, atque etiam ſexies,

1 Melius ſic poſſe diſtingui judicat *Lipſ. recuſaſti. Cum agere tam bonum conſulem poſſes, magnum eſt.* 2 Conſulis tribunal *Scal.* 3 *Lipſius* ſcribit *horrore.* At parum facit ad id quod præceſſit, *decora facies conſulis.* Non enim *horror* decorum, ſed *honor* facit. Quid quod hæc vox auctori noſtro alibi ſic uſurpata? 4 *Lipſius* mallet *partem*: ſed diſplicet *Livinejo.*

conſules

conſules vidit, non illos, qui, exſpirante jam libertate, per vim ac tumultum creabantur, ſed quibus ſepoſitis & abſentibus, in rura ſua conſulatus ferebantur; in hac civitate tertium conſulatum princeps generis humani, ut [1] pergravem, recuſaſti? Tantone [2] Papyriis etiam & Quintiis moderatior Auguſtus, & Cæſar, & pater patriæ? At illos reſp. ciebat: quid? te non eadem reſpublica? non ſenatus? non conſulatus ipſe, qui ſibi tuis humeris attolli & augeſcere videtur?

LVIII. Non te ad exemplar ejus voco, qui continuis conſulatibus fecerat longum quendam, & ſine diſcrimine annum: [3] his te confero, quos certum eſt, quoties conſules fuerunt, non ſibi præſtitiſſe. Erat in ſenatu ter conſul, quum tu tertium conſulatum recuſabas. Oneroſum neſcio quid verecundiæ tuæ conſenſus noſter indixerat, ut princeps toties conſul eſſes, quoties [4] ſenator tuus. nimia modeſtia iſtud etiam privatus recuſaſſes. An conſularis viri triumphaliſque filius, quum tertio conſul creatur, aſcendit? non debitum hoc illi, non vel ſola generis claritate promeritum? Contigit ergo privatis aperire annum, faſtoſque reſerare: & hoc quoque redditæ libertatis indicium fuit, quod conſul alius quam Cæſar eſſet. Sic exactis regibus cœpit liber annus: ſic olim ſervitus pulſa, privata faſtis nomina induxit: miſeros ambitionis, qui ita conſules ſemper, ut ſemper principes erant! quanquam non ambitio magis quam livor & malignitas videri poteſt, omnes annos poſſidere, ſummumque illud purpuræ decus, non niſi præcerptum præfloratumque tranſmittere. Tuam vero magnanimitatem, [5] an modeſtiam, an benignitatem prius mirer? Magnanimitas fuit, expetito ſemper honore abſtinere: modeſtia, cedere: benignitas, [6] per alios frui.

LIX. Sed jam tempus eſt, te ipſi conſulatui præſtare, ut majorem eum ſuſcipiendo gerendoque facias. Nam ſæpius recuſare, ambiguam ac potius illam interpretationem habet, tanquam minorem putes. Tu quidem ut maximum recuſaſti, ſed hoc perſuadere nemini poteris, niſi aliquando & non recuſaveris. Quum arcus, quum trophæa, quum ſtatuas deprecaris, tribuenda eſt verecundiæ tuæ venia: (illa enim ſane tibi dicantur) [7] nunc vero poſtulamus, ut futuros principes doceas inertiæ renunciare, pauliſper delicias differre,

1 Alii, *pragravem.* 2 Aliter legitur, *Papyrius etiam & Quintius moderatior? Aug. &c.* 3 Iis *Vulg.* 4 Senator. Cum nimia mod. *Seal.* 5 An benignitatem, an modeſtiam pr. *Vulg.* 6 *Lipſ.* leg. *pati alios.* 7 Ita *Lipſius.* Vulgo: *quum vero &c. Livineius: Enim vero poſtulamus ut fuis, &c.* Ejus autem amicus: *cum vero poſtulamus ut conſulatum accipias, poſtulamus, &c.*

panliſper, & ſaltem ad breviſſimum tempus, ex illo felicitatis ſomno velut 1 excitatos, induere prætextam, quam, quum dare poſſent, occuparint: aſcendere curulem, quam detineant: eſſe denique quod concupierunt, nec ideo tantum velle conſules fieri, ut fuerint. Geſſiſti alterum conſulatum, ſcio: illum exercitibus, illum provinciis, illum etiam cæteris gentibus poteris imputare, non potes nobis. 2 Audivimus quidem te omne munus conſulis obiiſſe, ſed audivimus: diceris juſtiſſimus, humaniſſimus, patientiſſimus fuiſſe, ſed diceris: æquum eſt aliquando nos judicio noſtro, noſtris oculis, non famæ ſemper & rumoribus credere. Quouſque abſentes de abſente gaudebimus? liceat experiri, an aliquid ſuperbiæ tibi ille ipſe ſecundus conſulatus attulerit. multum in commutandis moribus hominum medius annus valet, in principum plus. 3 Dicimus quidem, cui virtus aliqua contingat, omnes ineſſe: cupimus tamen experiri, an nunc quoque una eademque res ſit, bonus conſul & bonus princeps. Nam præter 4 id, quod eſt arduum, duas, eaſque ſimul, capere poteſtates ſummas, tum ineſt utrique nonnulla diverſitas, quum principem quam 5 diſſimillimum conſuli deceat.

LX. Atque ego video, proximo anno conſulatus recuſandi hanc præcipuam fuiſſe rationem, quod eum abſens gerere non poteras: ſed jam urbi votiſque publicis redditus, quid eſt in quo magis ſis approbaturus quæ quantaque fuerint quæ deſiderabamus? Parum eſt, ut in curiam venias, niſi & convocas: ut interſis ſenatui, niſi & præſides: ut cenſentes audias, niſi & 6 perrogas. Vis illud auguſtiſſimum conſulum aliquando tribunal 7 majeſtati ſuæ reddere? aſcende. Vis conſtare reverentiam magiſtratibus, legibus auctoritatem, modeſtiam 8 petulantibus: 9 adi. Quid enim intereſſet reip. ſi privatus eſſes, 10 conſulem te haberet tantum, an & ſenatorem? hoc

1 Cum reſtet, tam in veteri MS. quam in editione *Viennenſi*, *excitati*, *Gruterus* facile adſentitur *Livineio*, legendum videri, *excitari*; neque aliter etiam conjecerat D. *Bongarſius*. 2 Audimus *Ald. Vulg.* Et ſic mox. 3 Alii *didicimus*. 4 *Lipſ.* delet hoc, *id*, legitque, *præter quod*. 5 Trunca ſunt. *Cuſpiniani* editio reficit: *principem quam ſimillimum eſſe privato, conſulemque quam diſſimillimum deceat*. Nec aliter *Ald.* Probatque *Lipſ.* Principis nimirum laus eſt, ſubmittere ſe, & civiliter gerere; at conſulis aliter, attollere ſe & habitum animoſque ſumere pro magiſtratu. 6 Aliter *prorogas*. 7 Majeſtatis *Vulg.* 8 Poſtulantibus *Vulg.* 9 *Lipſ.* leg. *audi*, quod frigidum ſchema, poſt *adſcende*, ponere *adi*. 10 Conſulentem hab. *Ald.* Vir doctus (inquit *Lipſ.*) hæc ait nugas eſſe, nec quenquam Conſulem poſſe eſſe, qui non Senator. Itaque ſe reſcribere, *conſulem habere, an tantum ſenatorem*. At malè. Nam *Plinii* verba examinata oſtendunt, comparationem ſub hypotheſi hanc eſſe. Sicut veteri rep. ſi eſſes, non conſulem te ſolum appeterent (etſi ſumma ea dignitas) ſed etiam ſenatorem, ut in ſententiis dicendis utilior reip. eſſes: ita nunc,

hoc nunc ſcito intereſſe, principem te habeat tantum, an [1] & conſulem. His tot tantiſque rationibus, quanquam multum reluctata, verecundia principis noſtri tandem tamen ceſſit. At quemadmodum ceſſit? non ſe ut privatis, ſed ut privatos pares ſibi faceret. Recepit enim tertium conſulatum, ut daret: noverat moderationem hominum, noverat pudorem, qui non ſuſtinerent tertio conſules eſſe, niſi cum ter conſule. Bellorum iſtud ſociis olim, periculorum conſortibus, parce tamen, tribuebatur, quod tu ſingularibus viris, ac de te quidem bene ac fortiter meritis præſtitiſti, ſed in toga meritis. Utriuſque cura, utriuſque vigilantia obſtrictus es, Cæſar. Sed in principe rarum, ac prope inſolitum eſt, ut ſe putet obligatum, aut, ſi putet, amet. Debes ergo, Cæſar, [2] & ſolvis. Sed quum ter conſules facis, non tibi magnus princeps, ſed non ingratus amicus videris: quin etiam perquam modica quædam civium merita, fortunæ tuæ viribus in majus extollis. Efficis enim ut tantum tibi quiſque præſtitiſſe videatur, quantum à te [3] recepit. Quid iſti benignitati precer? niſi ut ſemper obliges, obligeris: incertumque facias, utrum magis expediat civibus tuis debere tibi, an præſtitiſſe.

LXI. Equidem illum antiquum ſenatum contùeri videbar, quum ter conſule aſſidente, tertio conſulem deſignatum rogari ſententiam cernerem. Quanti tunc illi, quantuſque tu? Accidit quidem, ut corpora quamlibet ardua & excelſa procerioribus admota decreſcant; item, ut altiſſimæ civium dignitates collatione faſtigii tui quaſi deprimantur: quantoque propius ad magnitudinem tuam aſcenderint, [4] tanto etiam à ſua deſcendiſſe videantur: illos tamen tu quanquam non potuiſti tibi æquare, quum velles, adeo in [5] edito collocaſti, ut tantum ſuper cæteros, quantum infra te cernerentur. Si unius tertium conſulatum eundem in annum, in quem tuum, contuliſſes, ingentis animi ſpecimen haberetur. Ut enim felicitatis eſt, quantum velis poſſe, ſic magnitudinis, velle quantum poſſis. Laudandus quidem & ille, qui tertium conſulatum meruit, ſed magis ſub quo meruit: magnus memorandusque, qui tantum præmium cepit, ſed major qui capienti dedit. Quid, quod duos pariter tertio conſulatu [6] collegas tui ſanctitate decoraſti? ut ſit nemini dubium, hanc tibi præci-

nunc, etſi tu princeps, id eſt, ſumma poteſtas; tamen cupiunt & conſulem, ut in ſenatu munia obeas, quæ tam decore & utiliter potes. At quin, ait, nemo olim conſul, niſi ſenator. Nihil ad rem, ut demus ita eſſe: quia conditionalis modo eſt ſermo, Sed non damus; & priſcis temporibus, ante annales leges, etiam juvenes, nec ſenatores ad conſulatum electi. 1 Deeſt *Vulg.* 2 Fere malit *Grut. & ſolvis, & cum ter, &c.* 3 Recipit *Ald. Vulg.* 4 Tantum *Ald. Vulg.* 5 Edito loco col. *Vulg.* 6 Collegii *in marg. ed. Ald. in Bib. Bodl.*

puam

puam cauſam fuiſſe extendendi conſulatus tui, ut duorum conſulatus amplecteretur, & collegam te [1] uni daret. Uterque nuper conſulatum alterum geſſerat à patre tuo, id eſt, quanto minus quam [2] à" te datum, utriuſque adhuc oculis paulo ante dimiſſi faſces oberrabant: utriuſque ſolennis ille lictorum & prænuncius clamor auribus inſederat, quum rurſus curulis, rurſuſque purpura, ut olim, quum hoſtis in proximo, & in ſummum diſcrimen adducta reſpub. expertum honoribus virum poſceret, non conſulatus hominibus iiſdem, ſed iidem homines conſulatibus reddebantur. tanta tibi benefaciendi vis, ut indulgentiam tuam neceſſitas æmuletur. Modo prætextas exuerant, reſumant: modo lictores abire juſſerant, revocent: modo gratulantes amici receſſerant, revertantur. Hominiſne iſtud ingenium eſt? hominis poteſtas, renovare gaudia, redintegrare lætitiam, nullamque requiem [3] gratulationis dare, neque alia repetendis conſulatibus intervalla permittere, niſi dum finiuntur? Facias iſta ſemper, nec unquam in hoc opere aut animus tuus, aut fortuna laſſetur: des quamplurimis tertios conſulatus, &, quum plurimis tertios conſulatus dederis, ſemper tamen plures, quibus debeas dare, ſuperſint.

LXII. Omnium quidem beneficiorum, quæ merentibus tribuuntur, non ad ipſos gaudium [4] magis, quam ad ſimiles redundat: præcipue tamen ex horum conſulatu non ad partem aliquam ſenatus, ſed ad totum ſenatum tanta lætitia pervenit, ut eundem honorem omnes ſibi & dediſſe & accepiſſe videantur. Nempe enim hi ſunt, quos ſenatus, quum publicis ſumptibus minuendis optimum quemque præficeret, elegit equidem primos. Hoc eſt igitur, hoc eſt, quod penitus illos animo Cæſaris inſinuavit. An parum ſæpe experti ſumus, hanc eſſe rerum conditionem, ut ſenatus favor apud principem aut proſit aut noceat? Nonne paulo ante nihil magis exitiale erat, quam illa principis cogitatio? hunc ſenatus probat, hic ſenatui carus eſt: oderat, quos nos amaremus, ſed & nos, quos ille. Nunc inter principem ſenatumque digniſſimi cujuſque caritate certatur: demonſtramus invicem, credimus invicem, quodque maximum amoris mutui ſignum eſt, eoſdem amamus. Proinde, Patres C. favete aperte, diligite conſtanter: non jam diſſimulandus eſt amor, ne noceat; non premendum odium, ne proſit: eadem Cæſar, quæ ſenatus, probat improbatque: vos ille præſentes, vos etiam abſentes in conſilio habet: tertio conſules fecit, quos vos

1 Senſus exigere *non* videtur, niſi forſan explicetur *uni*, id eſt, *eodem tempore*. 2 Deeſt *Ald.* 3 Gratulationibus *Vulg.* 4 Majus *Seal.*

elegera-

elegeratis, & fecit hoc ordine, quo electi à vobis erant. [1] Magnus uterque honor veſter, ſive eoſdem maxime diligit, quos ſcit vobis eſſe cariſſimos, ſive illis neminem præfert, quamvis aliquem magis amet. Propoſita ſunt ſenioribus præmia, juvenibus exempla: adeant, frequentent ſecuras tandem ac patentes domos. Quiſquis probatos ſenatui viros ſuſcipit, hic maxime principem promeretur. ſibi enim accreſcere putat quod cuique adſtruatur: nullamque in eo gloriam ponit, quod ſit omnibus major, niſi maximi fuerint quibus major eſt. Perſta, Cæſar, in iſta ratione propoſiti, taleſque nos crede, qualis fama cujuſque eſt: huic aures, huic oculos intende: ne reſpexeris clandeſtinas exiſtimationes, nulliſque magis quam audientibus inſidiantes ſuſurros. Melius omnibus quam ſingulis creditur. Singuli enim decipere & decipi poſſunt: nemo omnes, neminem omnes fefellerunt.

LXIII. Revertor jam ad conſulatum tuum, etſi ſunt quædam ad conſulatum quidem pertinentia, ante conſulatum tamen, in primis quod comitiis tuis interfuiſti candidatus, non conſulatus tantum, ſed immortalitatis & gloriæ, & exempli quod ſequerentur boni principes, mali mirarentur. Vidit te populus Romanus in illa vetere poteſtatis ſuæ ſede: perpeſſus es longum illud carmen comitiorum, nec jam irridendam moram: conſulque ſic factus es, ut unus ex nobis, quos facis conſules. Quotuſquiſque principum antecedentium honorem iſtum aut conſulatui habuit, aut populo? non alii marcidi ſomno, heſternaque cœna redundantes, comitiorum ſuorum nuncios operiebantur? Alii ſane pervigiles & inſomnes, ſed intra cubilia ſua illis ipſis conſulibus, [2] à quibus conſules renunciabantur, exſilia & cædem machinabantur. O prava & inſcia veræ majeſtatis ambitio, concupiſcere honorem quem dedigneris, dedignari quem [3] concupiſcas: quumque ex proximis hortis campum & comitia proſpectes, ſic ab illis abeſſe, tanquam Danubio Rhenoque [4] dirimare! Averſeris tu honori tuo ſperata ſuffragia, renunciarique te conſulem juſſiſſe contentus, liberæ civitati ne ſimulationem qui-

1 Magnus uterque videtur ſive e. *Ald.* Quidam libri; *magnus uterque honor veſter*, ex quibus *Lipſ.* leg. *utique honor*. Denique *Catanæo* emendatum: *magnum utrumque videtur*, non inepte id quidem, ſi in libris ſuis *videtur* offendit Nam quia *ur* fuit ſcriptum, non illico ſequitur *videtur* id eſſe: nam per idem compendium *uterque* etiam ſcribebatur. Nos proinde eos libros in quibus *m. uterque honor veſter* legitur ſecuti ſumus, nec dubitamus genuinam lectionem eſſe, præcipue cum conſtet eam à Livinejo vindicatam eſſe. Sermo quippe ad ſenatum. *Uterque*, quia amat princeps, quos vos amatis; vel ſi non tantum amat, quantum vos, tamen veſtrum judicium ſequitur. Melius ergo *Catanæus vobis* pro *nobis* reſtituit. 2 Deeſt *Ald. Vulg.* 3 Concupieris *Ald. Vulg.* 4 Dirimente *Scal.*

dem

dem ſerves! Abſtineas denique comitiis abſtruſus atque abditus, quaſi illic tibi non conſulatus detur, ſed abrogetur imperium! Hæc perſuaſio ſuperbiſſimis dominis erat, ut ſibi viderentur principes eſſe deſinere, ſi quid facerent tanquam ſenatores. Plerique tamen non tam ſuperbia quam metu quodam ſubmovebantur. An ſtuprorum ſibi, inceſtarumque noctium conſcii auſpicia polluere, ſacratumque campum nefario auderent contaminare veſtigio? non adeo deos homineſque contempſerant, ut in illa [1] ſpatioſiſſima ſede hominum deorumque conjectos in ſe oculos ferre ac perpeti poſſent. Tibi contra & moderatio tua ſuaſit & ſanctitas, ut te & religioni deorum & judiciis hominum exhiberes. Alii conſulatum antequam acciperent, tu & dum accipis, meruiſti.

LXIV. Peracta erant ſolennia comitiorum, ſi principem cogitares, jamque ſe omnis turba commoverat, quum tu, mirantibus cunctis, accedis ad conſulis ſellam: adigendum te præbes in verba principibus ignota, niſi quum jurare cogerent alios. Vides quam neceſſarium fuerit conſulatum non recuſare? non putaſſemus iſtud facturum te fuiſſe, ſi recuſaſſes. Stupeo, P. C. necdum ſatis aut oculis meis aut auribus credo: atque identidem me an audierim, [2] an viderim, interrogo. Imperator ergo, & Cæſar, & Auguſtus, Pontifex maximus, ſtetit ante gremium conſulis; ſeditque conſul principe ante ſe ſtante: & ſedit inturbatus, interritus, & tanquam ita fieri ſoleret. quinetiam [3] ſedens præbuit jusjurandum, & ille juravit, expreſſit, explanavitque verba, quibus caput ſuum, domum ſuam, ſi [4] ſcienter fefelliſſet, deorum iræ conſecraret. Ingens, Cæſar, & par gloria tua, ſive fecerint iſtud poſtea principes, ſive non fecerint. Ullane ſatis prædicatio digna eſt, idem tertio conſulem feciſſe quod primo? idem principem quod privatum? idem imperatorem quod ſub imperatore? Neſcio jam, neſcio pulcriuſne ſit iſtud, quod

1 Specioſiſſima *Seal.* 2 Aut vid. *Vulg.* 3 Sedens ſtanti præiit *Vulg.* quo modo legit *Gronovius.* [Obſerv. l. IV.] Atque *præiit* legend. monuit etiam *Briſſonius* de Formulis. In ſacris enim, & rebus ſolennibus ſolebat aliquis aut ſubmiſſa voce, aut de ſcripto præire verba, quæ magiſtratus ſummus voce clara dicebat: ne quid verborum præteriret, aut præpoſterum diceret, erraretque. tantam ſacrorum curam habuit antiquitas. *Plin.* ſen. lib. XXVIII. Non aſſentitur autem *Livinejus*, qui *præbuit* probam lectionem eſſe contendit, ut oblatum ac præbitum non de ſcripto præitum intelligas. Quod conſtare ait ex his proximè, quod *præeunte nullo juraſti*: nam id quidem ad tertium hunc conſulatum traxerit, ut quod ſequitur, *alio præeunte*, ad ſecundum, quem imperator, ſub imperatore tamen, *Trajanus* geſſerat. 4 *Sciens* ex conjecturâ *Lipſii.* Nam hæc juramenti clauſula & ſanctio fere erat: *Si ſciens fallo, tum Jupiter diique omnes mihi, meaque domui, irati ſunto.* Sic apud *Polybium* ac *Feſtum*: *Si ſciens fallo, ita me Dieſpiter ejiciat ut ego hunc lapidem.*

præeunte

præeunte nullo, an hoc, quod alio præeunte juraſti.

LXV. In roſtris quoque ſimili religione ipſe te legibus ſubjeciſti: legibus, Cæſar, quas nemo principi ſcripſit. Sed tu nihil amplius vis tibi licere quam nobis: ſic fit ut nos tibi plus velimus. [1] Quod ego nunc primum audio, nunc primum diſco, non eſt [2] princeps ſuper leges, ſed leges [3] ſupra principem: [4] idem Cæſari conſuli quod cæteris non licet; jurat in [5] legem attendentibus diis, (nam cui magis quam Cæſari attendant?) [6] jurat obſervantibus [7] his, quibus idem jurandum eſt: non ignarus alioqui, nemini religioſius, quod juraverit, cuſtodiendum, quam cujus maxime intereſt non [8] pejerare. Itaque & abiturus conſulatu juraſti, te nihil contra leges feciſſe. Magnum hoc erat quum promitteres: majus, poſtquam præſtitiſti. jam toties procedere in roſtra, [9] inaſcenſumque illum ſuperbiæ principum locum terere, hîc ſuſcipere, hîc ponere magiſtratus, quam dignum te, quamque diverſum conſuetudine illorum, qui pauculis diebus geſtum conſulatum, immo non geſtum, abjiciebant per edictum: [10] hoc pro concione, pro roſtris, pro jurejurando, ſcilicet ut primis extrema congruerent, utque hoc ſolo intelligerentur ipſi conſules fuiſſe, quod alii non fuiſſent.

LXVI. Non tranſilivi, patres conſcripti, principis noſtri conſulatum, ſed eundem in locum contuli quicquid de jurejurando dicendum erat. Neque enim, ut in ſterili jejunaque materia, eandem ſpeciem laudis [11] diducere ac ſpargere, atque identidem tractare debemus. Illuxerat primus conſulatus tui dies, quo tu curiam ingreſſus, nunc ſingulos, nunc univerſos adhortatus es reſumere libertatem, capeſſere quaſi communis imperii curas, invigilare publicis utilitatibus & inſurgere. Omnes ante te eadem iſta dixerunt, nemini tamen ante te creditum eſt. Erant ſub oculis naufragia multorum, quos [12] inſidioſa tranquillitate provectos improviſus turbo perculerat. Quod enim tam infidum mare, quam blanditiæ principum illorum, quibus tanta levitas, tanta fraus, ut [13] facilius eſſet iratos quam propitios habere? te vero ſecuri & alacres quo vocas ſequimur. Jubes eſſe liberos: erimus. jubes quæ ſentimus promere in medium: [14] proferemus. neque

1 Vegeta magis oratio, ut vult *Lipſ.*, ſi *Quid ego* legas, & interrogando acuas poſt, *diſco?* 2 Princeps ſunt leges *Ald Vulg.* 3 Aliter *ſuper.* 4 Idemque *Vulg.* 5 Potius *leges.* 6 Jura *Vulg.* 7 Iis *Ald Vulg.* 8 Pejerari *in marg. ed. Ald. in Bib. Bodl.* 9 *Lipſ.* mallet *inacceſſumque.* Sed non mutandum. Nam inacceſſus locus, potius eſſe videtur, quo non patet utique aditus: at principibus patebat utique aditus in roſtra, ſed noluerunt aſcendere. 10 Hoc iis pro *Scal.* 11 Deducere *Ald. Vulg.* 12 Invidioſa *Vulg.* 13 *Lipſ.* leg. *felicius.* 14 *Ritterſhuſ.* leg. *promemus.*

enim adhuc ignavia quadam & inſito torpore ceſſavimus. Terror, & metus, & miſera illa ex periculis facta prudentia monebat, ut à repub. (erat autem omnino nulla reſpublica) oculos, aures, animos averteremus: at nunc tua dextera tuiſque promiſſis freti & innixi obſepta diutina ſervitute ora reſeramus, frænatamque tot malis linguam reſolvimus. Vis enim tales eſſe nos, quales jubes, nihilque exhortationibus tuis fucatum, nihil ſubdolum, denique quod credentem fallere paret, non ſine periculo fallentis. neque enim unquam deceptus eſt princeps, niſi qui prius ipſe decepit.

LXVII. Equidem hunc parentis publici ſenſum cum [1] exhortatione ejus, tum pronunciatione [2] ipſa" [3] perſpexiſſe videor. Quæ enim illa gravitas ſententiarum? quam inaffectata veritas verborum? quæ aſſeveratio in voce? quæ affirmatio in vultu? quanta in oculis, [4] habitu, geſtu, toto denique corpore fides? Tenebit ergo ſemper quod ſuaſerit, ſcietque nos, quoties libertatem, quam dedit, experiemur, ſibi parere. nec verendum eſt, ne incautos putet, ſi fidelitate temporum conſtanter utamur, quos [5] meminit ſub malo principe aliter vixiſſe. Nuncupare vota & pro æternitate imperii, & pro ſalute [6] civium, immo pro ſalute principum, ac propter illos pro æternitate imperii ſolebamus: hæc pro imperio noſtro in quæ ſint verba ſuſcepta operæ pretium eſt annotare, SI BENE REMPUB. ET EX UTILITATE OMNIUM REXERIS. Digna vota quæ ſemper ſuſcipiantur, ſemperque ſolvantur. Egit cum diis, ipſo te auctore, Cæſar, reſpub. ut te ſoſpitem incolumemque præſtarent, ſi tu cæteros præſtitiſſes: ſi contra, illi quoque à cuſtodia [7] tui corporis oculos dimoverent, teque relinquerent votis, quæ non palam ſuſciperentur. Alii ſe ſuperſtites reipub. optabant faciebantque: tibi ſalus tua inviſa eſt, ſi non ſit cum reipub. ſalute conjuncta. Nihil pro te pateris optari, niſi expediat optantibus, omnibuſque annis in conſilium de te deos mittis, exigiſque ut ſententiam ſuam mutent, ſi talis eſſe deſieris, qualis electus es. Sed ingenti conſcientia, Cæſar, paciſceris cum diis, ut te ſi [8] mereris ſervent, quum ſcias, an merearis, neminem magis quam deos ſcire. Nonne vobis, P. C. hæc diebus ac noctibus agitare ſecum videtur? EGO QUIDEM IN ME, SI OMNIUM UTILITAS ITA POSCERET, ETIAM

1 Legerim *ex oratione*, cum *Lipſio*. 2 Deeſt *Vulg.* 3 Reſpexiſſe *Ald Vulg.* 4 *Pet. Faber* [Someſtr. l. II. p. 261.] leg. *aditu*. 5 Memini *Ald.* 6 Ait aliquis ineptam hanc lectionem eſſe, & reſcribendum *principum*, contra tamen *Lipſii* ſententiam. 7 Aliquot libri, *tui capitis*; ut *Grutero* dubium vix ſit, & illud, *corporis* & *capitis* natum à gloſſa. 8 Merearis *Vulg.* Mereberis *Ald.*

1 PRÆFECTI MANUM ARMAVI: SED NE DEORUM QUIDEM AUT IRAM AUT NEGLIGENTIAM DEPRECOR: QUAESO IMMO ET OBTESTOR, NE UNQUAM PRO ME VOTA 2 RESBUB. INVITA SUSCIPIAT; AUT SI SUSCEPERIT INVITA, NE DEBEAT.

LXVIII. Capis ergo, Cæſar, ſalutis tuæ glorioſiſſimum fructum ex conſenſu deorum. nam quum excipias, ut ita demum te dii ſervent, SI BENE REMPUB. ET EX UTILITATE OMNIUM REXERIS, certus es te bene rempub. 3 gerere, quum ſervent. Itaque ſecurus tibi & lætus 4 dies exit, qui principes alios cura & metu diſtinebat, quum ſuſpenſi & attoniti, parumque confiſi patientia noſtra, hinc atque inde publicæ 5 ſervitutis nuncios exſpectarent; ac ſi forte aliquos flumina, nives, venti præpediſſent, 6 ſtatim hoc illud eſſe credebant quod merebantur: nec erat diſcrimen ullum pavoris, propterea quod quum à malo principe tanquam ſucceſſor timeatur quiſquis eſt dignior, quum ſit nemo non dignior, omnes timentur. Tuam ſecuritatem non mora nunciorum, non literarum tarditas differt: ſcis tibi ubique jurari, quum ipſe juraveris omnibus. Nemo hoc ſibi non præſtat. Amamus quidem te in quantum mereris, iſtud tamen non tui facimus amore, ſed noſtri: nec unquam illuceſcat dies, quo pro te nuncupet vota non utilitas noſtra, ſed fides, Cæſar. Turpis tutela principis cui poteſt imputari. Queri libet quod in ſecreta noſtra non inquirant principes, niſi quos odimus. nam ſi eadem cura bonis quæ malis eſſet, quam ubique admirationem tui, quod gaudium exſultationemque deprehenderes? quos omnium cum conjugibus ac liberis, quos etiam cum domeſticis aris fociſque ſermones? ſcires molliſſimis 7 illis auribus parci, & alioqui quum ſint odium amorque contraria, hoc perquam ſimile habent, quod ibi intemperantius amamus bonos principes, ubi 8 liberius malos odimus.

LXIX. Cepiſti tamen & affectus noſtri & judicii experimentum, quantum maximum præſens capere potuiſti, illo die, quo ſolicitudini pudorique candidatorum ita conſuluiſti, ne 9 ullius gaudium alterius triſtitia turbaret. alii cum læti-

1 Factum memorabile & æternum tangit, dignumque quod ab oratore noſtro, qui minora diducit, paulo cumulatius explicetur. *Dio, Zonaras, Suidas, Victor*, ita referunt. *Cum præfecto prætorii gladium traderet quo accingi eum mos eſt, ſtrinxit, & nudatum tenens, ait, CAPE ISTVM, ET SI RECTE IMPERAVERO, PRO ME; SIN ALITER, CONTRA ME VTERE.* Iſte autem præfectus fuit *Licinius Sura*, qui *Victori Suburanus* dicitur. 2 Repub. *Ald.* 3 Gerere, & ex utilitate omnium, quum *Scal.* 4 Ita ex veteri libro *Livinejus* & *Lipſius* probant: alii *dies erit.* Sed etiam *Seneca* initio epiſtolæ VIII. *Nullus*, inquit, *mihi per otium dies exit.* 5 *Ritterſhuſ.* leg. *ſecuritatis*, quia præceſſit: *ſecurus tibi & lætus dies.* 6 Statum *Vulg.* 7 Iſtis *Ald. Steph.* 8 Aliter *liberalius.* 9 Quid ſi *unius?*

tia, alii cum ſpe receſſerunt: multis gratulandum, nemo conſolandus fuit. Nec ideo ſegnius juvenes noſtros exhortatus es, [1] conſulatum circumirent, ſenatui ſupplicarent, atque ita à principe ſperarent honores, ſi à ſenatu petiſſent. Quo quidem in loco, ſi quibus opus exemplo, adjeciſti, ut te imitarentur. Arduum, Cæſar, exemplum, & quod imitari non magis [2] quiſque candidatorum quam principum poſſit. Quis enim vel uno die reverentior ſenatus candidatus, quam tu, cum omni vita, tum illo ipſo tempore, quo judicas de candidatis? An aliud à te quam ſenatus reverentia obtinuit, ut juvenibus [3] clariſſimæ gentis debitum generi honorem, ſed antequam deberetur, offerres? Tandem ergo nobilitas non obſcuratur, ſed illuſtratur à principe: tandem illos ingentium virorum nepotes, illos poſteros libertatis, nec terret Cæſar, nec pavet: quinimmo feſtinatis honoribus amplificat atque auget, & majoribus ſuis reddit: ſi quid uſquam ſtirpis antiquæ, ſi quid reſidûæ claritatis, hoc amplexatur, & refovet, & in uſum reipub. promit. Sunt in honore hominum, & in [4] honore famæ magna nomina ex tenebris oblivionis indulgentia [5] Cæſaris: cujus [6] hæc intentio" eſt, ut nobiles & conſervet & efficiat.

LXX. Præfuerat provinciæ quæſtor unus ex candidatis, [7] inque ea civitatis ampliſſimæ redditus egregia conſtitutione fundaverat; hoc ſenatui allegandum putaſti. Cur enim te principe, qui generis tui clariratem virtute ſuperaſti, deterior eſſet conditio eorum, qui poſteros habere nobiles mererentur, quam eorum, qui parentes habuiſſent? O te dignum, qui de magiſtratibus noſtris ſemper hæc nuncies, nec pœnis malorum, ſed bonorum præmiis bonos facias! Accenſa eſt juventus, erexitque animos ad æmulandum, quod laudari videbat: nec fuit quiſquam quem non hæc cogitatio ſubiret, quum ſciret, quicquid à quoque in provinciis bene fieret, omnia te ſcire. Utile eſt, Cæſar, & ſalutare præſidibus provinciarum, hanc habere fiduciam, paratum eſſe ſanctitati, induſtriæ ſuæ maximum præmium, judicium principis, ſuffragium principis. Adhuc autem quamlibet ſincera rectaque ingenia, etſi non detorquebat, hebetabat tamen miſera, ſed

1 Unus liber ſcriptus; *ſenatum eirt.* quod egregium videtur *Lipſio & Livinejo*; non *Grutero*: qui nullum fere videt diſcrimen inter *circumire ſenatum & ſenatui ſupplicare.* 2 Aliter *quiſquam.* 3 *Lipſio* placet *clariſſimæ gentis*, & ad libros, neſcio quos, provocat. Sed vulgatum quoque eſt. 4 *Ore*, ex conjecturâ *Lipſii.* 5 Satis fracte hoc dicitur (inquit *Lipſius*,) videaturque vox deeſſe, *extracta*, aut ſimilis. 6 Deſunt *Ald. Vulg.* 7 *Lipſius* depravatum locum utcunque reſtituit. Lectum ab omnibus: *in quem ea civitas ampliſſima*, ſine ſenſu.

vera

vera reputatio. 1 Vides enim, ſi quid bene fecero, 2 neſciet Cæſar: aut ſi ſcierit, teſtimonium non reddet. Ita eadem illa ſeu negligentia ſeu malignitas principum, quum male conſultis impunitatem, recte factis nullum præmium polliceretur, nec illos à crimine, & hos deterrebat à laude. 3 At nunc, ſi bene aliquis provinciam rexerit, huic quæſita virtute dignitas offertur. patet enim omnibus honoris & gloriæ campus: ex hoc quiſque cupit petat, & aſſecutus ſibi debeat. Provinciis quoque in poſterum & injuriarum metum & accuſandi neceſſitatem remiſiſti. Nam ſi 4 præfuerint quibus gratias egerint, de nullo queri cogentur: 5 & alioquin nihil magis prodeſſe candidato ad ſequentes honores, quam peractos oprime magiſtratus, magiſtratus magiſtratu, honore honor petitur. Volo ego, qui provinciam rexerit, non tantum codicillos amicorum, nec urbana conjuratione eblanditas preces, ſed decreta coloniarum, decreta civitatum 6 alleget. Næ ſuffragiis conſularium virorum urbes, populi, gentes inſeruntur. Efficaciſſimum pro candidato genus eſt rogandi, gratias agere.

LXXI. Jam quo aſſenſu ſenatus, quo gaudio exceptum eſt, quum candidatis, ut quemque nominaveras, oſculo occurreres? devexus quidem in planum, & quaſi unus ex gratulantibus. Te mirer magis, an improbem illos, qui effecerunt, ut iſtud magnum videretur, quum velut affixi curulibus ſuis manum tantum, & hanc cunctanter & pigre, & imputantibus ſimiles, promerent? Contigit ergo oculis noſtris inſolita facies, princeps & 7 candidatus æquales & ſimul ſtantes, intueri

1 Sic plures librorum. *Catanaus*; *Quid enim.* alii: *Quid eſt enim. Baudio* videtur: *Vide enim.* Quoquo modo legas, ethopœia ſeu morum expreſſio innuitur, quaſi dictum ſit, *Videlicet.* 2 Neſciat *Vulg.* 3 Aliter *ac* legitur. 4 Alii leg. *profuerint.* rectius credo. Senſus enim hic eſt, ſi provincialium judicia apud principem valere incœperint, quoties teſtimonium reddunt præfecturæ bene adminiſtratæ, ſubinde omnes ſub hujuſce exempli fiducia, pari ſtudio provinciales demereri ſtudebunt. 5 Verba hæc depravata eſſe, nec inter ſe vincta, *Lipſ.* vidit, qui omnia ſic legit: *& liquebit nihil magis prodeſſe candidato ad ſequentes honores, quam peractos. Optime magiſtratus magiſtratu, honore honor petitur. Bongarſio & Grutero* videtur *peractus*, quibus *poteſt* vel *poterit* eum *prodeſſe* jungendum eſt. An *prodeſt & peractus* legendum? 6 *Livinejus* ſublata interpunctione, *alleget, ut ſuffragiis, &* mox *inſerantur*, cui aſſentitur *Lipſius.* Etſi poſſit etiam legi: *Bene ſuffragiis. Cellarius Livinejum* verbi modo imitatus eſt; particulæ autem mutatione (*na* in *ut*) tanquam violentiore abſtinuit. Pro *conſularium* aliter *clariſſimorum* legitur, ut colligo ex margin. ed. *Ald.* in Biblioth. *Bodl.* 7 Libri hîc mire variant. *Scal.* habet: *candidatus ac æquales &c.* Plerique: *eand. equitus & ſimulſtantis.* Alii: *æqualei & ſimul ſtantes*, quod correctores ſane reſipiat. *Livinejo* placet *candid. Equitis* (E majuſcula, id eſt, *equeſtris ordinis*) *ſimul ſtantes*, deleto &. Scriptura vulgata *Lipſio* non diſplicet; cenſet

eri [1][que] parem accipientibus [2] honorem, qui dabat. Quod factum tuum à cuncto ſenatu quam vera [3] acclamatione celebratum eſt, TANTO MAJOR, TANTO AUGUSTIOR. nam cui nihil ad augendum faſtigium ſupereſt, hic uno modo creſcere poteſt, [4] ſi ſe ipſe ſubmittat, ſecurus magnitudinis ſuæ. neque enim [5] ab ullo periculo fortuna principum longius abeſt, quam ab [6] humilitate. Mihi quidem non tam humanitas tua, quam intentio ejus admirabilis videbatur. quippe quum orationi oculos, vocem, manum commodares, ut ſi [7] alii eadem iſta mandaſſes, omnes comitatis numeros obibas. Atque etiam quum [8] ſuffragatorum nomina honore quo ſolent excipierentur, tu quoque inter excipientes eras, & ex ore principis ille ſenatorius aſſenſus audiebatur: quodque apud principem perhibere teſtimonium merentibus gaudebamus, perhibebatur à principe. Faciebas ergo quum diceres optimos: nec ipſorum modo vita à te, ſed judicium ſenatus comprobabatur, ornarique ſe non illos magis, quos laudabas, lætabatur.

LXXII. [9] Nam quod precatus es, ut illa ipſa ordinatio comitiorum BENE AC FELICITER EVENIRET [10] NOBIS, REIPUBLICÆ, nonne tibi tale eſt, ut nos hunc ordinem votorum convertere debeamus? deos denique obſecrare, ut omnia quæ facis, quæque facies, proſpere [11] cedant tibi, reipub, nobis? vel, ſi brevius ſit optandum, ut uni tibi, in quo & reſpub. & nos ſumus? Fuit tempus, ac nimium diu fuit, quo alia adverſa, alia ſecunda principi & nobis: nunc communia tibi nobiſcum tam læta quam triſtia: nec magis ſine te nos eſſe felices, quam tu ſine nobis potes. An ſi poſſes, in fine votorum adjeciſſes, UT ITA PRECIBUS TUIS DII ANNUERENT, SI JUDICIUM NOSTRUM MERERI PERSEVERASSES? Adeo nihil tibi amore civium antiquius, ut ante à nobis, deinde à diis, atque ita ab illis amari velis, ſi à nobis ameris. Et ſane priorum principum exitus docuit, ne à diis quidem amari, niſi

ſet tamen *Plinianum* eſſe: *Candidatus ejus, ſimul ſtantes.* Erant enim *candidati Cæſaris.* & ita in lapidibus nominantur: quos is produceret & commendaret. Nam de *candidato equitis*, id eſt, equeſtris ordinis (quod quidam ſuggerunt) alienum, & ineptum eſt. 1 Deeſt *Ald.* 2 Aliter legitur *honore. Livinejus* verba tranſponit, & reſcribit: *qui honorem dabat.* 3 Declamatione *Vulg.* 4 Deeſt *Ald.* 5 In quibuſd. deeſt. 6 Alii *humilitatis.* 7 Mavult *Lipſius*: *alius eadem iſta mandaſſet.* Sed aliter conſtat ſenſus, qui hoc innuit, Trajanum omnes impleviſſe comitatis numeros, licet has partes aliis demandaverit. 8 *Lipſ.* ſcribit: *ſuffragatores nomina, honore, quo ſolent, excipierent, tu quoque.* Sed quorum nomina ſvffragatores excipiebant? candidatorum, qui nomine & ordine citabantur. Vide quid dicat auctor noſter ep. 20. l. III. 9 Aliter legitur, *jam.* 10 Omnia tranſpoſita ſunt hæc verba, & ita legi debent: *nobis, reip. tibi, nonne tale eſt.* Clarum ex ſequentibus. 11 Cadant *Vulg.*

quos

quos homines ament. Arduum erat, has precationes tuas laudibus adæquare: adæquavimus tamen. Qui amoris ardor? qui ſtimuli, quæ faces illas nobis acclamationes ſubjecerunt? Non noſtri, Cæſar, ingenii, ſed tuæ virtutis tuorumque meritorum voces fuerunt, quas nulla unquam adulatio invenit, nullus cujuſquam terror expreſſit. Quem ſic timuimus ut hæc fingeremus? quem ſic amavimus ut hæc fateremur? Noſti neceſſitatem ſervitutis. quando ſimile aliquid audiſti, & quando dixiſti? Multa quidem excogitat metus; ſed quæ appareant quæſita ab invitis: aliud ſolicitudinis, aliud ſecuritatis ingenium eſt: alia triſtium inventio, alia gaudentium. Neutrum ſimulationes expreſſerint, habent ſua verba miſeri, ſua verba felices, 1 utque jam maxime eadem ab utriſque dicuntur.

LXXIII. Teſtis ipſe es, quæ in omnium ore lætitia: non amictus cuiquam, non 2 habitus quem 3 modo extulerat: inde reſultantia vocibus tecta, nihilque tantis clamoribus ſatis clauſum. Quis 4 nunc non è veſtigio ſuo exſiluit? quis exſiluiſſe ſenſit? multa fecimus ſponte, plura inſtinctu quodam & imperio. nam gaudio quoque cogendi vis ineſt. 5 num ergo modum ei tua ſaltem modeſtia impoſuit? nam quanto magis à te reprimebatur, exarſimus, non contumacia, Cæſar, ſed ut in tua poteſtate eſt an gaudeamus, ita in quantum, nec in noſtra. Comprobaſti & ipſe acclamationum noſtrarum fidem lacrymarum tuarum 6 veritate. Vidimus humeſcentes oculos tuos, 7 demiſſumque gaudio vultum, tantumque ſanguinis in ore, quantum in animo pudoris. Atque hoc magis incenſi ſumus ut precaremur. ne quando tibi non eadem cauſa lacrymarum, utque 8 nunquam frontem tuam abſtergeres. 9 Hoc ipſum, has ſedes nobis quaſi reſponſuras interrogemus, viderint ne unquam principis lacrymas: at ſenatus ſæpe viderunt. Oneraſti futuros principes: ſed & poſteros noſtros. Nam & hi à principibus ſuis exigent, ut eadem au-

1 Alii legunt: *utque jam maxime eadem ab utriſque dicantur, aliter dicuntur. Gruter.* leg. *ut quam maxime &c.* in quibuſd. edd. pro *utque* habetur *ut qua.* 2 *Pet. Faber* [Semeſtr. l. II. p. 379.] leg. *aditus.* 3 *Lipſ.* malit *domo.* 4 Tunc *Ald. Steph.* & quæd. aliæ edd. 5 Legitur & *non.* 6 *Lipſ.* leg. *ubertate.* Rectius autem *veritate*, ut reſpondeat præcedenti *fidem.* 7 Poteſt etiam legi *remiſſumque.* 8 Hic loci *Lipſium* adeo inceſſit prurigo critica, ut interroget ſeriò, quid abſtergeat? lacrymas? ea in genas delabuntur, non in frontem aſcendunt. Pudorem? non ſolet abſtergeri, nec poteſt. Cum tamen conſtare videatur, auctorem hoc voluiſſe; precatos ſe nimirum, ut pudorem eum nunquam poneret, quem lacrymis teſtatus ſenatui eſſet. Eſtque *abſtergere frontem*, pudorem ponere, & tanquam abſtergere, id eſt, ἀποτείχεσθαι τὴν αἰδῶ. Bene ergo *nunquam*, aut *non unquam*. falſo *non nunquam*, peſſime in quibuſd. & in contrarium prorſus *nunquam non.* 9 *Lipſ.* leg. *Hoc templum, has.*

dire

dire mereantur: & illi quod non audiant, indignabuntur.

LXXIV. Nihil magis poſſum proprie dicere, quam quod dictum eſt à cuncto ſenatu, O TE FELICEM: quod cum diceremus, non opes [1] tuas', ſed animum mirabamur! Eſt enim demum vera felicitas, felicitate dignum videri. Sed cum multa illo die dicta ſunt ſapienter & graviter, tum vel in primis hoc, CREDE NOBIS, CREDE TIBI. Magna hoc fiducia noſtri, majore tamen tui diximus. Alius enim fortaſſe alium, ipſum [2] ſe nemo deceperit, introſpiciat modo vitam, ſeque quid mereatur interroget. Proinde dabat vocibus noſtris fidem apud optimum principem, quod apud malos detrahebat. quamvis enim faceremus quæ amantes ſolent, illi tamen non amari ſe credebant ſibi. Super hæc precati ſumus, UT SIC TE AMARENT DII, QUEMADMODUM TU NOS. Quis hoc aut de ſe, aut [3] principi diceret mediocriter amanti? Pro nobis ipſis quidem hæc fuit ſumma votorum, ut nos ſic amarent dii, quomodo tu. Eſtne verum, quod inter iſta clamavimus, O NOS FELICES? Quid enim felicius nobis, quibus non jam illud optandum eſt, ut nos diligat princeps, ſed dii quemadmodum princeps? Civitas religionibus dedita, ſemperque deorum indulgentiam [4] pietate merita, nihil felicitati ſuæ putat aſtrui poſſe, niſi ut dii Cæſarem imitentur.

LXXV. Sed quid ſingula conſector & colligo, quaſi vero aut oratione complecti, aut memoria conſequi poſſim, quæ vos, P. C. ne qua interciperet oblivio, & in publica acta mittenda, & incidenda in ære cenſuiſtis? Ante, orationes principum tantum ejuſmodi genere monumentorum mandari æternitati ſolebant: acclamationes quidem noſtræ parietibus curiæ claudebantur. erant enim quibus nec ſenatus gloriari, nec [5] princeps poſſent: has veto & [6] in vulgus exire, & poſteris prodi, cum ex utilitate tum ex dignitate publica fuit; primum, ut orbis terrarum pietatis noſtræ adhiberetur teſtis & conſcius; deinde, ut manifeſtum eſſet, audere nos de bonis maliſque principibus non tantum poſt ipſos judicare; poſtremo, ut experimento cognoſceretur, & ante [7] nos gratos, ſed miſeros fuiſſe, quibus eſſe [7] nos gratos probare antea non licuit. At qua contentione, quo niſu, quibus clamoribus [8] expoſtulatum eſt, ne affectus noſtros, ne tua merita ſupprimeres? denique ut in poſterum exemplo provideres? Diſcant & principes acclamationes veras falſaſque diſcernere, habeantque muneris tui, quod jam decipi non poterunt.

1 Deeſt *Vulg.* 2 Se ne nemo *Vulg.* 3 *Lipſ.* mallet *principe*, & mox *amanti.* 4 Ex ingenio *Lipſii.* Vulgò, *piè merita.* 5 Principes *Scal.* 6 Alii: *in ſingulis exire, & in poſt.* 7 *Lipſ.* malit *non ingratos.* 8 Conqueſtum eſt, ne *Scal.* Expoſtulatum, ne *Vulg.*

Non

Non inſtruendum illis iter ad bonam famam, ſed non deſerendum: non ſubmovenda adulatio, ſed non reducenda eſt. Certum eſt & quæ facere & quæ debeant audire, ſi faciant. Quid nunc ego ſuper ea, quæ ſum cum toto ſenatu precatus, pro ſenatu precer, niſi ut hæreat animo tuo gaudium, quod tunc oculis [1] protuliſti? Ames illum diem, & tamen vincas: nova merearis, nova audias. eadem enim dici niſi ob eadem facta non poſſunt.

LXXVI. Jam quam antiquum, quam conſulare, quod triduum totum ſenatus ſub [2] exemplo tui ſedit, quum interea nihil præter conſulem ageres? Interrogavit quiſque quod placuit: diſſentire, diſcedere, & copiam judicii ſui reipubl. facere tutum fuit. Conſulti omnes, atque etiam dinumerati ſumus, vicitque ſententia non prima, ſed melior. At quis antea loqui, quis hiſcere audebat, præter miſeros illos, qui primi interrogabantur? cæteri quidem defixi & attoniti ipſam illam mutam ac ſedentariam aſſentiendi neceſſitatem quo cum dolore animi, quo cum totius corporis horrore perpetiebantur? Unus ſoluſque cenſebat, quod ſequerentur omnes, & omnes improbarent, in primis ipſe, qui cenſuerat: adeo nulla magis omnibus diſplicent, quam quæ ſic fiunt, tanquam omnibus placeant. Fortaſſe imperator in ſenatu ad reverentiam ejus componebatur: cæterum egreſſus ſtatim ſe recipiebat in principem, omniaque conſularia officia abigere, negligere, contemnere ſolebat. Ille vero ita conſul, ut ſi tantum conſul foret, nihil infra ſe putabat, niſi quod [3] infra conſulem eſſet: ac primum ita domo progrediebatur, ut illum nullus apparatus arrogantiæ principalis, nullus præcurſorum tumultus detineret. Una erat in limine mora, conſultare aves, revererique numinum monitus: nemo perturbabatur, nemo ſubmovebatur. Tanta viatoribus quies, tantus pudor faſcibus, ut plerumque aliena turba ſubſiſtere & conſulem & principem cogeret: ipſius quidem officium tam modicum, tam temperatum, ut antiquus aliquiſque magnus conſul ſub bono principe incedere videretur.

LXXVII. Iter illi ſæpius in forum, frequenter tamen & in campum. nam comitia conſulum obibat ipſe, [4] & tantum ex renunciatione eorum voluptatis, quantum prius ex deſtinatione capiebat. Stabant candidati ante curulem principis, ut ipſe ante conſules ſteterat, adigebanturque in verba, in quæ paulo ante ipſe juraverat princeps, qui tantum putat eſſe in jurejurando, ut illud & ab aliis exigat. Reliqua pars diei tribunali dabatur. Ibi vero quanta religio æquitatis,

1 Aliter *pratuliſti*. 2 Exemplo patientiæ tuæ ſedit *Vulg.* 3 Infra eos eſſet *Vulg.* 4 Deeſt *Ald. Steph.* & in quibuſd. aliis edd.

quanta legum reverentia? Adibat aliquis ut principem; reſpondebat ſe conſulem eſſe. Nullius ab eo magiſtratus jus, nullius auctoritas imminuta eſt, aucta etiam: ſiquidem pleraque ad prætores remittebat, atque ita, ut collegas vocaret, non quia populare gratumque audientibus, ſed quia ita ſentiebat. Tantum dignationis in ipſo honore ponebat, ut non amplius eſſe cenſeret, quod aliquis collega appellaretur à principe, quam quod prætor eſſet. Ad hæc tam aſſiduus in tribunali, ut labore reſici ac reparari videretur. Quis noſtrûm idem curæ, idem ſudoris [1] ſumit? quis [2] adeo expetitis honoribus aut deſervit, aut ſufficit? & ſane æquum eſt, tantum cæteris præſtare conſulibus ipſum, qui conſules facit: quippe etiam fortunæ videbatur indignum, ſi poſſet honores dare, qui gerere non poſſet. Facturus conſules doceat, [3] accepturiſque ampliſſimum honorem perſuadeat, ſcire ſe, quid ſit, quod daturus ſit: ſic fit, ut illi quoque ſciant, quid acceperint.

LXXVIII. Quo juſtius ſenatus ut ſuſciperes quartum conſulatum & rogavit & juſſit. Imperii hoc verbum, non adulationis eſſe, obſequio tuo crede, quod non alia in re magis aut ſenatus exigere à te, aut [4] tu'' præſtare ſenatui debes. Ut enim cæterorum hominum, ita principum illorum omnium, qui dii ſibi videntur, [6] ævum omne & breve & fragile eſt. Itaque optimum quemque niti & contendere decet, ut poſt ſe quoque reipub. proſit, moderationis ſcilicet juſtitiæque monimentis, quæ prima ſtatuere COS. [7] potes. Hæc nempe intentio tua, ut libertatem revoces ac reducas. Quem ergo honorem magis amare, quod nomen uſurpare ſæpius debes, quam quod primum invenit recuperata libertas? Non eſt minus civile, & principem eſſe pariter, & conſulem, quam tantum conſulem. [8] Habes etiam rationem verecundiæ collegarum tuorum; collegarum inquam: ita enim & ipſe loqueris, & nos loqui vis. Oneroſa erit modeſtiæ illorum tertii conſulatus ſui recordatio, donec te conſulem videant. Neque enim poteſt non nimium eſſe privatis, quod principi ſatis eſt. Annuas, Cæſar, optantibus, quibuſque apud deos [9] eſſe conſueſti, quorum potens es [10] ipſe', votorum compotes facias.

LXXIX. Fortaſſe ſufficiat [11] tibi'' tertius conſulatus: ſed nobis tanto minus ſufficit Ille nos inſtituit & induxit, ut te iterum iterumque COS. habere cupiamus: remiſſius iſtud

1 Inſumit *Vulg.* 2 Ab eo *Vulg.* 3 Accepturoſque *Ald. Vulg.* 4 Deeſt *Ald.* 5 Illorum etiam qui *Vulg.* 6 Æquum *Scal.* 7 *Lipſii* conjectura: vulgo *poteſt.* 8 Alii leg. *habe.* 9 Alii legunt *adeſſe.* 10 Deeſt *Ald. Vulg.* 11 Deeſt *Ald.*

contende-

contenderemus, ſi adhuc non ſciremus, qualis eſſes futurus. Tolerabilius fuit, experimentum tui nobis quam uſum negari. Dabiturne rurſus videre conſulem illum? audiet 1 &" reddet quas proxime voces? præſtabitque gaudium quantum ipſe percipiet? præſidebit lætitiæ publicæ auctor ejus & cauſa? tentabitque affectus noſtros ut ſolet cohibere, nec poterit? 2 Erit pietati ſenatus cum modeſtia principis felix ſpecioſumque certamen, ſeu fuerit victa ſeu vicerit? Equidem incognitam quandam proximaque majorem præſumo lætitiam. Quis enim eſt tam imbecilli ingenio, qui non tanto meliorem conſulem ſperet, quanto ſæpius fuerit? Alius labores, ſi non 3 continuo ſe deſidiæ ac voluptati dediſſet, otio tamen & quiete recreaſſet: hic conſularibus curis exſolutus, principales reſumpſit, tam diligens temperamenti, ut nec conſulis officium princeps, nec principis conſul appeteret. Videmus, ut provinciarum deſideriis, ut ſingularum etiam civitatum 4 precibus occurrat. nulla in 5 audiendo difficultas, nulla in reſpondendo mora. Adeunt ſtatim, dimittuntur ſtatim: tandemque principis fores excluſa legationum turba non obſidet.

LXXX. Quid? in omnibus 6 cognitionibus quam mitis ſeveritas, quam non diſſoluta clementia? Non locupletando fiſco 7 ſedes, nec aliud tibi ſententiæ tuæ pretium, quam bene judicaſſe. Stant ante te litigatores non de fortunis ſuis, ſed de ſua 8 exiſtimatione ſolliciti, nec tam verentur quid de cauſa ſua, quam quid de moribus ſentias. 9 veri principis, atque etiam 10 conſulis, reconciliare æmulas civitates, tumenteſque populos non imperio magis quam ratione compeſcere, intercedere iniquitatibus magiſtratuum, infectumque reddere quicquid fieri non oportuerit; poſtremo, velociſſimi ſideris more omnia inviſere, omnia 11 audire, & undecunque invocatum 12 ſtatim velut numen adeſſe & aſſiſtere! Talia eſſe crediderim, quæ ipſe mundi parens temperat nutu, ſi quando oculos demiſit in terras, & facta mortalium inter divina opera numerare dignatus eſt: 13 quibus nunc per te liber ſolu-

1 Deeſt *Ald* 2 *Lipſium* imitatus ſum, qui ex præcedente verbo *poterit*, hoc *erit*, tanquam abſorptum, repetiit, clauſulamque interrogatione diſtinxit. Vulgo enim: *poterit? pietati ſenatus &c.* 3 Continuos *Ald.* 4 Præſidiis *Vulg.* 5 *Adeundo* conjicit *Lipſ.* 6 Excogitationibus *Vulg.* 7 *Baudius* leg. *ſtudes.* 8 Æſtimatione *Ald. Vulg.* 9 Vere *Ald. Vulg* Cellarius autem malit, *ô vere.* 10 Conſularis decoris *Scal.* 11 *Livinejus* pro *audire*, reſtituendum putat *adire.* Sed nihil opus. Alludit enim auctor verſ. *Homericum* Odyſſ Λ. 108.

Ἠελίῳ, ὃς πάντ' ἐφορᾷ καὶ πάντ' ἐπακούει.

12 Statim numen velut ad. *Ald. Vulg.* 13 Quæ nunc per te cura liber &c. *Scal.* In quibuſd. *Qua nunc &c.* Cod. vet. *Livineji: Qua nunc parte libet repræſentat. Cuſpinian.* autem: *Qui nunc per te curarum liber.* quod correctius eſſe videtur *Livinejo.* Saltem *per te* abeſſent, ne inepta geminatione reperatur, *poſtquam te dedit.*

tuſque, cœlo tantum vacat, poſtquam te dedit, qui erga omne hominum genus vice ſua fungereris. fungeris enim, ſufficiſque mandanti, quum tibi dies omnis ſumma cum utilitate 1 noſtra, cum tua laude, condatur.

LXXXI. Quod ſi quando cum influentibus negotiis paria feciſti, inſtar refectionis exiſtimas mutationem laboris. Quæ enim remiſſio tibi, niſi luſtrare ſaltus? excutere cubilibus feras? ſuperare immenſa montium juga, & horrentibus ſcopulis gradum inferre, nullius manu, nullius veſtigio adjutum? atque inter hæc pia mente adire lucos, & occurſare numinibus? Olim hæc experientia juventutis, hæc voluptas erat; his artibus futuri duces imbuebantur, certare cum fugacibus feris curſu, cum audacibus robore, cum callidis aſtu: nec mediocre pacis decus habebatur ſubmota campis irruptio ferarum, & obſidione quadam liberatus agreſtium labor. Uſurpabant gloriam iſtam illi quoque principes, qui obire non poterant: uſurpabant 2 autem, ut domitas 3 fractaſque clauſtris feras, 4 ac" deinde 5 in ipſorum quidem ludibrium emiſſas mentita ſagacitate colligerent. 6 Huic par capiendi quærendique ſudor, ſummuſque & idem gratiſſimus labor, invenire. Enimvero ſi quando placuit idem corporis robur in maria proferre, non ille fluitantia vela aut oculis ſequitur aut 7 manibus: ſed nunc gubernaculis adſidet, nunc cum valentiſſimo quoque ſodalium certat frangere fluctus, domitare ventos reluctantes, remiſque transfretare obſtantia freta.

LXXXII. Quantum diſſimilis illi, qui non Albani lacus otium, Bajanique torporem & ſilentium ferre; non pulſum ſaltem fragoremque remorum perpeti poterat, 8 quin ad ſingulos ictus turpi formidine horreſceret. Itaque procul ab omni ſono inconcuſſus ipſe & immotus, religato revinctoque navigio, non ſecus ac piaculum aliquod, trahebatur. Fœda facies, quum P. R. imperator alienum curſum, alienumque rectorem velut capta nave ſequeretur. Nec deformitate iſta ſaltem flumina carebant atque amnes, Danubius ac Rhenus. Tantum illud noſtri 9 dedecoris vehere gaudebant, non minore cum pudore imperii, quod hæc Romanæ aquilæ, Romana ſigna, Romana denique ripa, quam quod hoſtium proſpectarent: hoſtium, quibus moris eſt eadem illa nunc ri-

1 Noſtra, ſumma cum t. *Vulg.* 2 Autem ita ut d. *Vulg.* 3 Fractiſque *Vulg.* 4 Deeſt *Seal.* 5 Suſpectum hic *Livineji* auribus, *quidem*; emendatque: *in ipſorum (quid ni?) ludibrium.* 6 Alii leg. *His par cap.* alii: *Hic par cap.* Vulgo: *Nunc par cap.* quod *Grutero* magis adridet, modo eſſet à manuſcripto codice. 7 *Lipſius* dubitat, an *navibus* forſan legendum ſit. 8 Qui *Vulg.* 9 Decoris *Ald.* In vet. cod. *Liv. dedecus*, unde ille reſcribit *dedecoris*, & pro *noſtri* ſuſpicatur legend *monſtri.*

gentia

gentia gelu flumina, aut campis ſuperflua, nunc liquida ac [1] deſerentia, luſtrare navigiis, nandoque ſuperare. Nec vero laudaverim per ſe [2] magnopere duritiem corporis ac lacertorum: ſed ſi his validior toto corpore animus [3] imperaret, quem non fortunæ indulgentiæ molliant, non copiæ principales ad ſegnitiem luxumque detorqueant; tunc ego, ſeu montibus ſeu mari exerceatur, & lætum opere corpus, & creſcentia laboribus membra mirabor. Video enim jam inde antiquitus maritos dearum, [4] ac deorum liberos, nec dignitate [5] nuptiarum magis quam his artibus inclaruiſſe. Simul cogito, quum ſint iſta ludus & avocamentum hujus, [6] quæ quantæque ſint" illæ ſeriæ & intentæ, & à quibus ſe in tale otium recipit, voluptates. Sunt enim voluptates, quibus optime de cujuſque gravitate, ſanctitate, temperantia creditur. [7] Nam quis adeo diſſolutus, cujus non occupationibus aliqua ſpecies ſeveritatis inſidat? Otio [8] prodimur. An non plerique principes hoc idem tempus in aleam, ſtupra, luxum conferebant, quum ſeriarum laxamenta curarum vitiorum contentione ſupplerent.

LXXXIII. Habet hoc [9] primum magna fortuna, quod nihil tectum, nihil occultum eſſe patitur: principum vero non modo domos, ſed cubicula ipſa intimoſque ſeceſſus recludit, omniaque arcana noſcenda famæ proponit atque explicat. Sed tibi, Cæſar, nihil accommodatius fuerit ad gloriam, quam penitus inſpici. Sunt quidem præclara quæ in publicum profers, ſed non minora ea quæ limine tenes. Eſt magnificum, quod te ab omni [10] contagione vitiorum reprimis ac revocas, ſed magnificentius, quod tuos. Quanto enim magis arduum eſt alios præſtare quam ſe, tanto laudabilius, quod, quum ipſe ſis optimus, omnes circa te ſimiles tui effeciſti. Multis illuſtribus dedecori fuit aut inconſultius uxor aſſumpta aut rerenta patientius: ita foris claros domeſtica deſtruebat infamia, & ne maximi cives haberentur hoc efficiebat, quod mariti minores erant. Tibi uxor in decus & gloriam cedit. Quid enim illa ſanctius? quid antiquius? Nonne, ſi pontifici maximo deligenda ſit conjunx, aut hanc aut ſimilem (ubi eſt autem ſimilis?) elegerit? quam illa nihil ſibi ex fortuna tua, niſi gaudium vendicat? quam conſtanter non potentiam tuam, ſed ipſum te reveretur? idem eſtis invicem, quod fu-

1 Alii leg. *deferentia*. Poſſit & *deferventia* legi. 2 Magno op. *Ald.* 3 Imperitet *Ald. Vulg.* 4 Et *Vulg.* 5 Pars membri altera deeſt, ſcribitque *Lipſ. Nuptiarum magis & natalium*: ac pluſcula hic obſervat hiulça, aut fœdata. 6 Deſunt *Ald. Steph. Lipſ.* leg. *qua quantaque ſint illa ſeria & intenta, & à quib ſe i. t. o. recipit. Voluptates ſunt enim voluptates, quibus.* 7 Jam *Ald. Steph.* 8 Producimur *Vulg.* 9 *Trivum* legit *Ritterſhuſius*, niſi magis placet *proprium*. 10 Cogitatione *Scal.* Cognatione *Vulg.*

iſtis :

iſtis : probatis ex æquo, nihilque vobis felicitas addidit, niſi quod ſcire cœpiſtis, quam bene uterque veſtrûm felicitatem ferat. Eadem quam modica cultu? quam parca comitatu? quam civilis inceſſu? mariti hoc opus, qui ita imbuit, ita inſtituit. nam uxori ſufficit 1 obſequii gloria. 2 An, quum videat quam te nullus terror, nulla comitetur ambitio, non & ipſa cum ſilentio incedat? ingredientemque pedibus maritum, in quantum patitur ſexus, imitetur? Decuerit hoc illam, etiamſi diverſa tu facias. Sub hac vero modeſtia viri, quantam 3 debet verecundiam uxor marito? fœmina ſibi?

LXXXIV. Soror autem tua, ut ſe ſororem eſſe meminit? ut in illa tua ſimplicitas, tua veritas, tuus candor agnoſcitur? ut ſi quis eam uxori tuæ conferat, dubitare cogatur, utrum ſit efficacius ad recte vivendum, bene inſtitui, aut feliciter naſci. Nihil eſt tam pronum ad ſimultates quam æmulatio, in fœminis præſertim : ea porro maxime naſcitur ex conjunctione, alitur æqualitate, 4 exardeſcit invidia, cujus finis eſt odium. Quo quidem admirabilius exiſtimandum eſt, quod mulieribus duabus in una domo, parique fortuna, nullum certamen, nulla contentio eſt. Suſpiciunt invicem, invicem cedunt : quumque te utraque effuſiſſime diligat, nihil ſua putant intereſſe, utram tu magis ames. 5 Idem utrique propoſitum, idem tenor vitæ, nihilque ex quo ſentias duas eſſe. te enim imitari, te ſubſequi ſtudent. Ideo utraque mores eoſdem, quia utraque tuos, habet : inde moderatio, inde etiam perpetua ſecuritas. Neque enim unquam periclitabuntur eſſe privatæ, quæ non deſierunt. Obtulerat illis ſenatus cognomen Auguſtarum, quod certatim deprecatæ ſunt, quamdiu appellationem patris patriæ tu recuſaſſes : ſeu quod plus eſſe in eo judicabant, ſi uxor & ſoror tua, quam ſi Auguſtæ dicerentur. Sed quæcunque illis ratio tantam modeſtiam ſuaſit, hoc magis dignæ ſunt 6 quæ in animis noſtris & ſint & habeantur Auguſtæ, quia non vocantur. Quid enim laudabilius fœminis, quam ſi verum honorem, non in ſplendore titulorum, ſed in judiciis hominum reponant? magniſque nominibus pares ſe faciant, etiam dum recuſant?

LXXXV. Jam etiam & in privatorum animis exoleverat priſcum mortalium bonum amicitia, cujus in locum migraverant aſſentationes, blanditiæ, & pejor 7 odio amoris ſimulatio. etenim in principum domo nomen 8 tantum amicitiæ, inane ſcilicet irriſumque, 9 manebat. Nam quæ poterat eſſe inter eos amicitia, quorum ſibi alii domini, alii ſervi videbantur?

1 Obſequi *Ald.* 2 At *Ald. Vulg.* 3 Debeat *Scal.* 4 Ardeſcit *Vulg.* Et ardeſcit *Scal.* 5 Aliter *idemque utr.* 6 Quod *Scal.* 7 Ordo *Ald. Steph.* & quæd. aliæ edd. male. 8 Tuum am. *Ald. Steph.* 9 Remanebat *Vulg.*

bantur? Tu hanc pulſam & errantem reduxiſti. Habes amicos, quia amicus ipſe es. neque enim, ut alia ſubjectis, ita amor imperatur: neque eſt ullus affectus tam erectus, & liber, & dominationis impatiens, nec qui magis vices exigat. Poteſt fortaſſe princeps inique, poteſt tamen odio eſſe nonnullis, etiamſi ipſe non oderit: amari, niſi ipſe amet, non poteſt. Diligis ergo quum diligaris, & in eo, quod [1] utrique honeſtiſſimum eſt, tota gloria tua eſt, qui ſuperior factus deſcendis in omnia familiaritatis officia, & in amicum ex imperatore ſubmitteris: immo tunc maxime imperator, quum amicum ex imperatore agis. Etenim quum plurimis amicitiis fortuna principum indigeat, præcipuum eſt principis opus amicos parare. Placeat tibi ſemper hæc ſecta, & cum alias virtutes tuas, tum hanc conſtantiſſime, teneas, [2] nec unquam perſuadeatur, humile eſſe principi, [3] niſi odiſſe. Jucundiſſimum eſt in rebus humanis amari, ſed non minus amare: quorum utroque ita frueris, ut quum ipſe ardentiſſime diligas, adhuc tamen ardentius diligaris. Primum, quia facilius eſt unum amare quam multos: deinde, quia tibi amicos tuos obligandi adeſt facultas tanta, ut nemo poſſit te, niſi ingratus, non magis amare.

LXXXVI. Operæ] pretium eſt referre, quod tormentum tibi injunxeris, ne quid amico negares. Dimiſiſti optimum virum, tibique cariſſimum, invitus & triſtis, & quaſi retinere non poſſes. Quantum amares eum, deſiderio expertus es, diſtractus ſeparatus [4 que] dum cedis & vinceris. Ita quod fando inauditum, quum princeps & principis amicus diverſa velletis, id potius factum eſt, quod amicus volebat. O rem memoriæ literiſque mandandam! præfectum prætorii non ex [5] ingerentibus, ſed ex ſubtrahentibus legere: eundemque otio, [6] quem pertinaciter amet, reddere: quumque ſis ipſe diſtentus imperii curis, non quietis gloriam cuiquam invidere. Intelligimus, Cæſar, quantum tibi pro laborioſa iſta ſtatione & exercita debeamus, quum otium à te, tanquam res optima, & petatur, & detur. Quam ego audio confuſionem tuam fuiſſe, quum digredientem proſequereris? proſequutus enim nec temperaſti tibi, quo minus exeunti in littore amplexus oſculum ferres. Stetit Cæſar in illa amicitiæ ſpecula, precatuſque maria, celeremque (ſi tamen ipſe voluiſſet) recurſum, nec ſuſtinuit recedentem non etiam atque etiam votis, [7] lacrymis, ſequi. Nam de liberalitate taceo. quibus enim muneribus æquari hæc cura principis, hæc patientia poteſt,

1 Utrinque *Vulg.* 2 Nec quicquam unq *Scal.* 3 *Livinej.* conjecit *nihil od.* 4 Deeſt *Ald. Steph.* & aliis quibuſd. edd. 5 Ingerentibus ſe, ſed *Scal.* 6 Alii *quod pert. amet.* 7 *Ritterſhuſ.* malit *lacrymiſque ſeq.*

qua

qua meruiſti, ut ille ſibi nimium fortis, ac prope durus, videretur? Nec dubito, quin agitaverit ſecum an gubernacula retorqueret: & feciſſet, [1] niſi quod pene ipſo contubernio principis felicius jucundiuſque eſt deſiderare principem. Et ille quidem ut [2] maxima fructus ſuſcepti, ita majore depoſiti officii gloria fruitur: tu autem facilitate iſta conſequutus es, ne quem retinere videaris invitum.

LXXXVII. Civile hoc erat & parenti publico convenientiſſimum, nihil cogere, ſemperque meminiſſe, nullam tantam poteſtatem cuiquam dari poſſe, ut non ſit gratior poteſtate libertas. Dignus es, Cæſar, qui officia mandes deponere optantibus; qui petentibus vacationem, invitus quidem, ſed tamen tribuas; qui ab amicis orantibus requiem, non te relinqui putes; qui ſemper invenias & quos ex otio revoces & quos otio reddas. Vos quoque, quos parens noſter familiariter inſpicere dignatur, fovete [3] ſancte" judicium ejus, quod de vobis habet: hic veſter labor eſt. Princeps enim, quum in uno probavit amare ſe ſcire, vacat culpa, ſi alios minus amat. Ipſum quidem quis mediocriter diligat, quum leges amandi non det, ſed accipiat? hic præſens, ille mavult abſens amari: uterque ametur, ut mavult: nemo in tædium præſentia, nemo in oblivionem abſentia veniat. Tenet quiſque locum, [4] quem ſemper meruit; faciliuſque eſt ut oculis ejus vultus abſentis quam ut animo caritas excidat.

LXXXVIII. Plerique principes, quum eſſent civium domini, libertorum erant ſervi: horum conſiliis, horum nutu regebantur: per hos audiebant, per hos loquebantur: per hos præturæ etiam & ſacerdotia & conſulatus, immo & ab his, petebantur. Tu libertis tuis [5] ſummum quidem honorem, ſed tanquam libertis habes, abundeque ſufficere his credis, ſi probi & frugi exiſtimentur. Scis enim, præcipuum eſſe indicium non magni principis, magnos libertos. Ac primum neminem in uſu habes, niſi aut tibi, aut patri tuo, aut optimo [6] cuique principum, [7] dilectum: ſtatimque hos ipſos

1 Uſus vocum *niſi quod*, pro *praterquam quod*, neque rarus, nec inelegans eſt. At videtur hoc loco *quod* redundare, aut, ſi inciditur inter *niſi* & *quod*, aliquid in fine deeſſe, *deſiderare principem*, puta *maluiſſet*, aut ſimile. Quidam autem legunt, *deſiderare principem deſiderantem*, quod *Lipſ.* tanquam plenius argutiuſque placet. 2 *Maximo fructus* in cod. vet. *Livineji*, unde legit *maximo fructu*. 3 Deeſt *Ald. Steph.* ut etiam in pleriſque edd. *Lipſius* vellet *ſancite*. 4 Videbatur aptius *Lipſio*: *quem ſemel promeruit*. 5 Apage; (inquit *Lipſ.*) ſi *ſummum*, quid abit à *Claudio*? Reſcribe, *ſuum*. Aſſentitur & *Baudius*. Sed non video cur mutemus. Nam per *ſummum* non debemus intelligere abſolute ſummum; ſed qui ſummus eſt pro conditione libertorum, ſeu quantus præſtari libertis decet. Ideo poſt ita reſtringitur, *ſed tanquam libertis*. 6 Cuiquam *Ald.* 7 *Lipſ.* Leg. *dilectum æſtimatumque: hos ipſos &c.*

quotidie,

quotidie, deinde ita formas, ut ſe non tua fortuna, ſed ſua metiantur: & tanto magis [1] digni, quibus honor omnis præſtetur à nobis, quia non eſt neceſſe. Juſtiſne de cauſis S. P. Q. R. OPTIMI tibi cognomen adjecit? Paratum id quidem & in medio poſitum, novum tamen. Scias neminem ante meruiſſe, quod non erat excogitandum, ſi quis meruiſſet. An ſatius fuit FELICEM vocare? quod non [2] moribus, ſed fortunæ datum eſt. Satius, MAGNUM? cui plus invidiæ quam pulcritudinis ineſt. Adoptavit te [3] optimum princeps in ſuum, ſenatus in OPTIMI nomen. Hoc tibi tam proprium quam paternum, nec magis definite diſtincteque deſignat qui Trajanum, quam qui OPTIMUM appellat, ut olim frugalitate Piſones, ſapientia Lælii, pietate Metelli monſtrabantur: quæ ſimul omnia uno iſto nomine continentur. Nec videri poteſt optimus, niſi qui eſt omnibus optimis in ſua cujuſque laude præſtantior. Merito tibi ergo poſt cæteras appellationes hæc eſt addita, ut major. Minus eſt enim imperatorem & Cæſarem & Auguſtum, quam omnibus imperatoribus, & Cæſaribus, & Auguſtis eſſe meliorem: ideoque ille parens hominum deorumque, OPTIMI prius, deinde MAXIMI nomine colitur: quo præclarior laus tua, quem non minus conſtat optimum eſſe quam maximum. Aſſequutus es nomen, quod ad alium tranſire non poſſit, niſi ut appareat in bono principe alienum, in malo falſum: quod licet omnes poſtea uſurpent, ſemper tamen agnoſcetur ut tuum. Etenim, ut nomine AUGUSTI admonemur ejus cui primum dicatum eſt; ita hæc OPTIMI appellatio nunquam memoriæ hominum ſine te recurret: quotieſque poſteri noſtri OPTIMUM aliquem vocare cogentur, toties recordabuntur, quis meruerit vocari.

LXXXIX. Quanto nunc, dive Nerva, gaudio frueris, quum vides & eſſe optimum & dici, quem tanquam optimum elegiſti! quam lætum tibi, quod comparatus filio tuo [4] vinceris! Neque enim alio magis approbatur animi tui magnitudo, quam quod optimus ipſe non timuiſti eligere meliorem. Sed & tu, pater Trajane, (nam tu quoque ſi non ſidera, proximam tamen ſideribus obtines ſedem) quantam percipis voluptatem, quum illum tribunum, illum militem tuum, tantum imperatorem, tantum principem cernis? cumque eo qui adoptavit amiciſſime contendis, pulcrius [5] fuiſſe genuiſſe talem, [6] an elegiſſe? Macte uterque ingenti in remp. merito, cui hoc tantum boni contuliſtis. Licet alteri veſtrûm filii vir-

1 Digni ſunt qui *Vulg.* 2 Legitur item *minoribus.* 3 *Optimus* alii: alterutra lectio conſtare poteſt, ſi ad caput proxime ſequens attendas. 4 Vincereris *Vulg.* 5 *Lipſius* vellet, *fueriſne.* 6 *in.* *Quam.*

tus triumphalia, cœlum alteri dederit, non minor tamen veſtra laus, quod iſta per filium quam ſi ipſi meruiſſetis.

XC. Scio, P. C. cum cæteros cives, tum præcipue conſules, oportere ſic affici, ut ſe publice magis quam privatim obligatos putent. Ut enim malos principes rectius pulcriuſque eſt ex communibus injuriis odiſſe quam propriis, ita boni ſpecioſius amantur ob ea, quæ generi humano, quam quæ hominibus, præſtant: quia tamen in conſuetudinem venit, ut conſules, publica gratiarum actione perlata, ſuo quoque nomine, quantum debeant principi, profiteantur, concedite, me, non pro me magis munere iſto, quam pro collega meo Cornuto Tertullo, [1] C. V., fungi. Cur enim non pro illo quoque gratias agam, pro quo non minus debeo? præſertim quum indulgentiſſimus imperator in concordia noſtra ea præſtiterit ambobus, quæ ſi tantum in alterum contuliſſet, ambos tamen æqualiter obligaſſet. Utrumque noſtrûm ille optimi cujuſque ſpoliator & carnifex ſtragibus amicorum, & in proximum jacto fulmine afflaverat. iiſdem enim amicis gloriabamur, eoſdem amiſſos lugebamus: ac ſicut nunc ſpes gaudiumque, ita tunc communis nobis dolor & metus erat. Habuerat hunc honorem periculis noſtris divus Nerva, ut nos, [2] & ſi minus ut bonos promovere vellet, quia mutati ſæculi ſignum & hoc eſſet quod florerent, quorum præcipuum votum ante fuerat, ut memoriæ principis elaberentur.

XCI. Nondum biennium compleramus in [3] officio laborioſiſſimo & maximo, quum tu nobis, optime principum, fortiſſime imperatorum, conſulatum obtuliſti, ut ad ſummum honorem gloria celeritatis accederet. Tantum inter te & illos principes intereſt, qui beneficiis ſuis commendationem ex difficultate captabant, gratioreſque accipientibus honores arbitrabantur, ſi prius illos deſperatio, & tædium, & ſimilis repulſæ mora, in notam quandam pudoremque vertiſſent. Obſtat verecundia, quo minus percenſeamus, quo utrumque noſtrûm teſtimonio ornaris, ut amore recti, amore reipub. priſcis illis conſulibus æquaveris, merito necne, neutram in partem decernere audeamus: quia nec fas eſt affirmationi tuæ derogare, & oneroſum confiteri vera eſſe, quæ de nobis præ-

1 Lege, *clariſſimo viro*, non, *conſulari viro*, ut à multis editum eſt. *Tertullus* enim tum conſul erat & collega *Plinii*, non conſularis, hoc eſt, conſulatu defunctus. Extremo Panegyrico: *ut me conſulem, & mox conſularem.* Immo *Livinejus* ſic in antiquo libro per notas ſcriptum invenit. 2 *Lipſio* & *Baudio* ulcus inſanabile videtur. At *Lipſ.* aliquando cogitavit: *etſi minus notos, ut bonos tamen* 3 Ærarii præfectura. v. ep. 10. l. I.

ſertim

ſertim tam magnifica dixiſti. Tu tamen dignus es, qui eos conſules facias, de quibus poſſis iſta prædicare. Tribuas veniam, quod inter hæc beneficia tua gratiſſimum eſt nobis, quod nos rurſus collegas eſſe voluiſti: ita caritas mutua, ita congruens tenor vitæ, ita una eademque ratio propoſiti poſtulabat: cujus ea vis, ut morum ſimilitudo concordiæ noſtræ gloriam minuat: ac perinde ſit mirum ſi alter noſtrûm à collega, ac ſi à ſeipſo, diſſentiat. Non ergo temporarium & ſubitum eſt, quod uterque collegæ conſulatu, tanquam iterum ſuo gaudet: niſi quod tamen qui rurſus conſules fiunt, bis quidem, ſed temporibus diverſis obligantur: nos duos conſulatus accipimus ſimul, ſimul gerimus, alterque in altero conſules, ſed iterum & pariter ſumus.

XCII. Illud vero quam inſigne, quod nobis præfectis ærario conſulatum ante quam ſucceſſorem dediſti? Aucta eſt dignitas dignitate: neque continuatus tantum, ſed geminatus eſt honor, finemque poteſtatis alterius, tanquam parum eſſet excipere, prævenit. Tanta tibi integritatis noſtræ fiducia fuit, ut non dubitares te ſalva diligentiæ tuæ ratione eſſe facturum, ſi nos poſt maximum officium privatos eſſe non ſineres. Quid, quod [1] eundem in annum conſulatum noſtrum contuliſti? Ergo non alia nos pagina, quam te conſulem accipiet: & noſtra quoque nomina addentur faſtis, quibus ipſe [2] præſcriberis. Tu comitiis noſtris præſidere, tu nobis ſanctiſſimum illud carmen præire dignatus es: tuo judicio conſules facti, tua voce renunciati ſumus, ut idem honoribus noſtris ſuffragator in curia, in campo declarator exiſteres. Nam quod [3] eum potiſſimum menſem attribuiſti, quem tuus natalis exornat, quam pulcrum nobis? quibus edicto, quibus ſpectaculo celebrare contigit diem illum triplici gaudio lætum, qui principem abſtulit peſſimum, dedit optimum, meliorem optimo genuit. Nos ſub oculis tuis [4] auguſtior ſolito currus accipiet; nos inter ſecunda [5] omnia, &

1 Nihil deeſt, nec quid mutandum. *Eundem in annum*, nempe in quem tuum contulisti. *Livinejus* tamen *tuum* pro *eundem* repoſuit. *Onuphrius* [com. in 1. Faſtorum] ad vulgatam ſcripturam duas alias voces adjecit: *eundem in annum conſulatus tui conſulatum noſtrum contul.* 2 Perſcriberis *Ald. Vulg.* 3 *Livinejus* ex vet. codice legit & emendat, *nam quod eos*, & mox *menſi*. Eos, inquit, nempe honores. Sed quid opus eſt nebulam ſuffundere? Quid poteſt eſſe clarius, quàm lectio vulgo recepta? Nec ſane debemus ex omni occaſione laudis anſam aucupari, ob quod tamen vir doctus omnino eſt incuſandus. Sententia *Plinii* liquida: Dediſti nobis eum menſem (nempe Septembrem) in quo celebritas & decus adjici poſſet noſtro conſulatui. Quia ex Kalendis Septembribus deſignati in Novembrem. 4 *Lipſius auguſtiores ſolito* reſcribit. Sed perperam, ut putat *Marcil.* not. ad *Suet.* p. 60. ex edit. *Grav.* 5 Alii *omina*.

vota certantia, quæ præſenti tibi conferentur, [1] &" vehemur alacres & incerti ex utra parte major auribus noſtris accidat clamor.

XCIII. Super omnia tamen prædicandum videtur, quod pateris conſules eſſe quos feciſti: quippe nullum periculum, nullus ex principe metus conſulares animos debilitat & frangit: nihil invitis audiendum, nihil coactis decernendum erit. Manet manebitque honori veneratio ſua: nec ſecuritatem auctoritate perdemus. Ac ſi quid forte ex conſulatus faſtigio fuerit diminutum, noſtra hæc erit culpa, non ſæculi. licet enim quantum ad principem, licet tales conſules agere, quales ante principes erant. Ullamne tibi pro beneficiis referre gratiam parem poſſumus, niſi tantum illam, ut ſemper nos meminerimus conſules fuiſſe, & conſules tuos? Ea ſentiamus, ea cenſeamus quæ conſularibus digna ſunt: ita verſemur in republica, ut credamus eſſe remp. non conſilium noſtrum, non operam ſubtrahamus, nec disjunctos nos, & quaſi [2] dimiſſos conſulatu, ſed quaſi aſtrictos & devinctos putemus, eundemque locum laboris & curæ, quem reverentiæ dignitatiſque, teneamus.

XCIV. In fine orationis præſides cuſtodeſque imperii [3] deos ego conſul pro rebus humanis, ac te præcipue, Capitoline Jupiter, precor, ut beneficiis tuis faveas, tantiſque muneribus addas perpetuitatem. Audiſti quæ malo principi [4] precabamur; exaudi quæ pro diſſimillimo optamus. Non te diſtringimus votis: non enim pacem, non concordiam, non ſecuritatem, non opes oramus, non honores: ſimplex cunctaque iſta complexum unum omnium votum eſt, SALUS PRINCIPIS. Nec vero [5] nova tibi injungimus. tu enim jam tunc illum in tutelam recepiſti, quum prædonis avidiſſimi faucibus eripuiſti. Neque enim ſine auxilio tuo, quum altiſſima quæque quaterentur, hic, qui omnibus excelſior [6] erat", inconcuſſus ſtetit. Præteritus eſt à peſſimo principe, qui præteriri ab optimo non potuit. Tu clara judicii tui ſigna miſiſti, quum proficiſcenti ad exercitum tuo nomine, tuo honore ceſſiſti: tu voce IMPERATORIS quid ſentires locutus, filium illi, nobis parentem, tibi pontificem maximum elegiſti. Quo majore fiducia iiſdem illis votis, quæ ipſe pro ſe nuncupari jubet, oro & obteſtor, SI BENE REMPUB. SI EX UTILITATE OMNIUM REGIT, primum ut illum nepotibus noſtris ac pronepotibus ſerves; deinde ut quandoque ſucceſſorem ei tribuas, quem genuerit, quem formaverit, ſimilemque fecerit

1 Deeſt *Ald. Steph.* 2 Demiſſos *Ald.* 3 Divos ego conſules *Vulg.* 4 Aptius, *imprecabamur.* 5 Novam tibi *injungimus curam Vulg.* 6 Deeſt *Ald.*

adoptato;

adoptato; aut, si hoc fato negatur, in consilio sis eligenti, monstresque aliquem quem adoptari in Capitolio deceat.

XCV. Vobis, P. C. quantum debeam, publicis etiam monumentis continetur. Vos mihi in tribunatu quietis, in prætura modestiæ, vos in istis officiis etiam, quæ è studiis nostris circa tuendos socios injunxeratis, cuncti constantiæ antiquissimum testimonium perhibuistis: vos proxime destinationem consulatus mei his acclamationibus approbavistis, ut intelligam, etiam atque etiam enitendum mihi, ut hunc consensum vestrum complectar, & teneam, & in dies augeam. Etenim memini tunc verissime judicari, meruerit quis honorem, necne, quum adeptus est. Vos modo favete huic proposito, & credite, si cursu [1] quodam provectus ab illo insidiosissimo principe, antequam profiteretur odium bonorum, postquam professus est, [2] substiti; quum viderem quæ ad honores compendia paterent, longius iter malui: si malis temporibus inter mœstos & paventes, bonis inter securos gaudentesque numeror: si denique in tantum diligo optimum principem, in quantum invisus pessimo fui. Ego reverentiæ vestræ sic semper inserviam; non ut me consulem, & mox consularem, sed ut candidatum consulatus putem.

1 Quondam *Ald. Steph.* & plerque edd. 2 Substitui *Ald. Steph.* | nec aliter *Elzevir.*

FINIS.

INDEX

INDEX *Auctorum à* PLINIO *laudatorum.*

A.

ACcius. 107.
Æschines. 19, 28, 79, 237.
Antoninus. 77, 78, 94, 101, 119.
Antonius (*Marcus.*) 128.
Appius. 243.
Aratus. 114.
Aristophanes. 21.
Artemidorus Philosophus. 64. 65.
Asinius Gallus. 166.
Augurinus (*Sentius.*) 100, 221.
Augustus. 107, 275, 279.

B.

Brutus (*Marcus.*) 106.

C.

Cæsar (C. *Julius.*) 19, 66, 107.
Callimachus. 78.
Calvus. 1, 16, 100, 106.
Caninius. 194, 195.
Capito (*Titinius.*) 201, 202.
Cato. 19, 66, 80, 100.
Catullus. 16, 90, 100, 106.
Cicero, *Vide* Tullius.
Cluvius. 230.
Cœlius. 19.

D.

Demosthenes. 1, 19, 28, 79, 80, 162, 189, 233, 236, 237.
Dion (*Coccejanus.*) 280, 281.

E.

Ennius Poëta. 107.
Euphrates Philosophus. 10, 11.
Eupolis Comicus. 20.
Euricius. 16.

F.

Fannius (*C.*) 108, 109.
Frontinus (*Julius.*) 81, 229, 230.

G.

Gætulicus 106.
Geminius. 222, 223.
Gracchi (*Tiberius & Cajus.*) 19.

H.

Herodes. 78.
Hesiodus. 59.
Homerus. 6, 17, 18, 21, 62, 78, 114, 126, 129, 137, 194, 195, 217, 226, 235.
Horatius. 232.
Hortensius (*Quintus.*) 106.
Hyperides. 19.

I.

Isæus.. 27, 28.
Isocrates. 156.
Julius. *Vide* Cæsar.
Julius Africanus Orator. 169.

L.

Lentulus. 106.
Licinianus (*Valerius.*) 85, 86, 87.
Livius. 27, 148.
Lucejus. 106.
Lucretius. 95.
Lysias. 19.

M.

Martialis. 74, 75.
Maximus. 96, 217.
Memmius (*C.*) 106.
Menander. 151.
Messala (*Marcus.*) 106.

N.

Nepos (*Cornelius.*) 101, 107.
Nero. 107, 108, 109.
Nicetes Sacerdos. 135.

O.

Octavius. 33.

P.

Passienus Paulus. 142, 231, 232.
Pericles. 20, 21.
Plato. 10.
Plautus. 16, 151.
Plinius Major. 54, 55, 56, 117, 142, 143, 144, 145, 146.
Pollio. 19.
Pollio (*Asinius.*) 106.
Pomponius Secundus. 54, 177.
Proculus. 68.

Proper-

Propertius. 142, 232.
Q.
Quinctilianus. 40, 135, 160,
R.
Regulus (*Marcus.*) 3, 4, 20, 48, 77, 80, 131, 132.
Romanus, [*vide* Verginius: *vide* Voconius] 238, 239.
Rufus. 245.
Rufus (*Virginius.*) 107, 229, 230.
S.
Sacerdos, *vide* Nicetes.
Sardus. 240.
Saturninus (*Pompejus.*) 16.
Scævola (*Quintus.*) 106.
Seneca (*Annæus.*) 106.
Senecio. 179.
Silius Italicus. 57, 58, 59.
Spurinna (*Veſtricius.*) 31, 50, 51, 64, 101, 125.
Suetonius Tranquillus. 59. 119, 283, 284.
Sulla (*Lucius.*) 106.
Sulpitius (*Ser.*) 106.
T.
Tacitus (*Corn.*) 5, 18, 25, 34, 36, 38, 91, 138, 142, 143, 144, 145, 146, 148, 180, 181, 191, 192, 199, 222, 227.
Terentius. 16, 151.
Thucydides. 80, 117.
Titus Cæſar. 107.
Torquati. 106.
Tullius (*Marcus.*) 2, 19, 20, 68, 81, 106, 166, 167, 178, 218, 236.
Tyro libertus Ciceronis. 166, 167.
V.
Varro. 106.
Verginius Romanus. 150, 151.
Virgilius. 58, 107, 114, 148, 161.
Voconius Romanus. 38, 66, 249.
X.
Xenophon. 191.

INDEX *Rerum & Verborum maxime memorabilium.*

A.
ABaſcantius. 251.
Abrogare imperium. 336.
Abſentium deſiderium. 131.
Abſtinens alieni. 137.
Acanthus in horto aut villa. 111.
Accia Variola. 161. exhæredata à patre. *ibid.* actio pro ea. *ibid.*
Acclamatio conducta. 39. Senatus. 342. ingens. 343. acclamationes in curia. 83. acclamationes fingendi tempus non habent. 294. in acta publica miſſæ. 344. antea parietibus curiæ clauſæ. *ibid.*
Accuſationes voluntariæ. 53. ſub malo principe infames. 57.
Achaja provincia. 215.
Acilianus (*Minutius.*) 14. Aciliani codicilli. 41.
Acilius. 15, 67, 129.
Acta publica. 122. 344.
Actio bona. 19. differt ab oratione bona. *ibid.* actionis & recitationis non eadem ratio, 46. actionis exemplar oratio. 19. actionis oratoriæ vis. 28.
Actus. 23.
Aculeum relinquere audientibus 21.
Adducere remp. in diſcrimen. 299.
Adeſſe. 169. utilitatibus fiſci. 319. exercitationibus. 304.
Adhortatio ad famam nominis. 58.

Adoleſcentes caſtigandi qualiter. 223. an inſtituendi domi. 88. à quo inſtituantur multum refert. 52. ſunt in lubrico ætatis. *ibid.* adoleſcentium quædam auribus danda. 29.
Adoleſcentuli forenſes. 39.
Adulantia verba parvulorum. 309.
Adulatio cruenta Publicii Certi. 226. miſera. 327. per adulationis officium. 183. adulatione conſumpta novitas. 328. adulationes avaras non audit Trajanus. 319.
Advocati novitii. 39.
Advocationes venire & emi vetitæ. 122. tribunus ab advocatione abſtineat. 23.
Ædes Concordiæ. 105. matris Deûm. 269. æde ſacra collapſa, ſolum ſacrum manet. 276. ædes nobilium à paribus dominis habitatæ. 325.
Ægrotationis utilitas. 184.
Ægypti fertilitas. 311. ventoſa natio. 312. Ægyptii ad jus civitatis Romanæ aſpirantes prius cives Alexandrini fieri debuerunt. 256.
Æmilia via. 122.
Ærarium exhauſtum innocentium bonis non explet Trajanus. 329. ſpoliarium civium ſub tyrannis. 315. à fiſco diſtinctum. *ibid.* & 319 Saturni. 255. ejus præfectura. *ib.* & 353.
Æri inciſæ leges, fœdera. 198. etiam orationes principum. 344. æreis ſtatuis contenti erant modeſti principes. 326.
Æſchines μεγαλοφωνότατος. 28. Rhodi exſulabat. 79. ejus judicium de Demoſthene. 28. Demoſthenis orationem Rhodiis prælegebat. 79.
Αφιλόκαλον. 28.
Afranius Dexter COS. peremptus. 203.
Africanæ, i. e. Pantheræ. 162.
Africanus (*Julius*) advocatus. 169.
Afrorum Patronus Plinius. 34.
Agon Gymnicus. 97. agones quinquennales. 277.
Ἀγώνισμα. 117.
Ἄκυρα ἤθεσιν. 191.
Ἀκροάματα. 159.
Albinus. 60, 83.
Alexandrinæ jus civitatis. 250, 256.
Alica, cibi genus. 15.
Alimenta τῶν θρεπτῶν. 275.
Alſienſis villa. 138.
Altinum. 51.
Amaſtrianorum civitas. 285.
Ἀμαθία. 80.
Ambitio ſenibus turpis. 49. veræ majeſtatis inſcia. 335.
Ambitus lex. 147.
Ambulatio, locus. 111.
Amerina prædia. 210.
Ἀμπεχόπης. 21.
Amicitia. 170. vel ſtudiis præferenda. 200. priſcum mortalium bonum. 350.
Amicus alter ipſe. 105. amici pluris facti Plinio. 188. amici hominis admonitio & caſtigatio. 137. amici memoria ſacro-ſancta. 173. amicis obſequendum quatenus. 6. amicis probari magnum. 12. dulce amico colloqui. 30. non obſequi turpiſſimum. 94. repugnandum interdum. 175. amicorum bonis utendum ſobrie. 155. cauſæ ſuſcipiendæ. 156. conſilia communia. 4. obſervatio. 190. omnia communia. 3, 155, 174. eos carpere judicium non eſt. 188. parare præcipuum principis opus. 351. ex optimis legit Trajanus. 321.

Amiſeni fœderati. 283. eorum civitas. *ibid.* & 288.
Amor conſtans. 133. magiſter optimus. 95. ex judicio. 46. fallit judicium. 93. impotens & querulus. 26. muſicam docet. 95. μικραίπω. 26. præcurrit votis ſuis. 92. ſolicitus. 88. amore plus effici, quam vi. 215. turpe in amore vinci. 76. amoris mollitia. 96. vis. 215. ſimulatio pejor odio. 350. amorem diſſimulare. 334.
Amphitheatrum naturale. 110.
Ampulla. 102.
Anagnoſtes. 15, 55.
Andron. 45.
Anicius Maximus. 289.
Animus à cogitatione motuque corporis excitatur. 6. fulturis corporis ſuſtinetur. 9. contemptor ambitionis, infinitæ poteſtatis domitor ac frænator. 329. toto corpore validior imperat. 349. animos rectos ac vividos non contundit, ſed fovet Trajanus. 320, 321.
Anio delicatiſſimus amnium. 207
Annaria lex. 279.
Annia. 275.
Annulus Plinii. 254.
Anteja uxor Helvidii minoris. 224.
Antiquitatis laus. 77. 150. Antiquitus Scriptores honoribus aut pecunia ornabantur. 74.
Antonia Maximilla. 250.
Antoninus Græce doctiſſimus. 78. ejus Poëſis quæ *ibid.* verſus probantur. 119.
Antonius (*Marcus*) orator. 128.
Apamea Vrbs. 268. Apamæorum libellus. 269.
Apenninus ſaluberrimus montium. 109.
Αφιλόπαλον. 28.
Apodyterium. 112.
Apollinaris. 32, 109, 225.
Apoſphragiſma. 254.
Apotheca. 43.
Apotheoſis ob diverſas cauſas. 300.
Appius. 272.
Aplis, curvatura. 43.
Apulejus. 253.
Aquæ. 264. aquæductus imperfectus. *ibid.* aquæductuum ſtructura qualis. *ibid.*
Aquilex. 265.
Aquilius Gallus. 6.
Αρχέναυτον. 19.
Archippus (*Flavius*) vacationem petit, ut philoſophus. 273. in diſcrimen vocatus, & cur. *ibid.*
Architectus. 266.
Arcuatum opus. 264.
Arionilla à Plinio defenſa. 4. Timonis uxor. *ibid.*
Ariſto peritiſſimus juris. 22. de morte voluntaria deliberat. *ib.* adverſa ejus valetudo, fides & auctoritas, laus, ſobrietas, & virtutes. *ibid.*
Armarium. 43.
Armenius Brocchus Procoſ. 275.
Arpinæ chartæ, *Ciceronis*, ex *Martiale*. 75.
Arriæ fœminæ laus & facta. 68.
Arrianus. 34, 37, 51, 81, 87, 131, 212.
Artemidori philoſophi laus. 64.
Artifex in ſua quaque arte peritus. 13.
Arulenus Ruſticus. 4.
Aſclepiades. 280.
Aſia. 77.
Aſinius Baſſus laudatus. 91. Aſinius Gallus de comparatione patris & Ciceronis ſcripſit. 166. Aſinius Rufus. 91.
Aſſiduitas deterit ingenium. 156.
Aſſudius Curianus. 104.
Athenæ Atticæ. 78.

Athenodorus ſpectrorum contemptor. 186.
Atrium. 42. Atrienſes. 72.
Attilii Creſcentis apophthegmata. 10, 39. facetiæ. 137. Attilius Scaurus. 153.
Auſidius Baſſus. 54.
Auguratus ſacerdotium. 81. viventi non adimitur. *ibid.*
Augurium optimum pro patria dimicare. 18.
Auguſtus cœlo dicatus. 300. nomine Auguſti admonemur ejus cui primum dicatum eſt. 353. Auguſti edictum. 279.
Avidius Quietus Thraſeæ familiaris. 155.
Aviti (*Julii*) mors. 118.
Aurea fabula. 48.
Auſpicandi cauſa lucubrabatur Vulcanalibus. 55.
Auſpicia à ſacris facienda. 293.

B.

Bæbius Macer, COS. deſ. 83.
Bætica provincia. 52. dedit malum & accepit. 60. Bæticorum accuſatio. 6. cauſa & dictum. 60.
Bajanæ villæ. 220.
Balineum. 3. Hiſpellatium. 200. Pruſenſe. 276.
Baptiſterium. 43, 112.
Baſilica Julia. 39, 129. locus centumviralis judicii. *ibid.*
Baſſus, *vide* Aſinius. Julius Baſſus adverſis clarus. 81. Gabius Baſſus præfectus oræ Ponticæ. 260.
Bellum Dacicum Caninius paravit ſcribere. 194. civile. 296. peregrinum externumque. 297. bella nec timet nec provocat Trajanus. 303.
Beneficentia in literatos exolevit. 74.
Beneficiarii milites. 260.
Beneficium vetus ſubvertis, niſi novo cumules. 53. accipit, qui digno dat. 182. collocandum in amicum merentem. 78, 79. beneficium principis. 316. beneficium magnum jus trium liberorum. 283. beneficiorum principalium ſumma gratia, ſi iis & non uti liceat. 315. merentibus tributorum gaudium, non ad ipſos magis, quam ſimiles redundat. 342. beneficiis potius quam remediis ingenia experiri placet Trajano. 321.
Bithyni accuſant Baſſum ſuum præfidem. 81, 82. & Varenum proconſulem. 128, 141. Bithynorum mos. 291. in Blateram libri. 217. Bithynarum civitatum jus. 287. in Bithyniam introitus Plinii. 258.
Boleti præſtantiſſimi fungorum. 6.
Bonum non eſt aliis invidendum, quo ipſe careas. 11. bona diſcreta, ſociata. 313. bona noſtra intelligamus. 294. ſæculi. 315. fœcunditatis. 313. boni, ſub malis principibus abſtruſi, delationibus in lucem proferuntur. 321. impares malis. 315. bonos eſſe ſatis eſt, ſi non nocet. 321. facit Trajanus non cogendo. 322. non pœnis malorum, ſed bonorum præmiis. 340. provehit Trajanus. 321.
Boſporus Cimmerius. 253.
Brevitas an copioſæ orationi præferenda? 18, 19.
Brixia, civitas antiquis moribus. 14.
Brocchus Armenius procoſ. 275.
Bructerum rex à Romanis reſtitutus. 31
Brutorum imagines. 17.
Bruttianus Luſtricus. 151.

Bule. 288. in bulen à cenſoribus lecti. *ibid.* buleutæ. 266. buleutæ ſupernumerarii. 288.
Byzantium ſub Bythyniæ præſide. 267.

C.

Cæcilius Claſſicus homo aperte malus. 59, 60. procoſ. Bæticæ accuſatus. 53, 157. Cæcilius Clemens ſucceſſor Plinii in provincia. 252. Cæcilius Celer. 4.
Cæcinna Pœtus, Arriæ majoris maritus. 68.
Cæpio Hiſpo, ſenator. 83.
Cæſar ita Catonem reprehendit, ut laudet. 66. Cæſaris eſt, nobiles & conſervare & efficere. 340. Cæſarum munera inſidioſa. 320.
Caji Fanii mors. 108. Septitii laus. 33. Cajus Calviſius contubernalis Plinii. 78. Muſonius. 65.
Calcaria ſponte currenti. 7.
Calceorum uſus tantum in urbe. 165. calceos ponebant diſcubituri. 229.
Caleſtrius Tyro proconſul Bæticæ. 176.
Calphurnia uxor Plinii docta. 95. mariti amantiſſima. *ibid.* & 136. viro deſiderata. 168. abortum paſſa. 200.
Calphurnius Fabatus proſocer Plinii. 76, 200. moritur. 291.
Calviſius, familiaris Plinii. 78. Nepos, illius propinquus. *ibid.*
Calvus (*Licinius*,) orator. 1. & poëta. 16, 106. *Servilius*, Bithyniæ præſes. 270.
Camilli ſtatua. 329.
Camilliana villa proſoceri Fabati. 157.
Campaniæ ſolitus terræ tremor. 148. eo ibant valetudinis cauſa. 133.
Caninius, *vide* Bellum.
Caninii villa. 2.
Capillos ſubmittere mos reis. 187.
Capito (*Titinius*) claros viros coluit. 17.
Careotæ. 6.
Carmen comitiorum. 343. longum perpeſſus eſt Trajanus. *ibid.* ſerium. 328. carmine oblectandum ingenium. 171, 172.
Carſulæ. 3.
Caryſtiæ columellæ. 113.
Caſſiana Schola. 183. Caſſius (*Cajus*) juriſconſultus. *ibid.* Caſſiorum imagines. 17.
Cato Cenſorius, orator. 19. Uticenſis etiam ebrius venerabilis. 66. non vituperatur, niſi ut ſimul laudetur. *ibid.*
Catullus poëta. 16. Meſſalinus, improbus. 97. Q. verſus ſcripſit. 106.
Cavædium. 42.
Cauſidici noviii impudentes. 39.
Celer, eques, virgis cæſus. 86.
Cenſoria nota. 226.
Cenſus equeſter. 18. decurionis. *ibid.* cenſus editus. 232. cenſus hominum ſpectantur. 15. cenſus Romani Firmi. *ibid.*
Centum cellæ. 158.
Centumviri. 4, 232. centumviralibus cauſis Plinius diſtractus. 39. apud centumviros arena Plinii. 140.
Centurio exauctoratus. 158. legionarius. 278.
Cerealis conſularis. 35.
Ceſpiticium tribunal. 330.
Chartæ bibulæ. 206. ſcabræ. *ibid.*
Chriſtianorum innocentia. 284. cœtus autelucani. *ibid.* nomen magis inviſum quam vita. *ibid.* numerus ingens. 285. religio paganis ſuperſtitio prava viſa. *ibid.*

ibid. Chriſtiani revera qui ſint, non poſſe cogi ad maledicendum Chriſto. 284. coacti adorare Deos & ſtatuam Trajani. *ibid.* in cognitionem adducti, Chriſtianiſmum abjurantes, an puniendi? *ibid.* de iis quid ſtatuat Trajanus. 285. ancillæ Chriſtianorum inquiſitæ. *ibid.*
Cicero augur. 81. Ciceronis epigramma in Tyronem. 166. lecythi. 2. Oratio quæ optima. 19. pro Cluentio. *ibid.* pro Cornelio. *ibid.* pro Muræna. *ibid.* pro Vareno. *ibid.* in Verrem. *ibid.*
Circenſes ludi. 220.
Circus templis undique ornatus. 325.
Civitas amplianda. 276. ejus facies ornanda. *ibid.* fundata legibus, & iiſdem everſa. 314. patet. 317. religionibus dedita, indulgentiam deorum merita. 344. civium numero augeri civitatem pulcrum. 191.
Claſſicus (*vide* Cæcilius) accuſatur. 157. ejus uxor inter reos. 61. de ipſo ſenatus decretum. 157.
Claudiopolis Bithyniæ. 266.
Claudius Ariſto Epheſius. 158. Cæſar recitantem audiit. 13. cœlo dicatus. 300. Capito. 141. Reſtitutus. 61.
Clavius Fuſcus Claſſici gener. 61.
Clavus inſanabilis. 57.
Clemens (*Cælius,*) Succeſſor in Provincia Plinii. 252.
Clepſydrarum in foro & judiciis uſus. 23, 132.
Clitumnus fons. 199. Deus. *ibid.*
Coccejani Dionis cauſa. 280.
Cœtus illiciti prohibendi. 283.
Cohors equeſtris. 287.
Collega (*Pompejus*) proprium nomen. 36.
Columellæ Caryſtiæ. 113.
Comitium, ſupplicii locus. 86. comitiorum ſolennia. 344.
Commeatus. 257.
Commercio fit, ut omnia ubique nata videantur. 311, 313.
Comœdiæ Virginii. 150, 151.
Comum, Plinii patria. 2.
Concordiæ ædes. 105.
Conſul antiquus. 355. bonus & princeps bonus diverſa. 332. deſignatus. 333. quod alius, quam Cæſar, libertatis ſignum. 331. conſules ideo tantum qui volunt fieri, ut fuerint. 332. publice obligati ſunt. 354. conſulare, conſulis proprium, eoque dignum. 345. conſulatus Plinii ſubditicius ex Septembri menſe. 355. conſulatus continuus. 331. Trajani humeris attolli, & augeſcere videtur. *ibid.* conſulatus labores. 331, 332. conſulatibus continuis longum quendam facit annum Domitianus. 325.
Corelliæ cauſa ſuſcepta à Plinio. 93.
Corellius cunctantior. 224. Corellii laus. 93. mors voluntaria. 12, 13. is ſapientiſſimus. 224.
Corinthium ſignum. 57. Corinthia, abſolute, *vaſa.* 51.
Cornelia Veſtalis viva defoſſa. 85.
Cornelius Minutianus. 182. Nepos. 107. Priſcus. 129. Tacitus. 34. diſertiſſimus. 36.
Cornutus Tertullus, collega Plinii. 122, 334.
Corona civica & muralis. 302.
Corpus lætum opere. 348. corporis fulturis animus ſuſtinetur. 9. corpora etiam ardua proceribus admota decreſcere videntur.

videntur. 333. nominibus non indecora. 304.
Cremutius Ruſo famæ adſignandus. 152.
Cryptoporticus. 44, 113.
Cutatores operum. 259. viarum. 122.
Curianus exhæredatus. 104.
Curioſius nihil otioſis, nec pigrius delicatis. 240.
Cymbulæ onerariis adhæreſcunt. 211.

D.

Dacia. 158. de Dacia bis triumphatum. 195. Dacicum bellum. 194.
Danubius. 301, 303, 335.
Decebalus rex Daciæ. 254. ejus barbara nomina. 195.
Defunctorum voluntates ratæ debent eſſe. 84. imagines quid conferant. 31. reliquiæ an transferendæ? 276.
Delphini mira hiſtoria. 241.
Demoſthenes lætatur à mulierecula laudatus. 233. ejus oratio de Corona contra Æſchinem. 79. contra Midiam. 189. ejus verba citata. 80, 236, 237.
Dexter (*Afranius.*) 121.
Diæta. 44.
Diana & Minerva in ſylvis. 6.
Dianome. 290.
Dies imperii ſuſcepti quotannis celebratus. 269, 287. natalis principis. 258. dies congiarii, quæ per edictum præſcripta. 309. ſtativorum. 302.
Diomedis permutatio. 105.
Diplomata quæ literæ? 268. itineraria. 291.
Doctus etiam in angulo latere poteſt. 184.
Dolendi quædam voluptas eſt. 207.
Dolor excudit & eripit ſtudia. 213. dolor communis. 354.
Domitianus. 328. ſævus. 85. inceſtus. 86. menſibus nomina de ſuis dat. 328. alienis virtutibus invidus. 302. bellua immaniſſima terrore munierat domum ſuam. 323. crimina majeſtatis in arena colligit. 313. Dei frater. 300. in ſeceſſu ſuo intutus. 324. iners. 302. inſidias fruſtra vitat. 324. inſidioſiſſimus princeps. 357. Neronis cædem vindicat. 327. occurſu viſuque terribilis, ſuperbus, iracundus, pallidus. 323. oderat, quos amabat ſenatus. 334. pauculis diebus, ac titulo tenus gerit conſulatum. 337. prædo avidiſſimus. 356. remotum fragorem non ferens, procul religato navigio, ut piaculum trahitur. 348. ſævus in ſpectatores. 313. ſervos ſubornat in capita dominorum. 319. ſtudia relegat. 322. vitiorum omnium conſcius. *ibid.* Domitiani epiſtola. 272. epiſtolæ de ἡρπτοῖς. 275. avaritia multa concupiſcentis, cum haberet ſupervacua multa. 325. effigies victimis culta. 326. populabundus per provincias tranſitus. 305. αὐτοπροσωπογραφία. 323. ejus temporibus quanta ſcelera. 225
Domitius Afer à Quinctiliano cultus. 40. Tullus melior morte, quam vita. 208.
Druſi Neronis effigies in ſomnis. 54.
Δυσκαθαίρετον. 5.

E.

Ecdicus. 288.
Eclogæ. 90.
Ἐδώδιμον ἄκυρμα. 191.
Egnatius Marcellinus juſtiſſimus. 87.
Εἰσίλασιν. 291.

Elegi,

Elegi, carminis genus. 125.
Eloquentia alia à loquentia. 128.
Emptio mala exprobrat ſtultitiam Domino. 24.
Encolpius lector Plinii. 193.
Ενθυμήματα. 27.
Εξις. 27.
Επαινῶ ὕδωρ ἄκρατον. 191.
Επιτιμῶ φαθυμοῦσιν εἰσηγοῦμαι. 21.
Ηπιος πατὴρ. 126.
Επίσταθι. 159.
Epulonum ſeptemvir. 35.
Erani, pecuniæ collatæ. 282.
Εσις ἀγαθὴ. 59.
Ερωτηματίγιον. 125.
Eteſiæ. 258.
Eumolpus (*Claudius.*) 280.
Euphratis Philoſophi laudes. 10.
Euripus horti aut villæ. 2.
Euritius Clarus. 32.
Eurythmus. 159.
Exhedra. 276.
Exquiliæ, *vicus Rom.* 75.
Exſilium molle velut præmium. 87.

F.

Fabatus proſocer Plinii. 76. porticum dedicavit. 120. ejus natalis dies. 157. mors. 291.
Fabius Juſtus. 4.
Fabrorum collegium. 263.
Fannia, præclara fœmina. 68. ejus laus. 179.
Fannii mors defleta. 108. liber de occiſis à Nerone. *ibid.* de Nerone ſomnium. 109.
Filiorum mores ut caſtigandi. 223. per filium, qui de Rep. bene meretur, perinde eſt, ac ſi ipſe. 353.
Firmani in Piceno. 147.
Flavius Archippus, *vide* Archippus.
Fontejus Magius. 128.
Fontis mira natura. 102.
Formiana. 67.
Fortes fortuna juvat. 144.
Forumjulii. 127.
Frigidariæ cellæ. 112.
Frontinus ſibi monimentum fieri vetat. 229. *Julius* anteceſſor Plinii in auguratu. 81.
Fronto Catius. 34.
Frugi cognomen Libonis. 63.
Fundani filiæ mortuæ laus. 123.
Furia. 273.
Fuſci Salinatoris laus. 139.

G.

Gaditana. 15.
Gaditanus Livium viſere geſtit. 27.
Gallita adulterii rea. 158.
Geminius (*C.*) 13.
Genius amnium, fontium. 313. Principis. 326.
Geruſia. 263.
Geſtatio, *locus.* 43.
Gladiatoriæ inhumanitatis excuſatio. 313.
Glauci & Diomedis permutatio. 105.
Glebula ex Parthico metallo. 254.
Gracchorum orationes. 19.
Græcia vera & mera. 215. Græciæ antiquæ commendatio. *ibid.* Græcis volubilitas & longæ periodi. 128. Græculi gymnaſiis indulgent. 266.
Gratilla. 65, 104. filium exhæredavit *ibid.*
Guſtatorium. 113.
Gymnaſia athletarum. 43. literarum. 22. gymnaſiis indulgent Græci. 266.
Gymnicus agon. 97.

H.

Hæſitare doctorum & gravium. 22.
Hama. 263.
Harpocras iatraliptes. 256.
Heliocaminus. 44.
Helvidiæ ſorores partu exſtinctæ. 96.

Helvidius

Helvidius Priſcus. 65. Helvidii minoris ultio à Plinio actione & libris parata. 223. noverca Fannia. 224.
Hemicyclus, locus in villa. 113.
Hendecaſyllabi Plinii. 90.
Heracleotæ Bithyni. 277.
Herennius Pollio. 83. Senecio. 80. Severus. 101.
Hermes libertus Plinii. 173.
Hetæriæ vetitæ. 264, 285.
Hipponenſis colonia. 241.
Hiſpani & Probi damnatio. 61.
Hiſpania citerior. 38.
Hiſpellum oppid. 200.
Hiſpo (*Cæpio.*) 83.
Hiſpulla uxor Corellii. 13. & amita uxoris Plinii. 95, 291. ejus filius optimis ſtudiis imbuendus. 52.
Hiſtoriæ & Orationis communia & diverſa. 117.
Homerus verboſus & brevis. 114. ab Homero auſpicium in ſcholis. 39.
Homullus advocatus. 128.
Honeſtas neceſſitatis loco. 84.
Hyperidis orationes. 19.
Hypocauſtum. 112.

I.

Jabolenus Priſcus J C. 142.
Jaculatio Equeſtris. 54.
Januarii menſis frequentia. 35.
Iatraliptes. 249, 256.
Icaria inſula, 166.
Illyricum. 69.
Idyllia. 90.
Imperator creatus inſoleſcit, creandus modeſtiam præ ſe fert, ut favorem aucupetur. 305. indulgentiſſimus Trajanus. 354. invictus. 298. parens publicus. 300. ſcenicus, *Nero.* 322. imperator in cognominibus Jovis. 296. imperatoris adventu legatorum dignitas inumbratur. 305. Trajanus illud meritus hoſtibus contemptis, ut alii domitis. 330. imperatorem commilitonemque miſcet Trajanus. 305. ab imperatore mandatum quodcunque munus æquo animo ſubeundum. 299.
Ingenium munificentiæ. 308. ſecuritatis aliud, aliud ſolicitudinis. 343. ingenia varietate ſtudiorum recoluntur. 171. ingenia cœnarum exquiſita. 324. ingenia quamlibet ſincera rectaque, etſi non detorquet, hebetat tamen non agnoſcens Princeps. 341.
Initium agendi à Deo faciendum. 293.
Inteſtatorum bona conceſſa Nicenſibus. 281.
Inventio alia triſtium, alia gaudentium. 343. inventioni ſuæ quiſque favet. 20. inventio rhetorica etiam barbarorum eſt. 66.
Iſæi prompta eloquentia. 27.
Iſelaſtica certamina. 290.
Iſocrates in publico non dixit. 156. infirmitate vocis impeditus. *ibid.*
Iſſos. 263.
Italicus opponitur Provinciali. 232.
Juba in oratione. 117.
Judicium quadruplex. 161.
Julius Africanus, avus, orator. 166. Nepos. *ibid.* Atticus. 13. Avitus moritur in navi. 118. Baſſus, adverſis ſuis clarus. 81. Candidus. 128. Ferox, vir rectus. 34. Genitor, vir emendatus. 52. Largus ex Ponto hæredem Plinium fecit. 277. Naſo. 135, 138. Paſtor. 17. Servianus. 169, 248. Valens. 118. Julio menſe lites quieſcunt. 212.

Juliopolis Bithyniæ. 278.
Junius Avitus moritur. 213.
Mauricus. 5, 97.
Jupiter Capitolinus. 293, 356. conditor & conſervator imperii. 293. Jovi debemus omnia noſtra. 326.
Jus civitatis Alexandrinæ. 256. Romanæ. 250. Latinorum. 287. Patronorum. 251. Quiritium. 250, 287. trium liberorum. 38, 176, 248. Tribunatus. 32. publicum & privatum. 22. appellandi. 23. Senatorium. 34.
Juſtus (*Fabius.*) 4.

K.

Καιρὸς ἀφύλακτος. 174.
Καινὰ κεφάλαια. 151.
Κῆπον πάτροκλον. 86.
Κίχελιξ. 13.
Κτῆμα. 117.
Κυμαίησιν ἀσφρύσι. 6.

L.

Laberius Maximus. 254.
Lacrymæ regiæ Xerxis. 58.
Lacus Larius. 32, 153, 220. Vadimonis. 210.
Lælii ſapientes. 353.
Lapſus frequentior currentibus, quam reptantibus. 234.
Largius Licinius. 40. Macedo à ſervis occiditur. 67.
La gus, *vide* Julius.
Larius lacus, *vide* lacus.
Λαμυσσίζων. 80.
Latera vehementiori voce læduntur. 35, 60.
Latus clavus. 32, 202.
Laudari ineptum, poſtquam laudanda facere deſitum. 74. niſi optimus non poteſt. 329. quod videt juventus, ad id æmulandum erigit animos. 340.
Laudicœni. 39.
Laurentina villa Plinii. 42.
Laurus Parthica, *victoria.* 302. laurum in gremio Jovis deponere. 298. è Pannonia. *ibid.*
Lector ad menſam. 15, 55, 244. ad ſtudia. 127.
Legatus conſularis. 158, 299, 305. legatorum dignitas inumbratur Imperatoris adventu. 305.
Legionarius centurio. 278.
Λειτούργιον. 36, 37.
Λήκυθοι. 2.
Leptitani. 37.
Lex ambitus. 134. annalis in provinciis. 279. Julia de adulteris. 158. Julia alia. 319. Pompeja. 279, 288, 289. repetundarum. 83. ſcholaſtica. 48. tabellaria. 73. Voconia. 319. Leges. 314. ſunt ſupra principem. 337. leges amandi non dare, ſed accipere. 346. leges dare. 301. accipere. *ibid.* à Græcis. 233. legibus fundata civitas ne legibus evertatur, curat Trajanus. 314.
Liberalitas priſcorum in ſcriptores. 74. ejus raritas. 239.
Liberi in ditione parentum ſunt jure naturæ. 317. ſubſidium bellorum. 310. ornamentum pacis. *ibid.* liberos educandi incitamentum. 309, 310. liberorum trium jus, *vide* jus.
Libertorum ſub malis principibus poteſtas & inſolentia. 196, 352.
Libramentum. 103.
Librator. 267.
Liburnica. 114.
Licinianus ex ſenatore profeſſor. 85.
Licinius Nepos, prætor. 102.
Λιχάνος. 21.
Lima. 2.
Λίθον πάντες κινῶμεν. 20.
Liviæ porticus. 4.

Livium Gaditanus viſere geſtit. 27.
Λογισταί μυρ. 18.
Lucania, Lucanus. 165.
Ludi Circenſes. 220. quinquennales. 277.
Lugdunenſes bibliopolæ. 223.
Lycormas libertus Trajani. 253.
Lyſiæ orationes. 19.

M.

Macedo, *vide* Largius.
Macrinus, *vide* Minutius.
Magiſtratus, *vide* Minores.
Majeſtatis crimina in arena collecta. 313. lex crudeliter exercita à Trajano ſublata. 319. crimen unicum eorum, qui crimine vacabant. *ibid.*
Malea promontorium. 258.
Manuli. 77.
Marciana ſoror Trajani. 350.
Marius Priſcus accuſatus. 34.
Marſi. 41.
Martialis laus & mors. 74.
Martianus. 35.
Maſſa (*Bæbius*) accuſatus. 191.
Máter Magna Deûm. 269.
Maturius (*Arrianus.*) 51.
Mauricus (*Junius.*) 5. ejus libera vox. 97. conſtantia. *ibid.*
Maximi libri. 215. ſpectaculum uxoris Maximi. *ibid.*
Mediolanum ſtudiorum ſedes. 88.
Meditatio tenebris & ſilentio alitur. 243.
Μεγαλοφωνότατος. 28.
Memphiticus Nomos. 250.
Menſor, menſura. 259.
Menſtruum. 257.
Μισόχορος. 40.
Meſſalinus cæcus & ſanguinarius. 97.
Metellus Pius. 353.
Metius Carus, delator. 3. Modeſtus. 4.
Μιχαήλ. 26.
Minores magiſtratus. 279.
Minutianus ornamentum patriæ. 182.
Minutius Acilianus. 14. Macrinus. *ibid.*
Miſenum. 148.
Montanus Atticinus. 151.
Morbi per ſucceſſiones traduntur. 12. eorum utilitas. 184.
Mors ſcribentium ſemper immatura. 109. mortis voluntariæ exempla. 12, 58, 153.
Μυσεῖον. 10.
Municipes. 7.
Muræna. 19.
Muſculi in hiſtoriis. 117.
Muſonius Baſſus. 190. *Cajus.* 65.

N.

Narnia. 3.
Natalis Trajani in provinciis celebratus. 258. Virgilii celebratus à Silio. 58. Natalibus reſtitui, quid? 277.
Naves orariæ. 258.
Neapolis. 58.
Nepos (*Cornelius.*) 101. ejus imago in bibliotheca. *ibid. Licinius.* 102, 134. Nepotis, *incertum cujus*, laus. 99.
Neratius Marcellus. 59.
Nero periit Silio conſule. 58. Claudium conſecrando ridet. 300. imperator ſcenicus. 322. vindicatus. 327. ſub Nerone periculoſa ſtudia erecta. 55.
Nerva in Palatio obſeſſus. 296. optimus non timuit eligere meliorem. 353. templis honeſtatus à ſucceſſore. 300. conſecrandus. 299. frugaliſſimus princeps. 325. indulgentiſſimus parens. 316. miniſter Jovis. 298. optimus & ſanctiſſimus. 299. parens publicus. 300. pater omnium. 297. Plinium promovit. 354. reſtituit pantomimorum ſpectaculum. 322. Titi edicto in delatores

permagna adſtruxit. 315.
Nicea urbs Bithyn. 265.
Nicetes Sacerdos præceptor Plinii. 135.
Nicomedia. 253, 262, 263.
Nigrinus trib. pl. 122.
Nilus parens fœcunditatis. 311. ceſſans. 312. contractior & exilior. 311. obſequens Ægypto. 412. piger. 311.
Νιφάδεσσι. 21.
Nix in conviviis. 15. nivibus hybernis ſimilis oratio. 21.
Νόημασι. 27.
Nomenclatores. 39.
Nomos. 256.
Noniano recitanti Claudius Cæſar ſupervenit. 13.
Nonius Celer, gener Quinctiliani. 32.
Norbanus Licinianus reus. 62.
Notarius. 55.
Novitas libro lenocinatur. 47. omnis adulatione conſumpta. 328.
Numidiæ Quadratillæ octogenariæ vigor. 182. Numidius Quadratus. 139.
Nundinæ. 108.

O.

Obſonia athletis data. 291.
Oceani natura. 103.
Ocriculum, oppid. 153.
Octavius ad ſcripta ſua edenda incitatur. 33.
Officia antelucana. 55.
Οἰωνὸς ἄριστος. 18.
Ὀκνός. 80.
Olivæ Bæticæ. 15.
Ὄναρ οὐκ Διός ἐστι. 17.
Opiſthographi libri. 56
Orariæ naves, *Vide* naves.
Oratio & actio non idem. 19. digna Conſule, Principe, Senatu. 293. orationes Ciceronis brevius editæ, quam habitæ. 19. principum in æs inciſæ. 344.
Oratoris requiſita. 140.
Orbitatis præmia. 91.
Ordinum diſcrimina cuſtodienda. 219. Ordo equeſtris. 14. Ordinarii Decurionum Præfecti. 153.
Ornamenta prætoria. 188.
Os planum oratoris. 140.
Oſtienſis colonia. 45.
Oſtrea in conviviis. 15.

P.

Pacorus rex. 254.
Padus. 131.
Pæte non dolet. 69.
Pallas libertus Claudii. 188. ejus ſuperbum monimentum. *ibid.* & 196.
Panarium. 6.
Ex Pannonia laurea. 298.
Pantheræ dictæ Africanæ. 162.
Pantomimos fovere non convenit. 183.
Paphlagonia. 261.
Papirius Curſor quinquies conſul. 331.
Παρῳδίαι. 234.
Parthica laurus. 302.
Paſſienus Paulus poëta, Propertii gentilis. 142. Criſpus. 169.
Πατὴρ ἥπιος. 126.
Pater filii mortui bona ut poſſideat, ſancit Trajanus. 316. Pater patriæ appellatus Trajanus. 306. à Patre tuo, id eſt, quanto minus quam à te. 334. in patris poteſtate eſſe. 251.
Patricius. 155.
Πάτροκλος κεῖται. 86.
Patronorum in libertos jus. 251.
Paulinus. 84.
Πείθω. 20, 21.
Pergamus, urbs. 258.
Periſtylium. 276.
Peruſia. 3.
Φιλόπαις. 58.
Philoſophi falſi notati. 22, 65.

ab

ab urbe ſubmoti. 64. vacatione civilium munerum uſi. 271. Philoſophiæ pars pulcerrima publicum munus agere. 11.
Piſo in Africa interemptus. 58. Frugi. 353. à Galba adoptatus. 48. is cauſſa novi tumultus. 298. Piſonis (*Lucii*) dictum de fragilitate humana. 58.
Πλατωνών. 2.
Platonis latitudo & ſubtilitas. 10.
Plautum vel Terentium, metro ſolutum, legi credas, *ſtili elegantiſſimi nota.* 16.
Plinii majoris ſcripta. 54. ſtudia. *ibid.* mors. 142. Plinius junior tragœdiam puer ſcripſit. 166. Livium legit. 148. Ciceronis æmulus 81. non contentus ſæculi eloquentia. 5. amatus à cunctis doctis. 14. cum Tacito doctiſſimus ſui temporis. 232. à poëſi non alienus. 166. quæſtor Cæſaris. 176. tribunus militum. 65. plebis. 357. prætor. 65, 176, 354, 357. præfectus ærarii. 123. conſul. 354, &c. augur. 81. frugalis. 30. bibliothecam dedicat. 7. liberalis in ſcholam. 88. in dotandas. 28, 160. cauſas claras egit. 156. viduus. 224. iterum maritus Calphurniæ, Fabati neptis. 200. accuſator Marii Priſci. 34. advocationibus non functus promiſcue. *ibid.* admiratione captus librorum Saturnini, ad dicendum paratus, terebatur. *ibid.* à Trajano jus trium liberorum obtinuit Voconio. 38. Bæticorum patronus. 53. bibliothecam dedicaturus 7. Bithyniam intrat. 258. centumviralibus cauſis diſtrictus. 37. cupit inſeri Taciti annalibus. 191. Demoſthenis imitator. 1. famæ ſtudioſus. 109. in conſilium evocatus à Trajano. 158. intrepide diſtricturus calamum in tyrannos. 224. patrocinatur Afris, cum Tacito patronus Baſſi. 34. patronus Bæticorum. 53. patronus, judex datus. 61. poëticæ ſtudioſus. 68. qua ætate cœpit agere in foro. 121. ſcriptorum ſuorum admirator. 1. ſe inter bonos numerat. 7. ſibi gratulatur. *ibid.* ſtudia ut ordinet in ſuis villis. 230. ſtudiorum nomine agnitus. 8. ſtudioſus. 13. ſtudioſus gloriæ Trajani. 223. ſtudioſiſſimus. 19. ſtudioſorum fautor. 147. Trajanum conſulit. 257. & paſſim. Valetudine oculorum impeditus. 181. venationis ſtudioſus. 126. veterum more cibum ſumebat. 66. in villa ocioſus. 26. vino parco uſus. 15. abſtinentia Plinii. 124. actiones quædam. 139. Plinium pudet temporum priorum cur. 198.
Plotinæ imperatricis laus. 349.
Podium. 112.
Poëtæ ſcripturi deos invocant. 195. an caſti, ſi verſus non? 90. poëtis furere conceſſum. 167. poëtarum proventus. 13. poëticæ jocoſæ clariſſimi viri operam dederunt. 106.
Pollionis (*Aſinii*) dictum. 156.
Pollio (*Herennius.*) 83.
Polyænus legatus Bith. 169. *Claudius* templum Claudio fieri vult. 276.
Polycletus Neronis libertus. 156.
Pompeja lex. 279.
Pompejus Magnus præfectus annonæ. 310. Pompeji Quintiani mors. 221. Julianus. 11.

Saturninus. 115.
Pomponia Gratilla. 104.
Pomponius Baſſus ſenectute ſapienter uſus. 98. Secundus. 177. ejus vitam Plinius ſcripſit. 54. Rufus. 82.
Pontifex M. cognoſcit in cauſa Veſtalium. 85. eſt ipſe imperator. *ibid.* & 275.
Pontus. 277.
Porticus Liviæ. 4. porticus in figura literæ O. 42.
Portus Trajani. 160.
Præfectus oræ Ponticæ. 254,260. præfecti prætorio plures uno. 270.
Prætor. 4.
Prætoria ornamenta. 188.
Prævaricatio. 19.
Primipilaris. 254.
Princeps bonus & conſul bonus diverſa. 337. bonus optimis imperat. 335. caſtus & ſanctus, diis ſimillimus, deorum munus. 293. cogi non poteſt. 296. coactus. *ibid.* Dei vicarius. 347. diſſimillimus conſuli. 332. divinitus conſtitutus. 293. in jus vocatus. 315. malus patientior ſervitutis. 321. melior peſſimo. 320. miniſter tantum. 298. nihil largiatur, dum nihil auferat. 309. non aliis gratior, quam qui maxime dominum gravantur. 321. non decipitur, niſi qui ipſe decipit. 337. non eſt ſupra leges. *ibid.* pater omnium. 297. plus confert moribus, & qui bonos eſſe patitur, quam qui cogit. 321. qualis, tales cives. *ibid.* virtutem promovet, non deprimit. 320. principis ac plebis locus in circo æquatus. 326. an ſint omnia ſubditorum. 324. eſt, quidquid eſt omnium. 310. ex domo ad parvos penates exempla modeſtiæ referantur. 323. formam figuramque non aurum melius, quam favor hominum exprimit. 329. fortuna à periculo humanitatis longe abeſt. 342. innocentia, fidiſſima cuſtodia. 324. imperium, quam patrimonium majus eſt. *ibid.* judicium maximum præmium induſtriæ. 340. memoriæ (*ſcil. mali*) elabi, votum præcipuum. 354. ſedem obtinet Trajanus, ne ſit domino locus. 329. vita, cenſura eſt. 321. principi bono cariſſimi, qui malo inviſi. *ibid.* bono ſuccedere, oneroſum. 320,343. nemo leges ſcripſit. 337. quod ſatis, privatis nimium eſt. 346. ſimiles ſubditi. 321. principem gerere privato judicio, quaſi privatus. 320. laudare, non principis facta, propoſitum Plinio. 329. de principe malo cum poſteri taceant, manifeſtum eſt, eadem facere præſentem. 327. ſub principe (*bono*) eadem virtutibus præmia quæ ſub libertate. 320. principes (*boni*) digniores oſculo excipiebant. 307. dii. 346. civium domini, libertorum ſervi. 352. (*mali*) meticuloſi ſunt & ſuſpicioſi. 339. plura ſemper à nobis contra nos dicerunt. 319. vitiis potius civium, quam virtutibus quare lætentur. 321. ſua ſponte avari. 319. principum blanditiæ, infidum mare. 337. diſciplinam capit & vulgus. 322. funeſtorum manes à poſterorum exſecrationibus non conquieſcunt. 327. illorum etiam qui dii ſibi videntur ævum omne breve ac fragile eſt. 346. imagines

gines in ſignis & effigies in caſtris. 330. principes bonos amamus intemperantius, ubi malos liberalius odimus. 339. bonos non ſatis amat, qui malos non ſatis oderit. 327. malos deteſtantur etiam qui malos faciant. 320. malos tuto inſectari, munus boni principis. 327. malos ut rectius eſt ex communibus injuriis odiſſe; ita boni ſpecioſius amantur ob generi humano, quam hominibus, præſtita. 354.
Procæton. 43.
Procurator Cæſaris. 56, 282.
Προόδρομος. 84.
Propnigeon. 45.
Protopraxia. 285.
Pruſa *Bithyn.* 276. ad Olympum. 280.
Pruſias. 272.
Pſephiſma. 268.
Publicani vegeſimæ exactores. 175, 316.
Publicius Certus delator Helvidii fit reus. 225.
Publicus Actius Centurio. 287.
Publii Acilii laus. 15.
Pugillares 5.
Pullatus. 177.

Q.

Quadrati recta educatio. 183.
Quadratilla octogenaria. 182.
Quæſtor ſorte lectus. 87, 215. Cæſaris. 176. quæſtoris & præſidis vinculum. 92, 214.
Quæſtura. 15.
Quinctilianus præceptor Plinii. 40, 135. ejus filia à Plinio dotata. 160.
Quincunx. 173.
Quinquennales agones. 277.
Quinqueviri. 26.
Quintianus laudatus. 221.
Quiritium jus, *vide* jus.

R.

Ratio ſapientibus pro neceſſitate. 12.
Recitandi mos. 13, 34. ratio ſua cuique. 176.
Recitatio fit legendo, non memoriter. 68. ejus fructus. 107.
Recuperatoria judicia 74.
Regulus (*Marcus*) bipedum nequiſſimus. 5. timidus poſt Domitiani mortem. 3. captator hæreditatum. 48. filium emancipavit. 77. eum mortuum inſane luget. *ibid.* ſtatuis & libro ornat. 80. quidquid vult obtinet. *ibid.* orator malus. *ib.* fruſtra Plinio inſidiatur. 4. obtinebat ambitione quod alii fide non præſtant. 131. exſultans Aruleni morte. 3. in ſumma avaritia ſumptuoſus. 77. Senecionem lacerat. 4. ſenex nupſit. 77. ſub Nerone flagitioſus. 54. Regulo ſagax reſponſum Plinii. 4. de eo Metii Modeſti judicium. *ibid.*
Repetundarum lex. 34. pœna. *ib.*
Romæ vitia late diffuſa. 97.
Romanus (*Voconius.*) 38.
Roſianus Geminus Quæſtor Plinii. 252.
Rufinus. 97.
Rufus, *vide* Virginius, & Satrius.
Ruſticitas laudata. 14.
Ruſticus Arulenus. 65.

S.

Sabina. 84.
Satrius Rufus. 4, 226.
Saturni ærarium. 255.
Saturnini (*Pompeji*) eloquentia. 17.
Sauromata rex. 253. tabellarius. *ibid.*
Scazontes verſus conviciis apti. 119. 69.
Scribonianus à Claudio deficit.

Σεμνῶς. 36.
Senecio (*Herennius*) 3. fit reus quod Helvidium laudarat. 179. Solius. 13.
Sertorianum exemplum. 60.
Seſtertium. 37.
Sicilia. 85.
Silius Italicus ter conſul. 331. ejus carmina & mors. 57. proconſul Aſiæ. 58. Virgilium coluit. *ibid.*
Silvanus. 59.
Sinopenſes. 282.
Sipo. 263.
Sollers, proprium nomen. 107.
Σοφοκλεῖς. 39.
Sphæriſterium. 43.
Spurinnæ ordinatiſſima ſenectus. 50. res geſtæ & honores. 31.
Stabiæ. 144.
Stibadium. 113.
Stropha. 18.
Suburranus. 161.
Sylvanus, *vide* Silvanus.
Syria. 10.

T.

Tabellaria lex. 73. infructuoſa. 98.
Tacitus es an Plinius? 232. conſul laudavit Verginium. 25. ſcis, quem virum. 91.
Tempus climactericum. 48.
Terentium metro ſolutum legi credere. 16.
Theophanes. 84.
Thraſea (*Patus*) Fanniæ pater. 179.
Ὀρτιτοὶ. 275.
Tiberis exundatio. 207.
Tiburtina via. 188.
Ticinum, oppid. 176.
Tiſernum Tiberinum. 76.
Tios, oppidum. 277.
Titinius Capito claros viros coluit. 17.
Titus Cæſar verſus ſcripſit. 107. delatores puniit. 314. Caſſius. 101.
Topiarii. 72.
Torquatus. 25.
Trajanus ad imperium admotus. 248. averſatur factiones. 263. beneficus. 249. beneficus in milites. 287. parce tribuit privilegia. 283. quid ſtatuat de Chriſtianis. 285. victor. 251. ab Hiſpania excitus. 302. admirabilior quotidie ac melior. 307. adoptatur à Nerva. 297. ærarii ſumptibus adhibet modum. 329. alacer virtute militum. 301. amatur quia amat. 344. amicos ex optimis legit. 321. annonam curat. 311. in audiendo facilis. 347. bella nec timet nec provocat. 303. beneficiorum ſuorum parciſſimus æſtimator. 306. bonus conſul & bonus princeps. 332. bonos promovet. 321. candidatus ſenatus reverentiſſimus. 340. candidato ſimul ſtat. 342. candidatorum pudori conſulit. 339. caſtus. 293. Cæſar. 299. civium in ſe adfectus cohibere tentat. 347. cum civibus ut parens cum liberis vivit. 306. comitiis ſuis conſularibus intereſt. 335. commilito olim eorum, quorum nunc imperator. 303. congiaria, donativa, alimenta dat. 308, &c. conſors tribunitiæ poteſtatis. 298. conſul ita, ut ſi tantum conſul foret. 345. ter conſules ſecum facit. 333. conſulatum alterum gerit abſens. 332. conſulatum tertium recipit. *ibid.* conſulatu abiturus jurat, ſe nihil contra leges feciſſe. 337. conſulatum meruit dum accipit, alii, antequam acciperent. 336. conſulatum quartum ut ſuſcipiat rogatur à ſenatu. 346. cur triumphet,

phet. 304. curavit milites. 324. differt robore, præſtantia, à ſuo milite. 301. doctorum fautor. 322. domo progreditur modeſte. 345. generis claritatem virtute ſuperavit. 340. Germanici nomen meritus. 299, 302. gratus in bene meritos. 333. honores oblatos delibat, aut recuſat. 328. minores non dedignatur. 329. hoſtibus terribilis. 301. venerabilis. 343. humaniſſimus. 332. imperator titulis, modeſtia, labore, vigilantia, dux, legatus. 299. miles imperium non adfectat, meruit, dum paruit. *ibid.* recuſat. 296. inediam ſitimque fert. 301. innutritus bello. 303. non invidus aut ſuſpicax. 348. jusjurandum à candidatis conſularibus exigit. 345. juſtiſſimus. 332. lacrymas fundit ad acclamationem ſenatus. 343. laudat ferientes ſe. 301. legibus ſe ſubjicit. 337. Magiſtratus jura non minuit. 346. magni animi & conceptus. 296. magnificus in publicum. 325. major maximis. 335. merita ſua ſupprimit. 344. militibus admirabilis ob commune cum iis armorum exercitium. 301. modica merita extollit. 333. nobiles nec terret nec pavet. 340. omen imperii accipit. 296. omnia pariter & ſimul factus. 298. optimus cognominatus à Senatu. 293, 353. pacis amans. 303. paciſcitur cum Diis, ut ſe, ſi merebitur, ſervent. 338. ex patrimonio multa refert in imperium. 324. pedibus ingreditur. 306, 308, 350. princeps generis humani. 331. terrarum. 312. procero corpore, 306. puer Parthica lauro carus. 302. rationem reddit de itineris impenſa. 305. regnum & alia captivitatis mala arcet. 329. ſe & ſuos inculpatos præſtat. 349. Senatui dat libertatem. 345. ſocius imperii. 298. titulos mortales deprecatur, aut temperat, gnarus veræ gloriæ. 329. tribunus militum. 303. quamdiu *ibid.* vovet, ita ſe dii ſervent, ſi Rempub. bene rexerit. 338. Trajani genus clarum. 340. pater triumphalis. 299, 303 cognomen optimi. 352. portus. 159, 160. ædes publicæ. 323. affabilitas. 307. aula modeſta & tranquilla. 323. à bello reditus placidus. 305. beneficium quaſi Nilus inundans. 312. bona corporis & animi. 295, 311. Caſtitas. 305. Circus. 326. corporis robur, animi valor. 349. dictis nil fucatum aut ſubdolum. 338. exercitia venationis & nautica. 348. expeditio in Germaniam. 302. experientia. 303. facies lætiſſima. 329. fortitudo deterret hoſtes à pugna. 303. humanitas. 307. juventa ac robur. 298. labor in venatu. 348. liberalitas. 308. moderatio. 303. modeſtia. 299. pater hoc filio bene de republ. meritus. 353. triumphalis. 303. pulcritudo. 295. ſalus inviſa, niſi cum ſalute Reipub. 338. cum ſenatu conſenſus. 334. ſimplicitas, veritaſque. 328. ſocialitas & humanitas in epulis. 324. in ſpectaculis edendis liberalitas & juſtitia & comitas. 313. ſtatuæ modeſtæ. 326, 329. veritas verborum inaffectata.

ſectata. 338. vultus amabilis. 329. Trajano nihil antiquius amore civium. 342. nullum temporis punctum beneficio ſterile aut vacuum laude. 329. omnia ſuperſunt. 319. in Trajano concentus omnium laudum. 295.

Trebonius Rufinus tollit ludos. 97.

Tribunal ceſpiticium. 330.

Tribunatus militum ſemeſtris. 78.

Tribunum pl. interfari nefas. 23. ejus ſummus honor & poteſtas. *ibid.*

Triclinia. 2.

Tuſci, villa Plinii. 109.

Tutilius Quinctiliani ſocer. 160.

Tyro Caleſtrius Plinii collega. 176.

V.

Vadimonis lacus. 210.

Valerius Licinianus. 85. Paulinus jus Latinorum Plinio reliquit. 287.

Varenus (*Rufus*) defenſus à Plinio. 128.

Vejento. 97.

Vellejus Blæſus Regulum eluſit. 48. de venalibus melius aures quam oculi judicant. 22.

Venationes præparant ad bellum. 348.

Verginius Rufus gloriæ ſuæ ſupervixit. 25. tutor Plinii. *ibid.* laudatus pro Roſtris à Tacito conſule. *ibid.* imperium recuſavit. 138. monimentum imperfectum habuit. *ibid.* epitaphium ſibi ipſe fecit, & recte. 229.

Veronenſes. 162.

Verres. 20.

Veſpaſianus. 15.

Veſtalis defoſſa. 85. Veſtalem ægrotam curant matronæ. 179.

Veſuvius. 145.

Via Æmilia. 122.

Vicentini. 108.

Viennenſes. 97.

Vindex. 139.

Vindicta liberare manumiſſos. 176.

Virgilii natalis religioſe à Silio Italico celebratus. 58. nimius videtur in Æneæ armis deſcribendis. 114. ejus ſepulcrum. 58.

Vitellius. 3. Vitellio amicus Silius. 58.

Ultima pœna. 34.

Umbra libertatis. 215.

Voconius Romanus commendatus. 38. Voconiæ leges. 319.

Vota ſolennia. 264.

Vox lateribus reſpondet. 80.

Υπὲρ Μαλίων. 258.

Urna: in urnam nomina conjiciuntur. 255.

Uſus optimus magiſter. 20, 156.

Vulcanalia. 55.

Vulvæ in deliciis epularum. 15.

X.

Xenia. 122, 159.

Xerxes illacrymavit. 58.

Xyſtus. 44.

Z.

Ζήλω. 1.

Zeta. 111.

Zoſimus libertus. 126.

FINIS.

MVSEVM BRITANNICVM

P. 13. κεκρίκα. V. Arrian. Epictet. II, c. 15.